Secundum est q in prudentia metaphorica non est necesse istas conditiones rea'r & formalr seruari. s. memorari p̃terita, prouidere de futuro & ex his procedere ad operãdũ.

Hæc.n.ſunt propria ratiocinantis.ſed ſufficit q̃ ſaluetur imitatiue in hoc ſenſu,q̃ quædam aĩalia ita procedunt in operationibus ſuis ac ſi memorarentur de præteritis, & præuiderent futura,& quoniam operantur ſicut homo prudens, dicitur eſſe prudentia.

His præmiſſis intendo ſoluere argumenta Ant.And.

Primum eſt.Prudentia eſt prouidentia de futuris ex memoria præteritorum.Sed formica generata in eſtate non recordatur hiemis.quia nunquam uidit hiemẽ.& tamen colligit grana . ergo prudentia non eſt in bruto reſpectu eorum ad quæ habet naturalem inſtinctum.

Reſpondeo.Maior non uerificatur de prudentia metaphorica niſi imitatiue,ut expoſui,& id conſonat.b . Tho. qui in 3.de anima exponens tex. 156.dicit formice congregantes in futurum prouidentes,non præuident futurum.ſed imaginantur actus præſentes qui ordinantur ad ſuſtẽtationem ſuã magis ex nãli inclinatione quam appræhenſione futuri.Præterea dico q̃ ſi argumentum aliquid ualet,concludit q̃ prudentia in bruto eſt reſpectu mediorum,quod nos non negamus.ſed negamus q̃ ſit tantum reſpectu mediorum.

Secundum eſt,prudentia ex.6.ethicorum eſt habitus conſiliatiuus.conſilium autem non eſt de fine ſed de his quæ ſũt ad finem.quæ poſſunt aliter & aliter ſe habere.ergo prudentia in brutis ponenda eſt circa talia quæ poſſunt ſic & alr̃ agere,& non circa ea ad quæ nãliter inclinantur, quia hmõi nõ ſunt contingentia ſed neceſſario ſe habent ad illa.

Reſpondeo.Antecedens non ſeruatur niſi in prudentia proprie dicta.In metaphorica autem non ſeruatur niſi imitatiue in hoc ſenſu.Sicut prudens ſe habet intelligendis mediis optimis ad conſequendum finem,quæ tamen poſſunt aliter ſe habere,ſic formica ſe habet circa media ſibi tamen determinata a nã quibus conſequitur finem ſuum. & ſic concedo q̃ prudentia in bruto eſt circa media ad finem . quæ tamen non ſunt eiuſdem rationis cum mediis humanis ut diximus. Sed ex hoc non ſequitur quin etiam ſit circa ea ad quæ nãliter inclinatur brutum unde negatur hæc conſequentia ea ad

quæ brutum nãliter inclinatur non sunt contingentia. sed necessario se habet ad illa. ergo circa illa non est prudentia hæc inquam consequentia non ualet nisi in prudentia proprie dicta. qm̃ est habitus consiliatiuus. & aduerte q̃ Anton. And. respondens ad tertium in oppositum ponit prudentiã in bruto circa ea ad quæ nãliter inclinatur unde uidetur sibimet contrarius. sic enim inquit ouis uidens lupum statim appræhendit inimiciciam lupi. & hoc modo potest habere actũ prudentie circa talia. s. fugiendo uel prosequendo hæc ille. Hæc pro præsenti quesito dicta sint.

Qõ. 6. si & q̃uo experimento fit ars & sciencia. Hominibus autem ars & sciencia per experimentum euenit. In prologo.

CIRCA hanc. q. quinq; agenda sunt. Primo ponentur aliquæ distinctiones. Secundo aliquæ conclusiones. Tertio declarabitur in quo discordant Thomistę & Scotiste. Quarto declarabitur ad mentem pħi quo modo ex experimento generatur ars & scia. 5. soluã quædã dubia.

Quantum ad primum aduerte tres distinctiones.

Prima cum in arte & sciencia considerentur principia & cõclusiones. quæ deducuntur ex principiis propõ pħi põt uersari circa utrunq;. ut quæratur an experimento generet̃ noticia principiorum & conclusionis. an alterius tantum.

Secunda cum in principiis & conclusionibus seruetur noticia terminorum incomplexa. & noticia propositionum complexa potest quæri an dictum philosophi uerificetur de utraque noticia.

Tertia causa cognitionis est duplex quædam principalis in qua fundatur noticia scientifica. quædam dispositiua & iuuatiua quam quidam dicunt occasionalem uel instr̃alem.

Quantum ad secundum ponuntur & probantur. 4. conclusiones Prima. Omnis cognitio sensitiua interior, & omnis ĩtellectiua ortũ habet a sensu exteriori. Prima pars manifestata est a nobis in. 2. de anima. ubi declaratum est sensum interiorem nõ ĩmutari nisi prius immutato sensu exteriori.

nam sensus cōmunis est terminus sensationum exteriorum & phantasia seruat species sensatas. & cogitatiua uel extimatiua elicit ex sensato non sensatum. & memoria seruat speciem non sensatam. & propterea dicuntur sensus interiores quia supponunt exteriores in actibus suis. Secunda aūt pars sic declaratur. Omnis cognitio intellectiua uel est per inuentionem uel per doctrinam. Si p inuentionem necesse est rem intelligibilem mouere intellectum, non pōt mouere nisi per suam speciem aut alterius. non potest esse hmōi species sine phantasmate. qm̄ ab eo abstrahitur per intellectum agētem ut declarauimus in. 3. de anima. non potest esse phantasma sine sensatione exteriori. &. n. s̄m Aristot. phantasia motus factus a sensu exteriori s̄m actum, ergo non potest esse noticia intellectiua per inuentionem sine sensu exteriori. Et de hac proprie uerificatur illud. Nihil est i ītellectu quin pus fuerit in sensu. Quod quidem multam habet latitudinem, qm̄ sufficit q fuerit in sensu uel per se ut color per suam propriā speciem, uel per partes ut mons aureus uel in quo simili, ut antichristus, uel in suo effectu ut intelligentia, quæ cognoscitur per motum uel in suo opposito, ut priuatio quæ cognoscitur per habitum, ut qn̄ per rectum cognosco obliquum, & per lucem tenebram, & per bonum malum, & per cōpositum simplicia si per doctrinam probatur idem. Nam impoīe est adiscentem doceri nisi per aliquem sensum & præcipue per auditum appræhendat sibi ꝓposita signa a docente quæ instituta sunt ad docēdum & ad res significandas, unde cecus non potest doceri de coloribus, nec surdus de sono, propterea dicit pħs in prologo. Adiscunt autem quæcunq; cum memoria habent sensum. s. auditum.

Secunda. Tam in scientia quam in arte, necessaria est noticia sensitiua ad habendum noticiam incomplexam de terminis ex quibus cōponuntur principia & conclōnes, utrum autem hæc noticia sensitiua sit experimentalis dicemus infra. Veritas huius conclōnis pendet ex præcedenti. si. n. omnis cognitio intellectiua pendet a sensitiua ergo & ista. Præterea, si intellectus debet concipere p noticiam incomplexā

quid totum, quid pars. quid homo quid risibile est necesse ipsum actuari & moueri ab aliqua specie intelligibili, quæ non potest fieri sine phantasmate, & hoc non potest fieri sine sensu exteriori ergo &c. Præterea pħs in.1.poste.cap.3.docens q̃ non omnia sunt demonstrabilia, ponit statum in primis principiis de quibus dicit. Ipsa quidem cognoscimus inquantum terminos cognoscimus &c. Sed prima terminorum cognitio, non est ab intellectu, q̃m si nihil est in intellectu quin prius fuerit in sensu ergo hæc cognitio terminorum incomplexa prius fuit in sensu quam in intellectu.

Tertia ut, habeatur noticia complexa tam de principiis quam de conclusionibus utilis, & coadiuuans est frequẽtata cognitio sensitiua & experimentalis de eodem cõplexo. Hãc conclõnem ut sonat omnes cõmuniter concedunt, q̃m experimur ꝙ q̃n cognoscimus in singularibus extra animam terminos coniungi uel disiungi, sicut sepe uidemus, citius & firmius intellectus illi complexo assentit uerbi gratia, quia sensu experimur totalitatem & maioritatem respectu partium semper cõiungi, statim assentimus huic complexo. Oẽ totum est maius sua, parte. & quia experimur lapidẽ & motum deorsum coniungi, ideo intellectus huic conclusioni assentit lapis nãliter mouetur deorsum. Inde prouenit ꝙ intellectus cum difficultate assentit his quæ parum sensibilia sunt eo ꝙ non adiuuatur nec solidatur suo naturali principio qđ est experimentalis cognitio.

Quarta, cognitio experimentalis non est principalis causa scientiæ & artis, sed deductio conclõnis ex principiis suis per demonstrationem. Prima pars sic manifestatur. q̃m conclusio scibilis ex.1.poste. est uñis & demonstrabilis, non habetur scĩa de ea nisi deducatur per demonstrationem. Demonstratio autem non est ex singularibus sensatis, sed ex p̃mis ueris &c. unde sequitur ꝙ de hac conclõne, Reubarbarum purgat choleram non habetur scientia nisi deducatur a principiis intrinsecis, & cognoscatur uirtus a qua talis effectus procedit, & sic patet prima & secunda pars huius cõclusionis. Inde prouenit ꝙ nescientes deducere conclusiones, &

reducere ad sua principia sed solo sensui insistunt, non scientes sed experimentatores dñdi sunt. Dicemus ergo experimentum non esse generatiuum scientiæ sed inductiuum & confirmatiuum, & in hoc sensu accipiendum est dictum phi cum dicit. Hominibus autem scientia & ars p experimentũ euenit.s.inductiue & confirmatiue sed non principalr, qm̃ scientia non a sensu sed ab intellectu est principalr, unde aliqui sic exponunt dictum phi, hominibus fit scientia p experimentum.i.post experimentum.qm̃ prius habitum experimentum confirmat intellectum in assensu, & tu aduerte q in his conclusionibus communiter concordant commẽtistæ & Scotiste & Thomiste.

Quantum ad tertium aduerte q in secunda & tertia conclusione Scotiste & Thomiste concordant in eo sensu in quo posite sunt. Mouent tamen dubia contra eas & primo cõtra secundam. Quæritur si illa cognitio sensitiua necessaria p habenda cognitione intellectiua incõplexa terminorũ debeat appellari experimentalis.

Quantum ad hoc, Scotiste ut patet in.q.4.Anto.And. in sua prima conclusione, ponunt indifferenter talem cognitionem necessariam, esse sensitiuam seu experimentalem, ita q super hoc non faciunt uim. Thomiste autem non admittũt illic proprie seruari experimentum, qm̃ ut dicemus in dubio sequenti, experimentum proprie dicit cognitionem cõplexam.s.conferendo unum alteri puta reubarbarum cholere. Terminus uero incomplexus ut incompleximus cognoscitur cognitione incomplexa sicut complexus cõplexa, ergo ibi non cadit experimentum proprie dictum. & propterea dicunt Thomiste q illic requiritur multiplicata appræhensio termini incomplexi in parte sensitiua, & illa uidetur sufficere, qm̃ cognitio incomplexa terminorum requisita ad cognoscendum principia complexa, non est noticia perfecta quid rei terminorum, sed est noticia confusa parum excedẽs cognitionem quid nominis. Ad talem autem noticiam habẽdam, oportet frequentem cognitionem sensitiuam præcedere. Quia uero hmõi cognitio est confusa, ideo non est neces-

se concurrere experimentum, qūod cōplexionem terminorum includit ut declarabitur. Hæc est mens Thomistarum circa suprapositam conclōnem secundā Contra tertiam cōclusionem mouēt dubium. utrum illa cognitio experimentalis, requiratur solū ut utilis & adiuuans, an ēt ut necessaria.

Anto. And. in. q. 4. in conclōne. 2. &. 4. dicit q̃ licet sit utilis non tamen necessaria Thomistę autem tenent q̃ est utilis & necessaria, sic ergo ꝓcedam. Prius firmabo uiam nr̄am deinde soluam rationem Ant. And.

Quantum spectat ad uiam nostram, aduerte primo q̃ experimentum est cognitio sensitiua complexa eo q̃ est collatio multorum particularium. Nam dicit pħs in textu q̃ experimentum est cognoscere hanc herbam curasse Socratem & Caliā, & multos singulares, ergo manifeste patet, q̃ experimentum est noticia sensitiua cōplexa. & per consequens deseruit noticiæ intellectiue complexe tam principiorum q̄ conclusionum. Quod autem hmōi noticia non solum sit utilis sed & necessaria probatur. Nam oportet assignare aliqđ motiuum & determinatiuum intellectus, ad formandā hāc uľem propōnem. Reubarbarum purgat choleram uel hanc si ab equalibus equalia demas quæ remanent sunt equalia. Hoc autem motiuum & determinatiuum non potest esse sola noticia terminorum incomplexa, qm̄ ut incomplexa non magis determinat intellectum ad hanc cōplexionem quam ad illam. Nam experimur q̃ habentes noticiam terminorū nisi cognoscamus sensu tales terminos coniungi in re. nescimus formare principium cōplexum nam stat q̃ sciam quid equale quid demere, quid remanere. & tamen nisi per experientiam cognoscam, q̃ si ab his lineis bicubitis demo cubitum remanet cubitum, & silr ab aliis equalibus, nesciam formare hoc principium si ab equalibus equalia demas &c. Patet ergo hanc noticiam experimentalem, non solum utilē esse sed & necessariam.

Præterea. Cum particularia extra animam incomplexa & uľe intellectu cōplexum sint duo extrema, & ad alterum non perueniatur nisi ꝑ medium ut declarat Commē. in lib.

de sensu & sensato, hoc medium non potest inueniri nisi ipsa cognitio sensitiua complexa, quæ frequentata dicitur experimentalis nam incomplexa cognitio sensitiua terminorum, nimis distat ab u'li complexo, eo q non determinat intellectum, magis ad hoc cōplexum quam ad illud. Igitur necessaria est & non solum utilis cognitio experimentalis ut intellectus habeat noticiam de principiis & conclusionibus.

Nunc superest soluere rōnem Ant. And. Arguit. n. sic. Intellectus conceptis modo præexposito terminis simplicibus potest uirtute propria ipsos componere uel diuidere, ita q conceptus tales complexi si sint primorum pncipiorum cognoscuntur esse ueri lumine nāli intellectus. quia principia cognoscimus, inquantum terminos cognoscimus ex. 1. poster. ergo cognitio sensitiua experimentalis non est necessaria simpliciter pro tali noticia cōplexa principiorum hñda.

Respondeo nego q intellectus sit sufficiens sua ppria uirtute conceptis terminis simplicibus ad cōponendum uel diuidendum hoc uel illud determinatum cōplexum licet. n. sit uerum q potest absolute cōponere uel diuidere non tamen determinate hoc ita q constet sibi de ueritate eius. nisi fuerit adiutus & determinatus cognitione sensitiua cōplexa frequētata quæ dicitur experimentum dictum autem pħi in. 1. poste. sic debet intelligi. Principia cognoscimus inquantum terminos sic coniunctos in re uel diuisos sensu cognoscimus. Vnde aduerte q pħs non intendit excludere sensitiuam cōplexionem terminorum. sed resolutionem ad aliud principium u'le ut in hoc distinguantur principia demonstrationis & econuerso demonstrabilis. qm̄ conclusio per mediū prius cognoscitur hæc autem per solam cognitionem sensitiuam experimentalem & lumine naturali intellectus agentis.

Quantum ad quartum aduerte q pħs arbitratur ex sensatione alicuius fieri memoriam. ex multis memoriis eiusdē rei fieri experimentum. ex multis experimentis fieri u'le nā se habet u'lis ppositio ad multa experimenta sicut conclusio inductionis ad inductionem uerbi gratia prius uideo hoc reubarbarum purgare choleram. 2. uideo q in multis infirmis

idem operatur. Tertio ex his concludo ꝙ eſt cholere purgatiuũ. 4. ex mulis experimentis facio in intellectu hanc uĺem omne reubarbarum purgat choleram & hic incipit ſciẽtia & ars uerum quia non contentatur intellectus deducere cõclusionem ſolum ex ſingularibus. ſed conatur reducere eam in cauſam intrinſecam ex qua prouenit talis effectus (purgat enim choleram ex ſua nãli proprietate)ideo ars & ſcia proprie & principalr̃ acquiritur ex tali reductione in cauſam & ſic patet ꝙ inchoatiue & inquiſitiue ars & ſcientia fiunt experimento eſſentialr̃ autem ex reſolutione in cauſam rei ſcite. Cõfirmatiue iterum per editionem ad ſenſum. Expimur enim ꝙ poſtquam concluſio ex cauſis propriis deducta fuerit confirmamus eam exemplo ſenſibili ut ſuffragante ſenſu intellectus facilius & firmius concluſioni deductæ aſſentiat patet ergo ꝙ initium artis & ſcientiæ eſt ſenſus principale vero productiuum eſt intellectus inquirẽs cauſas rei ſcite. Confirmatiuum autem iterum eſt ſenſus. Vnde uidemus quoſdã qui propter ueras & ſubtiles rationes non inclinantur ad aſſenſum concluſionis, & tamen ſenſibili exemplo adducto, facile illi acquieſcunt. Quod tamen in his prouenit propter debilitatem ingenii. De quibus inquit phs in. 2. lib. metaphyſicæ textu. 15. Alii uero, ſi non exemplariter eis proponatur non acquieſcunt.

Quantum ad quintum aduerte, ꝙ contra determinationem factam tria inſurgunt dubia.

Primum eſt, quia non uidetur uerum artem & ſcientiam generari ab experimẽto, qm̃ incertum & fallax non poteſt generare id de cuius rõne eſt certitudo, ſed experimentum eſt ĩcertum & fallax propter uariationem & diuerſitatẽ ſingularium. Ars autem & ſcientia dicunt certitudinem, qm̃ in hoc diſtinguuntur ab opinione ergo &c.

Reſpondeo licet incertum non generet eſſentialiter certum, qm̃ cauſa eſſet ignobilior ſuo effectu, tamen poteſt generare inchoatiue & inquiſitiue ut declarauimus. Dat enim experimentum uiam intellectui inquirendi cauſam & principium neceſſarium a quo principaliter generatur ars & ſciẽ

tia. &

tia. & aduerte q̃ oia argumenta, quibus solet ꝓbari experimentum non gñaræ artem & sciam ex eo q̃ experimentũ dicit quia, & ars dicit pp quid, sed quia non manifestat quid, alr minor cognitio caret pfectiorem & ex eo, q̃ cã ꝓductiua esset imperfectior suo effectu & ex eo q̃ ex multis nõ pt inferri oẽ alr cõmitteretur fallacia ꝯñtis. Oia inq̃ hæc argumenta concludunt, q̃ experimentum non est cã essentialis & pncipalis artis & sciæ, non aũt quin sit cã initiatiua & occasionalis. Vnde nego quin ipm quia manifestet initiatiuæ ipsum quid & eodem mõ cã imperfectior occasionalr & istrumentalr põt ꝓducere effectum perfectum, & ex multis ꝓbabilr pt inferri oẽ qñ non datur manifesta instantia, non autẽ pt inferri necessario & essentialr. unde qñ ex multis experiẽtiis infertur vlis conclo, est illatio ꝓbabilis & occasionalis.

Scdm est. Dubitatur in ꝓpõ pbi, qua dicit hoibus aũt scia & ars per experientiam, intelligenda est vliter an indifinitæ, & videtur q̃ non dẽat intelligi vliter. Nam si non posset acquiri aliqua ars & scia sine experimento, sequitur q̃ ois artifex & sciens esset expertus, qd est contra pbum in litera, qui dicit, expertos magis ꝓficere uidemus, sine experientia rõnem habentibus, ꝯñtia aũt patet, qm in quocunq; præcedit experiẽtia, ille est expertus, sed per te in quolibet artifice & sciente pcedit expiẽtia gñatiua vliter artis & sciæ, ergo &c.

Rñdeo solet distingui de arte & scia, quia aut hñr per inuẽtionem aut per doctrinam, si per inuentionem cõceditur q̃ vliter gñantur experimento, cuius fundamentum positum est in corpore quæsiti in conclone. 2. & 3. si per doctrinam, solet distingui, qm in habitu acquisito per doctrinam pñt esse aliquæ conclones, quæ pñt esse adiscenti certæ per solam doctrinam, qua adiscit reducere tales conclones in sua ꝓpria principia, ẽt remota experientia. v. g. In scia medicinæ. Istæ conclones pñt esse certæ adiscenti per solum doctorem assignantem cãm, estas calida & sicca ꝓficit flegmaticis. Hiems frigida & humida ꝓficit cholericis, & cã quidem primæ est, qm caliditas & siccitas ætatis temperat humidum frigidum flegmatici. Cã aũt secũdæ est, qm frigiditas & humiditas hie

mis temperat calidum ſiccum in cholerico. Quædam autem ſunt conclōnes in p̄dicto habitu, quæ per ſolum doctorē aſſignantem cām, non p̄nt fieri certæ adiſcenti, niſi firmentur experientia. v g. In ſcīa medicinæ habetur. 9. piper nigrum ſumptum in magna quantitate conſtipat, in parua quantitate laxat uentrem. De hac quidem cōclōne, & multis aliis ſimilibus, nūquam certus eſt adiſcens, quantūcunq; audiat uel legat in lib. cām huius, niſi accedat experientia. Dico igitur ad dubium ꝙ propō p̄hi intelligitur vl̄iter quo ad ſcīam & artem habitam per inuentionem, non aūt quo ad acquiſitā per doctrinam niſi reſpectu conclōnum, quæ nō poſſunt certificari adiſcenti niſi ſuperueniente experientia. Ad argumētum aūt fundatum ſuper dictum illud p̄hi, expertos magis ꝑficere uidemus &c. dico ꝙ uerificatur illud dictum de arte & ſcīa per doctrinam, & reſpectu conclōnum quarum certitudo non habetur niſi accedente experientia.

Tertium eſt, ſi quando ars & ſcīa acquiruntur per inuentionem, neceſſe eſt ut ſemper acquirantur per experimentū & uidetur ꝙ non, nam ſi quis ſemel tm̄ uiderit, q̄ō triangulus habet tres equales duobus rectis, uel q̄ō contingit ſuper lineam datam, triangulum cōſtituere equilaterum, per certitudinem cognoſcet. ſemper ſic eſſe, ex conſequenti de hac conclōne triangulus habet tres &c. habebit ſcīam. & non ꝑ experimentum, qm̄ non fit experimentum per unam ſenſationem uel per unam memoriam tantum ſed per multas ut dicit p̄hs in textu. ergo &c.

Reſpondeo, dico ꝙ ſemꝑ requiritur experimentum. Sed aduerte ꝙ eſt duplex. ſ. formale & uirtuale, formale eſt qđ fit ex pluribus ſenſationibus eiuſdem rei, & multis memoriis eiuſdem. uirtuale aūt eſt, quod fit unica ſenſatione & unica memoria, quæ licet in ſe ſit una tantum, equiualet tamen multis, nam ſunt quædam res adeo ſtabiles, ꝙ ſemel uidiſſe q̄ō ſe habent, eſt ſemꝑ uidiſſe, ſicut & motus diurnus completur. 24. horis. ꝙ dies eſtatis ſunt longiores. ꝙ hiemis breuiores. Quædam aūt ſunt adeo uariabiles, ꝙ niſi multiplicētur earum ſenſationes reſpectu eiuſdem effectus parua aut

nulla, pôt haberi de eis certitudo. & tales sunt rerum inferiorum nãæ. In pmis sufficit experimentum uirtuale. In secundis aũt requiritur formale & quoniam in gradu primo reponuntur mathematica, iõ in eis sufficit experimentum uirtuale. In nãlibus aũt requiritur formale. & p hoc patet qd dicendum sit ad argumentum. Tu igitur tene q in oĩ arte & scia per inuentionem, necessarium est experimentum aut uirtuale aut formale. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Qõ. 7. si oĩs actio est circa singulare.

Actus aũt & gñones oẽs circa singularia sunt. In plogo.

CIRCA hanc qõnem tria agenda sunt. Primo ponũtur aliquæ distĩones. Secundo aliquæ concl'ones. Tertio soluentur quædam dubia.

Quãtum ad pmum aduerte duas distĩones, pma est, actio pôt dupl'r cõsiderari. Primo ut respicit agens a quo egredit. Secundo ut respicit obm circa quod est, & quidem ppõ pbi uentillanda est de actione ut respicit obm, nam quo ad agẽs sine distĩone & absolutæ constat q oĩs actio est ab agente singulari unumquodq3. n. agens est agens inquantum est actu. In tantum est actu inquantum habet esse, esse aũt est pmo & p se rei singularis, nam ul'e ut declaratur in lib. 7. contra Platonem, nam existit nisi in singulari. 2. distĩõ est hæc, actio est duplex. s. imanens ut actio intellectus & uoluntatis & actio sensus & appetitus sensitiui, & actio trãsiens & de hac distinctione acturi sumus in lib. 9.

Quantum ad secundum, considerando actionem respectu obiecti, pono tres conclusiones.

Prima concl'o. Actio pma & directa intellectus nõ est circa singulare, nam obm intellectus est ipsa nã ṽl'is abstracta a condõnibus indiuidualibus, siue ipm qd' quid est. ut manifestauimus in 3. de aĩa & non est circa singulare nisi secundario & reflexe ut manifestabimus in. 7. lib. huius sciæ, quãdo quæremus utrum singulare sit intelligibile. De actione antẽ uoluntatis, patet q cum sequatur appræhensionem intellectus, est circa bonum simpl'r. ut declarauimus in tractatu de

potentia appetitiua in. 3. de aïa. & quoniam de hac concl'one non eſt dubium apud Thomiſtas ideo pertranſeo.

Secunda concl'o. Actio ſenſus nõ eſt circa hoc uel illud ſingulare, ut circa ſuum ꝓmum & ꝑ ſe obm, nam obm uiſus ẽ color vl'ter ſumptus & ſonus eſt obm auditus, ut declarabitur in. q. ſequẽti, in qua manifeſtabitur qũo nã cõis eſt obm tam in ſenſu quam in intellectu, licet alia & alia rõne. & alio mõ ſenſus attingat vl'e quã intellectus. Hanc igitur concl'onem uidebis reſolutam in. q. ſeqnenti, iõ ſuſtine. De actione appetitus ſenſitiui eſt idem iudicium, quoniam ſequitur appꝛhenſionem ſenſus. Determinatio igitur quæ fiet in. q. ſequẽti, de actione ſenſus, extendet ad actionẽ appetitus ſenſitiui.

Tertia concl'o. Actio tranſiens de qua ꝓpriæ intendit hic pħs eſt ꝑ ſe circa ſingulare, nec uerificatur de vl'i, niſi mediãte ſingulari in quo habet eſſe nã vl'is. & hæc concl'o ſic ꝓbat nullum ſingulare exiſtit ut in ſubo, niſi in aliquo ſingulari. nullum. n. vl'e eſt ſubm accñtis niſi rõne alicuius ſingularis. ſed oĩs actio tranſiens eſt ſingularis ut hæc edificatio. hæc ſanatio. ergo ut in ſubo non exiſtit nec recipitur niſi in aliquo ſingulari, recipitur aũt in eo circa qd' eſt. ut ſanatio in ſanabili, motus in mobili. 3. phyſi. ergo eſt ſemꝑ circa ſingulare ſumendo ly circa ſubiectiuæ. & non tantum obiectiuæ, qd' iõ dico. quoniam licet intellectio ſit circa vl'e obiectiuæ eſt tamen in intellectu ſubiectiuæ ꝓut intellectus ſingularis eſt.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ ꝯtra hanc. 3. ꝯcl'onẽ ſunt quædam argumenta ſatis apparentia, quæ ſoluere dẽmus.

Primum eſt. Ariſt. in. 2. phyſi. c. de cauſis docet reducere effectum ſingularẽ in cãm ſingularem. & effectum vl'em in cãm vl'em. & exemplificat in actionibus tráſeuntibus. ergo ẽ aliqua actio ſingularis & aliqua vl'is puta gñō ſortis. & gñō hoĩs. Sed ſicut actio ſinguluris eſt circa ſingulare, ſic actio vl'is circa vl'e, non ergo oĩs actio eſt circa ſingulare.

Reſpondeo. & dico ꝙ pħs ꝑ cãs vl'es põt intelligere vl'es ĩ cauſando. ſicut eſt Deus & intelligentiæ & cœlum. & ꝑ effectũ vl'em ipm eſſe. qd' ſupponit cuilibet ſupadditæ pfectiõi.

Item põt intelligere vl'es in ꝑndo ſil'r effectum. &. i. ma-

gis ad mētem suam Sicut.n.hic edificator agit hoc edificiū. sic edificator agit edificium. Sed aduerte ꝙ hæc vl'itas non ē realis sed rōnis attributa ꝑ intellectum edificatori & edificio in cōi.unde non datur actio illius cāæ vl'is nisi respectu cāæ particularis & effectus particularis.non.n.hæc est uera,edificator edificat nisi quia hic edificator hoc edificium edificat. Dico ergo ꝙ phs docuit reducere effectum vl'em ſm ꝑdicationem in cām vl'em ſm ꝑdicationem, & nō effectum vl'em ſm rem in cām vl'em ſm rem,& in hoc sensu determinatū ē actiones oēs transeūtes,nō esse circa vl'e, sed circa singulare.

Scđm est dicit Auic.in. 1 .li.sufficientiæ ꝙ nā intendit ꝓducere spēm,ergo productio terminatur ad uniuersale species enim dicit naturam.

Rñdeo.Dictum Auic.sic debet intelligi,nā intendit ꝓducere spēm non quidem ꝑ se subsistentem,sic.n.argm̄ cōcluderet,sed intendit,mediante indiuiduo producto. ita tñ ꝙ non ꝓducitur indiuiduum nisi ut saluetur spēs, unde si spēs rei corruptibilis,posset ꝑpetuo saluari in uno indiuiduo, nō ꝓducerentur plura indiuidua. In ꝓductione ergo indiuidui, nā ꝓ tanto intendit spēm,quia rō ꝓducendi indiuiduum nō est ipm indiuiduum,sed nā specifica in indiuiduo,patet autē ꝙ hæc ꝯñtia non ualet, nā in ꝓductione indiuidui intendit spēm,ergo spēs est ꝑmus & ꝑ se terminus ꝓductionis, licet enim sit primum intentum in productione, non tamen est necesse ꝙ sit primo productum.

Tertium est logicum sic,sortes ꝑ se sanatur, sortes ꝑ se ē hō,ergo hō ꝑ se sanatur,ergo non ꝑ accñs,qđ est ꝯtra phm in tex.qui dicit ꝙ medicus non sanat hoiem nisi ꝑ accidēs.

Rñdeo. Ant.and.dat plures rñsiones,quæ an ualeant non curo,ego aūt ad mentem.b.Tho.rñdeo dupl'r, ꝑmo ꝙ argumentum non ualet eo ꝙ ly ꝑ se non tenetur uniformiter in maiori & in minori,nam in ma.tenetur subiectiuæ,sortes .n.ꝑ se sanatur,quia ꝑ se,inquantum hoc sanabile recipit sanitatem in minori aūt stat ꝑdicatiuæ & essential'r qm̄ hæc est in ꝑmo mō ꝑ se,sortes est hō,& in conclōne fit transitus a ꝑ se ꝑdicatiuæ ad ꝑ se subiectiuæ: Iō argumentum non ualet.

Dico secundo ꝙ admisso argumēto. Minor est falsa, nā licet sortes ut sortes ꝑ se sit hō, tñ ut sanatur non ꝑ se est hō. Accidit.n. sanato esse hoiem & id vř esse ad mentem pħi, nam dicit in tex. Sed Caliam aut Socratem aut aliquem dictorum, cui accidit eē hoiem, cui.s. ut sanatur accidit, cui esse hoiem, nam ut inquit.b. Tho. exponens licet hæc sit ꝑ se, Socrates est hō, hæc tamen est ꝑ accidens, curatus uel sanatus est hō.

Quartum est si duo sunt eadem realr, quæcūqꝫ passio realis conuenit uni ꝑ se conuenit & alteri, quia passio fluit ex ꝓpriis ꝑncipiis subi, ex. 1. poste. & quorūcunqꝫ sunt eadem ꝑncipia ꝑ ꝯñs sunt eedem passiones. Sed vl'e & singulare sunt eadem realr ut conceditur ab oibus: & corruptio ac gñio ꝑ se competit singulari ſm Aristo. hic ergo & uniuersali. ergo gñio ita ēst per se circa vniuersale sicut circa singulare.

Rñdeo, dico ad maiorem ly ꝑ se pōt sumi duplr ꝑmo pro secundo mō ꝑ se, secūdo ut distinguitur contra ꝑ aliud si sumitur ly ꝑ se in maiori ꝓ scd'o mō ꝑ se concedo eā, nam in hoc sensu, utraqꝫ istarum est ꝑ se, sortes est risibilis, hō est risibilis. & concedo totum argumentum, nec est contra nos. Cōcedimus.n. ꝙ utraqꝫ istarum est ꝑ se, sortes est gñabilis, Hō est gñabilis si sumit ly ꝑ se in ma. ut distinguitur contra ꝑ aliud nego maiorem & ꝑcipue in his quæ non sunt idem conuertibilr sicut contingit in ꝓposito, licet.n. singulare & vl'e sint idem realr, nō tamen conuertibilr ut patet. & iō nō inconuenit. ꝙ eadem passio conueniat uni ꝑ se.i. non ꝑ aliud & alteri non ꝑ se, sed ꝑ aliud, sicut hō ꝑ se.i. non ꝑ aliud ē risibilis. Sortes aūt non ꝑ se, sed quia participat hoiem est risibilis, sic est in ꝓposito, nam sortes ꝑ se.i. non mediante alio gñatur, quia singulari ꝓprie competit esse. Hō aūt non ꝑ se sed ꝑ aliud i. mediante indiuiduo gñatur, quia hoi non cōuenit existere nisi in indiuiduis. & ꝑpea dicit Arist. in tex. ꝙ medicus sanat hoiem ꝑ accidens.i. ꝑ aliud, quia mediante Calia aut Socra. qui sanat ꝑ seipm. Patet ergo ꝙ argumentum nō cōcludit, quoniam ly per se ut distinguitur contra per aliud in eo ꝙ est gñari ita conuenit singulari ꝙ non conuenit vl'i.

Et aduerte ꝙ Io. Iandu. in. 1. metaph. in. q. 16. adeo exti-

mat hoc argumentum, q᷑ concedit v̄le esse p̄mo & p̄ se gn̄abile & corruptibile. Ad qd᷑ non fuisset astrictus, si cōsiderasset distinctionem de ly per se, sicut nos exposuimus.

Iterum aduerte q᷑ Iandu. ad id deductus est, quia non ↄsiderauit, quō stat q᷑ aliquid sit p̄ se intentum, & tamen nō p̄ se gn̄atur, & aliquid p̄ se gn̄atur, qd᷑ tamen non est p̄ se intē tum, nam p̄mū uerificatur de sp̄e, & scd̄m de indiuiduis Iandu. aūt existimauit, oē p̄ se intentum, p̄ se gn̄ari, & oē non p̄ se intentum non p̄ se gn̄ari, qd᷑ tamen est falsum ut declarauimus, nam nā in gn̄one intendit sp̄em. & tamen non p̄ se, sed mediante indiuiduo genito, gn̄at sp̄ēm. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Qō. 8. si ob̄m sensus est v̄le an singulare.

Amplius aūt sensuum, neq; unum sapiam ponimus. cum his singulorum. i. singularium cognitiones maxime proprie sint. In prologo.

CIRCA hanc qōnem tria agenda sunt. Primo p̄babitur q᷑ ob̄m p̄mum tam in sensu. q̄ in intellectu est v̄le. Scd̄o declarabitur in quo stat distō inter obiectū intellectus & obiectum sensus licet utrius obiectum sit v̄le. Tertio soluentur quædam dubia.

Quantum ad p̄mum p̄batur multipl̄r v̄le esse ob̄m sensus, nam quo ad intellectum cōiter conceditur. Arguo igit̄ p̄mo auctoritate p̄hi, deinde rōne. Dicit p̄hs in. 2. poste. sensus est v̄lis. sentire aūt singulare & in. 2. de aïa text. 63. uisus non decipitur circa colorem, quoniam color, neq; auditus circa sonum quoniam sonus: sed circa coloratum, ex quo vr̄ intendere, q᷑ sensus uisus uersatur non solum circa hunc uel illum colorem. sed circa colorē cōiter & uniuersaliter sumptum, similiter auditus circa sonum.

Rōne aūt sic, si singulare est p̄mum ob̄m sensus, cū p̄ma ob̄a diuersificent potentias & idem sensus feratur in multa singularia, puta uisus in hūc & illum colorem. ergo uel erūt multæ potentiæ uisiuæ. sicut sunt multa singularia uisa, uel uidebit tm̄ unum singulare, quorū utrūq; est falsum ut p;.

Præterea si singulare est obm sensus, ergo uel singulare inqtum hoc singulare & hoc non. quoniam tantum hoc singulare sentiretur. uel singulare inqtum abstrahit ab hoc & ab illo singulari si sic, cum illa singularitas sit quædã cõitas habetur intentum, ex hoc. n. sequitur ꝙ singulare ut singulare non est obiectum sensus.

Quantum ad secd'm declarandum est, in quo sensu vl'e est obm intellectus. & in quo est obm sensus. ut seruetur distĩõ iter obm formale intellectus. & obm formale sensus. Aduerte igitur ꝙ stat distĩõ in duobus. Primo in duplici acceptione ipsius nãæ vl'is. Secundo in diuerso modo attingendi & ferendi in ipsam naturam uniuersalem.

Pro euidentia pmi aduerte ꝙ. b. Tho. in pma secũdæ. q. 29 art. 6. format hanc distĩõnem. De vl'i cõtingit loq dupl'r uno mõ sm ꝙ subest intentioni vl'itatis, alio mõ dicitur de nã cui talis intentio attribuit alia est. n. cõsideratio hoĩs vl'is. & alia hoĩs i eo ꝙ hõ. Si igitur vl'e sumatur pmo mõ sic nulla potentia sensitiuæ partis nec apphẽsiua nec appetitiua pt in ul'e. quia hoc ul'e sit p abstrastionem a mã indiuiduali, in qua radicatur oĩs potentia sensitiua, põt tamen aliqua potẽtia sensitiua, tam apphẽsiua q̃ appetitiua, ferri in aliqd' ul'iter sicut dicimus obm uisus est color sm genus nõ quia uisus cognoscat colorem ul'em. sed quia color sit cognoscibilis à uisu non conuenit colori inqtum est hic color sed inqtum ẽ color simpl'r. Hæc. b. Tho. ex quibus elicitur ꝙ licet tã sensus q̃ intellectus p obo hẽant vl'e, diuersa tamẽ rõne quoniã obm intellectus est ul'e formale. obm aũt sensus est ul'e. i. nã cõis cõiter & ul'iter considerata. & non singulariter. q̃ nãm cõem ut sic. non dicimus ul'e actu hoc. n. fit p intellectũ, sed pxima aptitudine est. n. talis nã, cui põt intellectus intentionem ul'itatis attribuere.

Pro euidentia secundi, adurete ꝙ licet ul'e sit obm i sensu & in intellectu. tamen alia rõne attingitur ab intellectu & alia a sensu, intellectus. n. attingit vl'e. sub rõne ul'itatis sensus aũt non. sed rõne singularitatis. ita ꝙ singularitas est rõ sine qua non. & hæc diuersitas attingentiæ puenit ex diuer

sitate spẽi intelligibilis.& spẽi sensibilis. Nam quia spẽs intelligibilis est abstracta a phantasmatibus.& rep̄sentat rē sine cōditionibus indiuiduantibus. iō intellectus actuatus tali spē, fertur sup nām u'lem. ut u'lis est. i. ut abstracta a singularibus.& quoniam spēs sensibilis remanet cōiuncta ɔdōnibus indiuiduantibus iō non rep̄sentat u'le nisi ɔtractum ad hoc uel illud singulare & q a sensus nō fertur in obm nisi actuatus spē sensibili, inde est ꝙ sensus nō cognoscit nām u'lem, nisi mediāte singularitate. Hinc patet ꝙ licet sonus ſm gen⁹ sit obm auditus, tñ nō audit sonū nisi mediāte hoc uel illo sono, & grā huius dixit pħs in. 2. poste. sensus est u'lis. s. obi sentire aūt est singulare. q. d. Tā intellectus q̄ intelligere est circa u'le. ut u'le est. sensus aūt licet habeat u'le ꝓ obo, tñ p actū sentiendi non attingit u'le nisi mediante singularitate.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ contra hanc determinationem sic declaratam non inuenies argumenta difficilia, qm̄ licet apud pħm &. b. Tho.& Commenta. inuenias ꝙ sensus est tantum singularium. uel ꝙ tantum singularia cognoscit uel ꝙ cognitiones singularium sunt maxime ꝓprie sensuum ex his non concluditur aliud, nisi ꝙ non fertur in v'le ut v'le sed mediante singularitate uel potes dicere ꝙ obiectum quidem sensus. est v'le quantum autem ad attingentiam est singulare eo ꝙ v'le non attingitur a sensu, nisi quia aliquod singulare sub v'li contentum attingitur, non. n. color uidetur nisi quia hic uel ille color uidetur. & tamen color ut color intelligitur, dato ꝙ nullus singularis color intelligatur.

Tu tamen aduerte ꝙ illud argumentum solitum fundari super dictum pħi in libro de somno et uigilia cuius est actus eius est potentia. Sed sentire est singulare ex. 1. poster. ergo sensus est singularis. s. quo ad obiectum. Hoc inquam argumentum non est difficile. Nam dictum pħi in de somno & ui. intelligitur quo ad subiectum ut sit sensus. in eodem subiecto est actus.& potentia a qua est actus, uerbi gratia sicut intellectus est tantum in anima.& non in coniuncto. quia est potentia non organica. sic intelligere est subiectiue tantum ī anima.& econuerso. In proposito non pōt concludi aliud ni-

si q in quo recipitur sentire in eodē recipitur sensus.s.in con iuncto.& non in sola anima.

Aduerte etiam q si dictum p̄bi exponeretur quo ad obie ctum.ut sit sensus.actus & potentia a qua est actus sunt eius dem obiecti,nullum sequitur inconueniens. Tenemus enim q obiectum sensus & sensationis est vl'e,nec intendit p̄bs cū dicit,sentire est singulare.q obiectum sensationis sit singula re,sed q sensus cuius obiectum est vl'e,non exit in actum sen tiendi nisi mediante aliquo singulari . contento sub illo vl'i. ut in hoc distinguatur actus sentiendi ab actu intelligendi. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Quæstio.9.si metaphysicus considerat om nes quidditates tātum in uniuersali uel etiam.in particulari.

Sapientem scire omnia ut decet accipi mus &c. In prologo.

CIRCA HANC quæstionem intendo declarare quid senserit Commenta.&.b.Tho. & Scotus dimis sis friuolis,quorundam modernorum. Sic ergo pro cedendum est. Primo præponentur aliqua pro declaratione tituli. Secundo ponentur conclusiones decisiue. Tertio decla rabitur differentia intet metaphysicam & alias particulares scientias in considerādo easdem quidditates. Quarto soluen tur quædam dubia.

Quantum ad primum pro noticia tituli aduerte quinq.

Primo aduerte q duplex est quidditas quædam ĩ mā . ut entia corporea tam simplicia qualia sunt el'nta & cōposita. Quædam separata a materia.ut Deus & intelligentie.

Secūdo aduerte q de quidditate separata a mā s'm esse po test haberi quatruplex conceptus. Primus est transcendens . Deus est ens unum uerum bonum &c. Secundus est gene ralissimus ut Deus est suba & intelligentia est suba. Tertius subalternus ut Deus est suba incorporea. Quartus est ue specificus in quo nā abstracta sub propria & formali sua ... entia concipitur, puta si concipiatur Deus sub ratione ...ndo concipitur homo sub sua specifica dif

ferentia. Sed aduerte ꝙ pro nunc non est discutiendum. an Deus contineatur sub generalissimo & subalterno. nam mihi sufficit pro nunc, ꝙ ea quæ prædicãtur de Deo, ut substãtia incorporea. uel sunt genera. uel se habent ad modum generum ex his conceptibus tres possunt a nobis haberi nãliter & ex sensatis ut manifestabimus in lib. 2. quartus autem pro hac uita est nobis impossibilis. Tunc. n. cognosceremus pro præsenti statu abstracta quidditatiue, quod manifestabimus esse impossibile in. 2. libro.

Tertio aduerte ꝙ quatuor genera causarum pertractantur a metaphysico & a physic. ut patet in. 5. metaph. & in. 2. physi. sed diuersa ratione, nam pertractantur a physico ut cõcernunt motum, unde non considerat de efficiente nisi ut agit per motum, nec de mã nisi ut est subiectum transmutationis & ut est receptiua formæ introducende per motũ, nec de forma nisi ut est terminus transmutationis. uel ut est pncipium formale actionis physicæ, nec de fine considerat nisi ut est acquisitus per motum, metaphysicus autem considerat efficiens ut producens. & non ut transmutans physicæ. Datur. n. actio sine motu unde inquit Commenta. in libr. 9. met commen. 1. potentia & actus dñr in pluribus quã in rebus transmutabilibus. mãm uero considerat inquantum est ens & potentia. & pars quidditatis, formam uero inquãtum est ens & actus & quidditas uel pars quidditatis. finem autẽ inquantum est bonum et perfectio nãæ, ad quod rei nã ordinatur. unde dato ꝙ nulla res attingeret finem suum nisi per motum. prior tamen est ratio ordinis in re ꝓm esse, quam secundum operationem, sed dices si metaphysicus quatuor causas pertractat. quare dicit Commenta. in. 1. physi. commen. 1. Metaphysicum tantum tres causas considerare? excludit enim materiam.

Respondeo pro tanto excludit mãm. quia magis concernit motum & transmutationem quam alie causæ. unde per motum & transmutationem cognita est ut patet in. 1. physi. & in. 8. metaph. cum hoc tamen stat ꝙ potest considerari, ut ens, ut potentia ut pars quidditatis.

Quarto aduerte q ly considerare quidditates invli uel in particulari intelligitur quo ad prædicata ulia uel specifica puta considerare lapidem, ut est suba ut corpus, ut unus ut cõpositus ex mã & forma, est considerare quidditatem lapidis in uli, eo q in illis prædicatis plura alia conueniunt. Considerare uero lapidem ut sic mixtum, ut grauem, ut aptum descendere ad centrum, est cõsiderare quidditatem eius in particulari, eo q talia prædicata ducunt nos in cognitionem distinctam de lapide.

Quinto aduerte, q ly considerare quidditates rerũ in par ticulari, potest intelligi dupl'r. primo absolute. s. ultimate sistendo in tali consideratione, ut si cõsiderarem quidditatem hominis, ut est quiditas hominis, secũdo resolutiue. i. reducendo talem considerationem ad ens, & ad principia entis, uel proprietates entis ut si considero qudiditatem hominis, ut ens ut actus ut res &c. His prænotatis deueniendum est ad conclusiones.

Quantum igitur ad secundum ponuntur tres conclusiones responsiue.

Prima conclusio. Metaphysicus considerat omnes rerum quidditates in uli, probatur sic scientia cõsiderans subiectum cõmunissimum & passiones cõmunissimas, quæ saltim distinctim conueniunt omnibus rerum quidditatibus, cõsiderat omnes quidditates fm illas ratiões cõmunes. Hæc patet ex ratione subiecti adequati & cõmunissimi, nam de ratione eius, est ut omnia de quibus ipsum & passiones suæ prædicãtur, considerentur in scientia, aliter non esset adequatio inter subiectum & scientiam. Sed ens & passiones entis, conueniunt saltem disiũctim omnibus quidditatibus. Omnis enim qudiditas est ens, & unum uel multa ẽ simplex uel composita est necessaria uel contingens, est finita uel infinita &c. ergo omnes quidditates sub hac consideratione uli, considerantur a metaphysico.

Secunda conclusio. Metaphysicus non considerat omnes rerum quidditates in particula. i. quo ad prædicata propria & specifica probatur in particularem & distinctam noti-

ciam oīum quidditatum,nō poteſt nos deducere ratio entis nec ratio proprietatum entis,eo q̄ omnibus entibus conueniunt ſaltem diſiunctim , ergo per habitum metaphyſicum non poteſt haberi de omnibus quidditatibus particularis & diſtincta noticia. Antecedens patet,conſequentia uero probatur,quia formalis ratio obiecti eſt illa per quam attingitur quicquid eſt attingibile per potentiam ſiue per ſcientiam.ut patet in obiecto uiſus,nam unumquodq̧ intantum eſt uiſibile,inquantum participat nām & rōnem coloris aut lucis, cum ergo per rōnem entis & proprietatum eius, nihil ſit cognoſcibile , niſi inquantum ei conuenit ens, & proprietates eius & non ultra,manifeſtum eſt,q̄ per habitum metaphy. nō poteſt haberi particularis noticia omnium quidditatum.

Tertia concluſio,licet metaphyſicus cōſideret omnes qdditates in uli & nón omnes in particulari,tamen quidditates ſeparatas conſiderat in uli & in particulari,ſaltem ſm conceptus aggregatos illis tantum conuenientes. Quod conſideret in uli patet per primam conclōnem.Quod autem ī particulari per conceptus aggregatos probatur,nam ſuba ſeparata cognoſcitur ſub hoc conceptu,quód eſt ſuba eterna immālis,actus,intellectualis,ſine magnitudine,īmutabilis, inalterabilis īfinite uirtutis,& iſte cōceptus quo ad omnes partes ſimul iunctas,cōuenit ſoli Deo , & ſi remoueatur illud infinite uirtutis,competit aliis intelligentiis & nulli alteri. Sed hunc conceptum non format alius niſi metaphyſicus ut manifeſtum erit in li.12.eo q̄ trahitur ex conceptu entis & ſbe & neceſſarii.& ſimplicitatis.& independentie. & actus quæ omnia ſunt de conſideratione metaphyſici,ergo quidditates ſeparate conſiderantur a metaphyſico,non ſolum in uli. ſed etiam in particulari,ſignanter autem dixi,quo ad conceptū aggregatum.qm̄ conceptum ſimplicem quidditatiuum a pori de ſeparatis habere nō poſſumus.& ideo licet ad metaphyſicam ſm ſe dictam id pertineret non tamen ad metaphyſicā quam habet pbs,nec ut uiator poteſt habere.ſed id relinquitur alteri ſtatui.

Quantum ad tertium declarandum eſt reſolute qūo dif-

ferant metaphysica & alie scientiæ in cõsideratione quiddita tum. Aduerte igitur ꝙ metaphysicus considerat hoiem ut ẽ ens ut sub̃a ut compositus ex mã & forma physicus autem considerat. ut est ens mobile ẜm gñonem & corruptionem propter principia sua intrinseca. s. propter mãm annexam, priuationi propter qualitates actiuas & passiuas, propter for mam non pficientem totalr̃ potentialitatem mãæ, & ꝙ est mobile motu uegetationis inquantum est corpus animatũ. Item metaphysicus considerat lineam ꝙ est accidens ꝙ est quantitas, ꝙ est totum cõpositum omogeneum. Geometra autem considerat ꝙ causatur a puncto, ꝙ est sola longitudo ꝙ est recta uel obliqua. ꝙ est principium omnis figure. Et qm̃ impoſſe est concipere, rem quo ad predicata propria nisi pus concipiatur quo ad prædicata ulia. eo ꝙ illa prius cadunt in nostro intellectu. ideo metaphysica fundat & firmat omnes specificos conceptus. ita ꝙ meretur dici. ipsam solam considerare quod quid est. ut dicet pħs in. 6. lib. uerum quõ sit uerum dictum pħi, declarabimus in lib. 6.

Totam determinationem huius quæsiti reputamus de mente Commenta. qui dicit i. 6. li. commen. 1. Ista scientia habet considerare de omnibus speciebus entium inquantum sunt entia & de mente. b. Tho. qui dicit in. 4. libr. exponens textũ scd̃m, in quo dicit pħs. Quapropter & entis inquãtum ens est. quascunq; speculari species unius scientiæ est. Super quem inquam textum inquit. b. Tho. Hoc aũt dicit. quia nõ oportet ꝙ una scientia consideret de oibus speciebus unius generis ẜm proprias rationes singularum spẽrum. sed ẜm ꝙ conueniunt in genere. Secundum autem proprias rationes pertinent ad scientias speciales, sicut est in ꝓposito, nam om nes subæ inquantum sunt entia uel subæ pertinent ad considerationem huius scientiæ inquantum autem sunt talis aut talis suba, ut leo uel bos pertinent ad scientias speciales &c. Et etiam est de mente Scoti. qui in. 1. sent. in. q. 1. prologi in 3. argumento contra pħos inquit. Hoc est quod dicit pħs in 1. metaph. ꝙ oportet sapientem omnia cognoscere aliqualiter. i. in ulĩ & non in particulari. & subdit. qui. n. nouit ulia,

nouit aliqualiter omnia subiecta &c. ecce q per ly in uniuersali, & non in particulari. patet quod concordat cum determinatione facta.

Quantum ad quartum aduerte q contra determinationem factam plura insurgunt dubia.

Primum est propter, quid est q metaphysicus considerat subas abstractas in uli & in particulari quantum potest. mãles autem tantum in uli, cum uideatur eadem ratio, nam qdditas materialis ut quidditas, ita abstrahit a motu sicut qdditas immaterialis.

Respondeo non est eadem ratio, qm̃ cum sit proprium metaphysici considerare abstracta a motu & a mã, maxime debet considerare ea quæ sunt abstracta ẞm esse & ẞm rõnẽ talia autem sunt entia separata, quæ dicuntur entia diuina, entia uero mãlia, licet ut sunt quidditates abstrahãt a motu ẞm considerationem, tamen ut sunt in rerum nã & in particulari ut leo lapis &c. concernunt motum & etiam mãm ut est subiectum transmutationis & ideo non est eadem ratio.

Potest etiam dici q metaphysica est duplex. s. communis & applicata. Cõmunis est illa quæ traditur in libris præcedẽtibus lib. 12. Quoniam in illis agitur de ente de cõmunibus diuisionibus entis & proprietatibus eius. Applicata est in lib. 12. i quo agitur de ente separato a mã ẞm esse. Dico igitur q licet non pertineat ad metaphysicam cõmunem considerare de quidditate abstracta in pticulari sicut nec de qdditate mãli, tamen id pertinet ad applicatam, quo proprie uersatur circa abstracta ut manifestabitur in lib. 12.

Secundum est stante determinatione facta uidetur metaphysica esse imperfectior physica. nam cognoscere in uli est cognoscere confuse. & ut sic imperfecte, cognoscere autem in particulari, est cognoscere distincte & ut sic perfecte. Sed ẞm determinatiõem factam. metaph. cognoscit quidditates in uli & physica in particulari. ergo &c.

Respondeo, dignitas metaphysicæ debet attendi penes modum considerandi ens & quæ enti per se insunt & cognoscendi subas separatas & qm̃ illa sunt difficillima cognitu, &

maxime pficiunt intellectū iō est pfectior aliis scientiis nā & alie scientiæ præsupponunt cognitionem entis,& eorū quæ enti per se insunt.cum autem comparatur metaphysica physicæ quo ad cognitiōem quidditatum in particulari illa comparatio est per accidens, & ideo non inconuenit ut sic ꝙ sit imperfectior physica,sed hoc est fm quid,nam cognitio entis.& proprietatum eius,& cognitio subarum separatarum præponderat huic imperfectioni.Quare concedimus ꝙ metaphysica respectu physicæ est perfectior simpliciter.& imperfectior secundum quid.

Tertium est,Quia uidetur ꝙ metaphysica habeat considerare hominem non solum in uli,sed inquantum homo est & silr alia nālia,nam ut quidditates sunt præcedunt motum & omnem mutationem cōparantur.n.ad motum & mobilitatem,sicut cōparatur suba ad accidens.Cōstat autem ex.7. lib.ꝙ suba est prior accidente & tempore & cognitione in illo ergo priori cogniscibilis est. & non a physico, quia in illo priori abstrahit a motu ergo a metaphysico.

Respondeo.Hoc argumētum est tante efficacie apud Scotum,ut negauerit ens mobile eē subiectum in physica eo ꝙ credidit ly mobile esse passionem,& sic constitui unum per accidens cum dr ens moblie.Sed apud Thomistas est facilis solutionis,nam ly mobile uel mobilitas duplr accipitur,primo ut ē formalis & quidditatiua ratio entis mobilis sicut rationale uel rationalitas in homine, & ut sic præcedit omnē demonstrationem nālem,& præsupponitur ei,sicut in scientia quæ habetur de homine præsupponitur animal rationale ut principium demonstrandi passionem de homine, alio modo sumitur mobilitas,prout est passio entis mobilis quæ non est nisi aptitudo ad motum,sicut risibilitas est aptitudo ad risum & in hoc sensu non præsupponitur sed demonstratur,de ente mobili, sicut passio de subiecto . Cognitio ergo humanitatis & aliarum quidditatum naturalium, i illo priori pertinet ad physicum qm licet abstrahat a mobilitate ut ē passio,non tamen ut est ratio formalis sui proprii & adequati subiecti.Hæc pro præsenti quæsito sufficiant.

Quæstio.10.

Quæstio. 10. si maxime uniuersalia sunt difficillima ad cognoscendum.

Fere autem. & difficillima sunt ad cognoscendum quæ maxime sunt uniuersalia. In prologo.

CIRCA hanc. q. aduerte ꝙ sua difficultas stat in diuersis dictis Arist. in quibus videtur sibi contrarius, nã in. 1. physi. tex. 2. dicit ꝙ magis u͞lia sunt nobis prius nota ergo facillima cognitu non. n. a difficilioribus incoandum est ut patet. Hic autem dicit ea difficillima cognitu. Pro resolutione igitur huius apparentis contrarietatis tria agenda sunt, primo ponentur quædam distinctiones secundo cõclusiones resolutiuę, tertio soluentur quædam dubia.

Quantum ad ꝑmum aduerte, ꝙ aliqua pñt dici maximæ v͞lia dupl͞r. s. ꝭm cãlitatem & ꝭm ꝑdicationem, iuxta ꝑmum membrum, Deus & intelligentiæ sunt maximæ v͞lia, q͞m sũt ꝑma & v͞lissima ꝑncipia entium, ut manifestabitur in li. 12. iuxta sc͞dm membrũ, ens & reliqua transcendentia & actus & potentia &c. sunt maxime v͞lia, quoniã de oĩbus ꝑdicantur simpliciter uel disiunctim.

Prima ratio sint duæ differentiæ A & B tunc uel A & B includunt ens quidditatiue uel non si non habetur propositum, si sic, cum non sint omnino idẽ inter se habent quo con ueniunt & quo differunt. ergo A & B non erunt primo diuersa nec erunt ultimæ differẽtiæ sed differentes. ergo differunt aliis differentiis. Sint illę aliæ C & D tunc arguitur de istis sicut de prioribus, quia uel includunt ens quidditatiue uel non & sic procedendo uel erit ire in infinitum in differẽtiis. uel stabitur ad aliquas non includentes oĩno ens quidditatiue quod est propositum quia sole ille erunt ultime.

Secunda ratio. Sicut est in cõpositione reali ita est in com

positione conceptuum. quia sicut ens componitur ex actu & potentia in re, ita conceptus compositus per se unus componitur ex conceptu potentiali & actuali, seu determinabili & determinante. Sicut ergo resolutio entis compositi stat ultimo ad simpl'r simplicia. s. ad actum ultimum & potentiam ultimam quæ sunt primo diuersa, ita q nihil unius includit aliquid alterius alioquin nec hoc esset primo actus nec illud primo potentia nam quod includit aliquid potentialitatis nõ est primo actus nec econuerso. Similiter oportet etiam in cõceptibus, q omnis conceptus compositus per se unus resoluatur in conceptum determinabilem & determinantem ita q illa resolutio stet ad conceptus simpliciter simplices. s. ad conceptum determinabilem tantum qui nihil determinans includit. & ad conceptum determinantem tantum qui nihil determinabile includit, cõceptus ille determinabilis est conceptus entis conceptus autem determinans est conceptus ultime differentiæ. Isti ergo conceptus erunt primo diuersi. ita q unus nihil includit alterius. & sic ens non poterit prædicari inquid de ultimis differentiis.

Quantum autem ad passiones probatur propositum tribus rationibus.

Prima ratio subiectum ponitur in diffõne passionis ut additum ex. 7. metaph. ergo non prædicatur in primo modo p se. quia talis prædicatio est per intrinseca & quidditatiua prædicata, quæ sunt de rei essentia. Sed ens comparatur ad unũ sicut subiectum ad passionem ergo &c.

Secunda ratio ens diuiditur sufficienter in ens creatum & ens increatum & in. 10. p̄nta & in partes essentiales & de his omnibus quidditatiue prædicatur, cum ergo passiones entis non contineantur sub aliquo diuidentium sequitur q ens nõ prædicatur quidditatiue de eis. Quod autem non contineantur sub aliquo uno diuidentium probatur. nam si unum contineretur sub ente increato. ergo omne unum esset increatũ & si sub ente creato ergo omne unum esset creatum & cum unum conueniat Deo. sequitur Deum esse creatum & quod dico de uno intelligendum est de aliis passionibus entis.

Quare & cætera.

Tertia ratio.si unum quidditatiue includit ens quæro aut includit ens præcise aut aliquid ultra non primum quia idem esset dicere,ens est unũ.& ens est ens.Si scdm quæro illud ul tra aut includit ens,aut non si includit.ergo unum bis includit ens.si non ergo illud erit passio entis & sic quicquid dicatur esse passio entis non includet ens quidditatiue.

Quantum ad tertium soluende sunt rationes præmisse. Ad primam.de differentiis dico ꝙ A & B includunt ens quid ditatiue & ꝙ conueniunt in ente & ꝙ distincte sunt. Sed nego ꝙ differant & quin sint primo diuerse.Ad hoc enim quod sint primo diuersæ,non est necesse.ꝙ in nullo conueniant ali ter decem pͣnta non essent primo diuersa quia conueniunt in ente & in passionibus entis sed sufficit ꝙ non conueniant in aliquo uniuoco,nego ergo illam consequentiam ergo A & B non erunt primo diuersæ nec ultimæ differentiæ sed differen tes,immo non erunt differentes.sed sunt quibus aliqua differunt & sic non oportet assignare alias differentias quibus differant A & B & per consequens non est procedere in infinitum.Tu tamen aduerte ꝙ in uia Scoti tenentis ens uniuocũ hæc ratio esset difficilis ad soluendum.qm̃ non posset sustineri ꝙ essent primo diuersæ apud nos autem conuenientia in ana logo non repugnat primo diuersis.

Ad secundam,nego similitudinem ad probationem nego illam consequentiam quæ stat in hoc sicut resoluitur ultimate ens cõpositum in simplr simplicia.sic oportet conceptum compositum ultimate resolui in conceptus simpliciter simpl ces,ita ꝙ unus nihil includat alterius.Hoc inquam non sequi tur.quoniam licet non repugnet dari in entibus duo simplici ter simplicia tamen repugnat in conceptibus.qm̃ omnis con ceptus resoluitur in conceptum entis qui ingreditur quẽcun que alium conceptum.Sicut omnis ueritas complexa,ad ueritatem primi principii complexi resoluitur. Negatur igitur ꝙ possint dari duo conceptus simplr simplices ita quodvnus nihil includat alterius & si dicas.ergo non dabuntur duo con ceptus primo diuersi nego consequentiam.qm̃ conuenientia

in ente non impedit primo diuersa cum non sit uniuoca sed analoga conuenientia, alioquin Deus & creatura. non essent duo primo diuersa.

Ad primam rõnem de passionibus, nego consequentiam qm̃ in primo modo per se ponuntur omnia diffinientia siue intrinseca, siue addita. quoniam dato ꝙ sint extra essentiam diffiniti, ut subiectum extra essentiam accidentis non tamen sunt extra rõnem quidditatiuam eo ꝙ ex natura sua sic sunt diffinibilia. Præterea potest negari antecedens quoniam non est uerum nisi de passionibus determinati generis & quæ realiter distinguuntur a subiecto ut risibile in homine. In passionibus transcendentibus quæ distinguuntur tantum ratione ab ente, antecedensnon est uerum.

Ad secundam nego antecedens diuiditur enim ens ꝑ unũ & multa & priusquam per creatum & increatum & per. 10. p̃nta. ut dicemus infra. Vnde sicut ens prius diuiditur in transcendentia sic prius q̃ddditatiue prædicat̃ de transcendẽtibus.

Ad tertiam. Dico ꝙ includit aliquid ultra. s. in diuisionem & cum quæritur si illud additum includit ens, dico ꝙ non q̃a est negatio, & cum infertur. ergo illud additum est passio entis nego consequentiam, quoniam passio entis non est in diuisio sed ens ut stat sub indiuisione. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Quæstio. 6. Quomodo ordinande sunt passiones entis, quæ sunt transcendentia secundum prius & posterius.

IN HAC quæstione, duæ uie pertractande sunt prima est uia. b. Tho. secunda est uia Scoti. Prius igitur pertractabitur uia. B. Thomam pro cuius resolutione, duo principaliter agenda sunt. Primo ponitur quædam distinctio. Secundo ponentur responsiue conclusiones, cum probationibus suis.

Quantum ad primum aduerte ꝙ ordo in transcendentibus, potest dupliciter considerari. Primo quantum ad res significatas. Secundo quantum ad rationes formales, sub hoc

ſenſu. Cuius tranſcendentis ratio prius appræhendatur ab intellectu procedente ordinate a conceptu entis ad conceptus aliorum tranſcendentium, & quidem quantum ad res ſignificatas nullus eſt ordo inter ea, quoniam hmõi ordo ſupponeret diſtinctionem realem cum ſit relatio realis, quæ requirit extrema diſtincta realiter ut dicemus in li 5. Sed tranſcendẽtia non diſtinguuntur realiter ab ente, ut ſupra diximus, nec realiter inter ſe, eo ꝙ ſi ſunt idem in ente, ſunt idem inter ſe, ergo quo ad res ſignificatas nullus eſt ordo inter ea. Quantũ autem ad rationes formales, non inconuenit eſſe ordinem inter ea, nam cum ꝓmum quod concipimus ſit ens merito dubitari põt, ſi poſt ens ĩmediate concipimus unum uel uerum uel bonum. In hoc igitur ſenſu quærimus, quõ ordinantur paſsiones entis ſm prius & poſterius.

Quantum ad ſecundum aduerte ꝙ ex hac diſtinctione manifeſtabuntur quatuor concluſiones.

Prima concluſio. unum ſm rõnem formalem eſt prius aliis paſsionibus tranſcendentibus & probatur ſic unum eſt primum poſitiuum, quod concipimus ĩmediate poſt ens, ergo &c. Probatur aſſumptum, nam ꝓmum quod concipimus eſt ens, ex cõmuni ſententia, ſm eſt non ens, quia ex oppoſito cognoſcitur oppoſitum, ergo ex ente non ens tertium eſt diuiſio, nam cognito ꝙ ens non eſt non ens, ſtatim appræhẽdimus diſtinctionem inter ens & non ens cum ſint oppoſita, quartum eſt indiuiſio, qm̃ omne ens inſeipſo indiuiſum ẽ aliquo modo indiuiſionis, unde dicit pħs in. 10. metaphy. tex. 7. quod non eſt unum, non eſt ens, quintum eſt conceptus unius, cum enim omne ens ſit diuiſum a non ente & indiuiſum in ſeipſo ſequitur ꝙ poſt ens, concipimus unum. Notanter dixi. Primum poſitiuum quod cõcipimus ĩmediate poſt ens qm̃ ante unum appræhenditur diuiſio entis a non ente. & indiuiſio in ſeipſo. Sed hæc non dicunt aliqđ poſitiuum ut patet, qm̃ diuiſio dicit negationem unius de altero. & indiuiſio dicit negationem negationis.

Secunda concluſio Poſt unum ſtatim appræhendimus aliquid, nam declaratum eſt, ꝙ apprehendimus unum ex eo ꝙ

appræhendimus

apprahendimus ens indiuisum in seipso, ergo ex ꝯñti & immediate apprahendimus ip̄m diuisum a quolibet alio. Sed ĩ hoc stat rõ ipsius aliquid. Dr̄.n. aliquid, quasi aliud quid unde si duo essent idem realr̄, unum non posset dici aliquid comparatum alteri, sicut si compararetur hõ rõnali nõ est aliqd.

Tertia conclo. Post ly aliquid, imediate concipit res, q̃m dr̄ res a sua ꝓpria quidditate uel essentia, unumquodq; autẽ ꝓpriam essentiam habet inq̃tum eam habet ut indiuisam in se. & diuisam a quolibet alio. Alioquin sua essentia non esset sibi propria sed cõis, ergo post aliquid concipitur res.

Quarta conclo. Conceptus ueri est p̄or conceptu boni, nam qualis est ordo inter intellectum & uoluntatem, talis ẽ inter eorum ob̄a, sed intellectus est p̄or uoluntate cum sequatur app̄hensionem intellectus ergo uerum qđ respicit ĩtellectum est prius conceptum, quam bonum qđ respicit uoluntatem. Præterea vl̄iora sunt priora in apprahensione nostra ex. 1. physi. tex. 3. sed uerum est vl̄ius bono, eo ꝙ consequitur ens absolute, Bonum aũt consequitur ens actu, ut dictum est supra. ergo bonum est posterius uero s̄m conceptũ & sic patet s̄m uiam Thomi. qualis sit ordo nõ realis sed s̄m ordinatam app̄hensionem intellectus, inter ens & passiones suas. & inter eas adinuicem comparatas.

Posita uia Thomi, inuestigandum est, quid circa hoc sentiant Scotistæ, aduerte igitur ꝙ ipsi sequẽtes uiam Scoti in 1. di. 8. q. 3. & 1 quolibet. q. 5. p̄us diuidunt ens ꝑ q̃tum & nõ q̃tum q̃ ꝑ unum & multa. & ꝓ euidentia huius opinionis tria agenda sunt. Primo declarabitur talis opinio. & adducentur p̄cipue rõnes suæ. Tertio arguetur contra hanc opinionem. & soluentur rationes suæ.

Quantum ad p̄mum aduerte ꝙ Scotus ubi supra diuidit ens reale vl̄issimum p̄ma diuisione ꝑ quantitum & non quãtum Deinde ens quantum ꝑ finitum & infinitum. Deinde ꝑ unum & multa, ita ꝙ apud eum diuisio ꝑ unum & multa est in tertio loco, & apud. b. Tho. est in p̄mo loco. Declarat aũt Scotus, qũo sumat ly quantum & intendit ꝑ quantum quãtitatem uirtualem, quæ est rei ꝑfectio, & non quantitatẽ di-

mensiuam.& p infinitũ intendit ens infinitæ pfectionis qualis est Deus,& p finitum intendit ens finite pfectionis,qualis est hõ & lapis.Intendit ergo Scotus,q᷑ ens reale diuidatur p quantum & non quantum , qm̃ entium qđdam dicit aliquã pfectionem formal'r,ut suba qualitas &c.Quoddam nullam pfectionem dicit formal'r sed idẽtice tm̃ ut relatio, nam si relatio diceret formal'r aliquam pfectionem ,in diuinis aliqua pfectio esset in patre,quæ non esset in filio, dicit tñ relatio in Deo aliquam pfectionem,put idem est cum essentia.& ut sic est in filio,ens aũt quantum pfectional'r, aut dicit pfectionẽ infinitam,aut finitam.Posita hac declaratiõe adduco rõnes Scotistarum principaliores ad hoc propositum.

Prima rõ,ens pus diuiditur in ea,quæ sunt cuilibet enti magis intima.Sed finitas & infinitas uirtualis sunt magis itima cuilibet enti,quam unitas & multitudo,ergo pus diuidit p finitum & infinitum,quam p unum & multa. Maior ẽ euidens.Iõ.n.pus diuiditur genus p drias essentiales eo q᷑ intimiores sunt & pores,quam p ppprietates, quæ consequũtur drias.Minor aũt pbatur,finitas & infinitas conueniunt rei ĩesse quidditatiuo.& in pmo mõ p se.eõ q᷑ duæ entitates uel quidditates pcisæ sumptæ,& adinuicem comparatæ,una est pfectior altera,sc hñt.n.rerum quidditates, sicut numerorũ spẽs ex.8.mataphy.& pterea cõstat.q᷑ humanitas pcise sumpta,est nobilior equinitate,ergo finitas & infinitas cõueniũt rei inesse quidditatiuo.Vnitas aũt & multitudo, conueniũt ĩ 2.mõ p se cum sint passiones entis.ergo intimius insunt enti,ex consequenti prius diuiditur ens in finitum & infinitum quam in unum & multa.

Secunda rõ.finitas & infinitas pfectionis,supponũtur unitati & multitudini ergo pus diuidũt ens quam unum & multa.Añs pbatur.pfectius est esse unum quam multa, al'r ĩ prima cã potius poneretur multitudo quam unitas. cum in illa ponatur summa pfectio.ergo unum supponit pfectionem. & p consequens posterius sequitur ad ens quam finitum & infinitum ſm perfectionem.

Quantum ad tertium,arguitur contra hanc põnem sic

unumqdq; est finitum uel infinitum pfectionalr inquãtum est pfectum,ibi.n.agii de quantitate pfectionali, unumqdq; intm pfectum inquantum bonum,rõ.n.pfectiui est rõ boni, unumqdq; intantum bonum inquantum habet esse nam pma pfectio est esse.Quæ.n.nullum hñt esse sunt in pura potentia.& p oñs oino impfecta.ergo finitum & infinitum supponunt esse ex consequenti posterius consequuntur ens quã unum & multa eo q unum consequitur ens simplr,finitum aũt & infinitum sicut & bonum consequuntur ens actu.

Ad pmam igitur rõnem rñdeo.& nego minorem.Ad pbationem,nego q finitas & infinitas conueniant rei in esse quidditatiuo pscindendo ab oi esse actuali. & cum pbai qm due quidditates pcisæ sũptæ una ẽ pfectior altera nego.imo ut sic nulla est pfectior altera.& cum dr.qm quidditates rer se hñt ut numeri &c.ex hoc non hr q una sit pfectior altera formalr & ex se,nisi forte fundamentalr put una puta humanitas est apta recipe nobilius esse quam equinatis. pp qd concludo,q cum pma pfectio sit ipsum esse p qd res est primo bona,q finitum & infinitum conueniunt enti post cõceptum boni.est.n.necesse pus cõcipere rem bonam, quã bonam finitæ uel infinitæ. Hoc.n.est ex additione ad bonum absolutæ sumptum.

Ad secundam,nego añs,ad pbõnem nego q unum pcise sumptum ut abstrahit a quolibet esse sit pfectius quã multa.& cum pbatur.qm alr multitudo potius quam unum poneretur in pma cã,hæc pbatio nihil ualet. qm non iõ unitas ponitur in pma cã,quia pcisæ sumpta sit pfectior. sed quia pfectius est hẽre esse indiuisum quam diuisum siue partitum. & sic patet q unitas sumit perfectionem ab esse. Vnde ex se non est perfectior nisi fundamentalr ut dixi de quidditate præcisæ sumpta.

Als rõnes solent adducere Scotistæ,quæ parum ualent in uia nra,puta q essentialis pfectio rei,est idem cum re realr& formalr eo q conuenit rei in suo esse quidditatiuo, utrunq; horum est falsum in uia nra.qm esse rei est sua pfectio essentialis.& esse in oi creato distinguitur realr & formalr ab eo

cuius est esse silr falsum est ut diximus ad pmam rōnem, ꝙ perfectio conueniat rei in suo esse praecisae quidditatiuo. Haec de praesenti quaesito dicta sint.

Qō.7. si unum transcendens. & unum qd̄ est principiū numeri sunt idem.

CIRCA hanc.q quatuor agenda sunt. Primo ponet quaedam dictō. Secundo recitabitur opinio Auic. Tertio arguetur contra eum. 4. recitabuntur rationes Auicennae & soluentur.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ aliqua pñt esse distincta duplr primo quia sunt duae res & una non est altera, nec pdicatur de ea, ut duae spēs duo indiuidua eiusdem spēi. & hoc mō clarum est ꝙ unum transcendens & unum qd̄ est pncipium numeri non distinguūtur, quoniam licet unum numerale non pdicetur saltem directae de uno transcēdenti. tamē unum transcendens pdicatur directe de uno numerali nam unum numerale est ens. ergo est unum trranscendēter. Probatum est.n. supra ꝙ ens & unum sunt conuertibilia sm pdicationem. secundo aliqua distinguuntur quia comparata tertio ita se hñt, ꝙ unum nihil reale addit sup tertium. alterum aūt aliquid reale addit ut si hō & sensitiuum comparētur aīali pōt dici ꝙ hō distinguitur a sensitiuo. quoniam sensitiuum nihil reale addit sup aīal. hō aūt addit rōnale. & hoc mō inuestigandum est. si unum transcendens & unum numerale distinguuntur uel sunt idem. nam si unum numerale nihil reale addit sup ens sicut non addit unum transcendēs pfecto essent idem. Si aūt addit non sunt idem. Quid uero addat ens numerale dicemus in. q. sequenti.

Quantum ad opinionem Auic. aduerte ꝙ non inuenies eā eo mō quo allegatur a Cōmenta. in hoc. 4. lib. cōmen. 3. ubi inquit & ēt quia existimauit ꝙ unum dictum de oibus pntis est, illud unū. quod est pncipium numerorum. Numerus aūt est accñs. uñ existimauit ꝙ hoc nomen unum sigñat accñs in entibus. Cōmenta. concordat. b. Tho. exponens text. tertiū ego aūt in tota metaphy. Auic. duo tantū dicta inuenio. quae

vñr aliquatenus tangere ꝓpositum.licet impfectæ.Primum dictum est in.3.lib.suæ metaphy.ca.2.ubi sic dicit.Dico igit ꝙ unitas dr̄ de accñtibus uel de suƀa cum dr̄ de accñtibus nõ est suƀa & hoc non est dubium cum uero dicitur de suƀis nõ dicitur de eis sicut genus nec sicut dr̄ia. Non.n. recipitur in certificatione quidditatis alicuius suƀarum.Sed est quoddam comitans suƀam,sicut iam nosti.Non ergo dr̄ de eis sicut genus nec sicut differentia.sed sicut accñs.uñ unum est sƀa,unitas uero est intentio quæ est accñs.In lib.aũt.7.in ca.1.sic dicit scias aũt ꝙ unum & ens parificantur in p̃tione sui de rebus.ita ꝙ de quocũqȝ dixeris ꝙ est ens uno respectu est unũ alio respectu,nam quicquid est unum est & iõ forte putatur quia id qđ intelligitur de utroqȝ sit unum & idem. Sed non est ita sunt aũt unum suƀo.s. quia in quocunqȝ est hoc est & illud hæc ille nec aliud inuenio.

Quia tñ credere dẽmus.ꝙ Cõmenta.&.b.Tho. uere & fideli͛r adducant sñiam Auicen.siue eã extraxerint ex sua metaphy.siue ex alio loco & optimæ cognouerint fundamẽta quibus mouebatur ipse Auicen.iõ arguendũ est contra ipm.

Primo igitur arguitur sic. Qđ est determinati gñis non ẽ passio entis transcendentis, nam passio est conuertibilis cũ suƀo eo ꝙ fluit a pncipiis suƀi.Sed unum numerale est determinati gñis reductiuæ est.n.in gñe quantitatis sicut numerus q̃titatiuus.ergo non est passio entis transcendẽtis sed unum transcendens est passio entis.ut declaratum est supra & pcipue quia est equale enti ſm p̃tionem ergo unum transcendens & unum numerale non sunt idem.

Secundo.Qđ est unius p̃nti non repitur in oĩ p̃nto al͛r p̃nta non essent impmixta sed unum numerale est unius p̃nti, s.q̃titatis sicut & numerus. unum aũt transcendens inuenit i oĩ p̃nto.cum sit æqualis ambitus cum ente ergo &c.

Tertio.Añ oẽm q̃titatem,res põt intelligi una. ergo non oĩs unitas est de gñe q̃titatis.Contra nota.Añs ꝓbatur.Quælibet res ꝑ essentiam suam est indiuisa in se,& diuisa a quolibet alio.ergo circũscripta oĩ q̃titate,põt intelligi una. Præterea,Intelligentia solis est una.& non unitate quãtitatiua, cũ

sit penitus inextensa ergo &c.

Nunc supest adducere rōnes Auic.& soluere. Tu igiť aduerte ꝙ tam ex. 3. suæ metaph. quam ex Cōmenta. hic i. 4. cōmen. 3. &. b. Tho. exponente, reducuntur ad tres.

Prima, unum non est genus, nec differentia entis, nec ponitur in diffōne quidditatiua alicuius sub̃æ. ergo est accidēs.

Rñdetur. Accñs est duplex. s. p̃ntale & p̃tiuum, p̃ntale ē illud, qđ ponitur in aliquo nouem gñum accñtium. & sic nego ꝯñtiam p̃tiuum est oē illud. qđ non p̃tur de re in p̃mo mō p se. & dicitur p̃tum extraneum. i. qđ non ingrediť formalem rōnem rei. & sic cōcedo ꝯñtiam. quoniam unum nō p̃tur de ente, nec de aliis in p̃mo mō p se, iō pōt dici accñs p̃tiuum, nec est necesse hmōi accidens. addere aliquid reale sup nãm rei cuius est accidēs, addit aũt aliquid reale accidēs p̃ntale. & in hoc deceptus fuit Auic. qui credidit ut iquit Cōmenta. hic in cōmen. 3. ꝙ ens & unum dicant dispōnes additas essentiæ rei, ita ꝙ dicant aliquid distinctum ab essentia rei qđ est falsum. & p̃cipue de uno transcendenti qđ ut declarauimus supra nihil addit super ens nisi in diuisionem.

Secunda si est idem aliquid esse ens & unum, ergo est nugatio dicere ens unum. quoniam p ly unum non dicitur nisi ens. ẜm te. idem ergo est dicere ens unum & dicere ens ens.

Respondetur. Ad hoc dicit Cōmenta. in cōmen. 3. ꝙ non sequitur nugatio. qm̃ licet significent eandem essentiam modis tamen diuersis. i. diuersa rōne. iō nō cōmittitur nugatio. Decipitur aũt Auic. qm̃ non uidetur facere differentiam īter noīa significantia idem ẜm rem & ẜm eandem rōnem. & noīa significantia idem sed diuersa ratione.

Tertia unum numerale & unum transcendens, p multiplicationem constituunt numerum qui est accidens. ergo significant accidens. Antecedens ꝓbatur. sicut bis unum numerale constituunt binarium, ita bis unum transcendens.

Respondetur, licet utrunq; sit constitutiuum numeri nō tamen eiusdem gñis. nam sicut duplex est unũ. & distinguũtur sicut accidens & nōn accidens sic duplex est numerus trãscendens qui dicitur formalis uel essentiarum & hic. consti-

tuitur ex unitatibus transcendentibus. & non est accñs sed abstrahit a sub̃a & accñte sicut ens. & numerus quantitatiuus qui constituitur ex unitatibus quantitatiuis, & est accñs de p̄nto quantitatis. & non inuenitur nisi in rebus quãtis. eo ꝙ cãtur ex diuisione continui. ex. 3. physi. Decipitur ergo Auicen. qm̃ opinatur oẽm numerum esse accñs ex ꝓñti oẽm unitatem esse accñs. & hoc est qđ dicit Cõment. in cõmen. 3. ubi ĩquit, & ẽt decipitur quia existimauit ꝙ illud unum quod de oibus p̃ntis dicitur, esset illud unum quod est p̃ncipium numerorum, numerus aũt est accidens. unde opinatus est iste. ꝙ unum significat accidens hæc Commentator.

Alĩs rõnes ꝓ Auic. solent aliqui adducere ut Iandun. in. 4. metaph. q. 5. quæ nullius sunt apparentiæ iõ eas ꝑtranseo. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Qõ. 8. si rõ unius transcendentis & numeralis est formal'r positiua uel negatiua.

CIRCA HANC quæstionem aduerte ꝙ difficultas stat in hoc, cum rõ unius distinguatur a rõne entis, sicut rõ subiecti, a rõne passiones quæritur quid addat unum sup ens. Nam si illud additum est positiuum cum per ipm distinguatur unum formal'r ab ente. sua rõ erit positiua formal'r. Si aũt additum est negatio. rõ unius est negatiua formal'r. Non ꝙ sit tota negatiua al'r unum esset mera negõ. sed quia formale quo distinguitur unum ab ente est negõ. Igitur pertractabimus primo de uno transcendenti. secũdo de uno numerali.

Circa rõnem unius transcẽdentis inuenio duas opiniões. Prima est Thomistica secunda est Scotistica.

Quantum ad opinionem Thomi. p̄pono unam distõnẽ. Deinde conclusionem responsiuam.

Distõ est hæc. Rõ unius duo includit. s. mãle, ꝑ quod non distinguitur ab aliis transcendentibus, tale. n. se habet ut genus & cõe p̃tum in quo oia transcendentia conueniunt. & formale ꝑ quod distinguitur ab aliis transcendentibus. & se habet ut differentia.

Ex hac diſtōne ponam hanc concl'onem rñſiuā. Rō unius tranſcendentis, quo ad mãle eſt poſitiua, quo ad formale eſt negatiua. Prima pars ꝓbatur, ens eſt de rōne unius. qm̄ eſt illud in qđ oēs conceptus reſoluuntur. & qđ de oibus quidditatiuæ ꝑdicatur, ut ꝓbatum eſt ſupra contra Scotum. & nō eſt formale in rōne unius, qm̄ ꝑ ens non diſtinguitur ab aliis tranſcendentibus: ergo eſt mãle. Sed ens de quo intendim⁹ hic eſt poſitiuum. Intēdimus.n. de ente reali qđ eſt ſubiectū ſuarum paſſionum. & eſt de quo metaphy. conſiderat, ergo rō unius, quod ad mãle eſt poſitiua. ſecunda pars ſic ꝓbaf, formale incluſum in rōne unius, aut eſt poſitiuum aut negō, non poſitiuum. qm̄ cum oē poſitiuum ſit ens, erit ēt unum, ens.n. & unum ſunt conuertibilia ſm̄ ꝑtionem ut dictum ē ſupra. Quæro ergo de illo uno, aut eſt unum formal'r ꝑ poſitiuum aut ꝑ negōnem, ſi ꝑ negōnem, eadem rōne ſtandum erat ī ꝑmo, ſi ꝑ poſitiuum, iterum quæro, cum tale poſitiuū ſit ens, erit ēt unum. & ſic uel ꝓcedetur in infinitum uel dicēdum eſt, ꝙ formale in uno eſt negō ex ꝯñti rō unius tranſcēdentis, quo ad formale eſt negatiua. & aduerte ꝙ hæc rō eſt b. Tho. in. 1. pte. q. 11. art. 1. ad ꝑmum, quam traxit a Commēta. in. 4 metaphy. cōmen. 3. Et qm̄ Ant. and. ī. 4. metaph. q. 3. conatur hanc determinationem improbare, iō adducā hic rōnem ſuam ꝑncipalem. & ſoluam. Sic igitur arguit.

Nulla negō eſt idem real'r alicui poſitiuo, quoniam idem eſſet real'r poſitiuum. & real'r negatiuum, quod implicat cōtradictionem. Sed unum eſt idem real'r enti, qđ eſt poſitiuū. ergo unum non eſt formaliter negatio.

Rñdetur. Deceptus fuit An. and. in ly formal'r, accipit.n. ipm̄, ꝓ tota rōne formali unius. & non ꝓ eo ſolo, qđ cōplet rōnem unius. Nam ſic argumētum ꝯcluderet. Sed nos accipimus ſolum ꝓ eo qđ complet ſtāte mãli poſitiuo, iō rō ſua nihil ualet cōtra nos. Imaginatur.n. ꝙ dicamus unitatem eſſe puram īdiuiſionem. Sed decipitur. quoniam apud nos, unitas eſt entitas ut ſtat ſub īdiuiſiōe. & ī hac falſa imaginatiōe, peccāt aliæ rōnes ſuæ, iō eas prætermitto. Deinde conatur ſoluere rōnem ꝑ quā ꝓbauimus ſecūdam partem cō-

clusionis.quam diximus esse Cōmētat. &.b.Tho.Sed tu illā defende sicut nos defendimus i hoc.4.lib.i.q.3.ubi eandem rōnem adduximus ad pbādum hāc pclonem, ens & unum trāscēdēs,sunt idem realr,sed distinguuntur formaliter.

Quantum ad opinionem Scotisticam aduerte q dicūt duo primo dicunt q unum transcendens est formaliter positiuū .i.non dicit puram negationem.Quod pbant multiplr. Primo quia unitas est perfectio simplr.aliter non poneretur in primo ente. Secundo qa puationes & negationes nō reducūtur ad unum summum. Sed omnes unitates reducuntur ad summam unitatem. Tertio quia negationes non suscipiunt magis & minus.Sed unum suscipit magis & minus.Quod.n. est actu unum est magis unum quam quod est potentia unū. Quarto quia numerus cum sit quid positiuum, non potest componi ex partibus,quæ sint negationes, ergo unum non est formaliter negatio.Dicunt secundo q formale importatum per unum est positiuum.Quod sic pbant.unum est passio entis.ergo uel rōne fundamenti,uel rōne additi,non rōne fundamenti,qm̄ cum fundamētum sit ens idem esset passio sui ipsius.ergo ratione additi.ergo additum non est negatio quoniam cum negatio sit non ens,non potest esse passio entis:ergo additum est positiuum & sic patet q formale in uno est positiuum.

Sed si aduertis Scotistę in primo dicto non attingunt sensum nostrum.Nos.n.non tenemus per ly formaliter negatiuum q unum sit pura priuatio uel negatio.Sed q de ratione unius est priuatio siue negatio ita tamen q mãle siue fundamentum est posssitiuum.& illud est ens,formale autem,quo distinguitur rōne ab ente,est negatio.Cum igitur non attingant sensum nostrum non sunt eorum rationes soluende,uerę.n.concludunt q unū non potest esse mera negatio,sedm autem dictum eorum est falsum,qm̄ sm uiam nostram, id quod est formale in ratione unius est negatio.& dicitur indiuisio.& ideo respondendo rationi suæ negatur diuisio tanq̄ insufficiēs. Datur.n.tertium.s. ens ut stat sub illo addito quę est indiuisio,est passio entis.unde non ens solum,nec indiui

sio sola. Sed ens ut stat sub indiuisione, est unum transcendenter.

Circa rõnem unius numeralis, aduerte q͛ cõmuni sententia, dr̄ positiua formalr̄ eoq͛ addit super ens aliquod positiuũ reale. quod est accidens de quo inquit Commenta. in. 4. lib. i commen. 3. & in lib. 10. commen. 5. licet unum quod est sinonimum enti sit significans subam rei tamen unũ quod est principium numeri dicit accidens.

Quid uero sit illud accidens est dissẽsio inter Thomistas nam qdam tenent q͛ sit illud esse quod dat quantitas continua rei quante. Puta si quæratur quare lapis sit unius numeraliter dicitur quia habet esse quantitatiuum indiuisum fluẽs a quantitate continua lapidis, ita q͛ tandiu lapis erit unus q̃diu est indiuisus. si. n. quantitas lapidis diuidatur sit alterum & alterum esse quantitatiuum ex consequenti fiunt duo lapides Hanc sententiam uidetur tenere. b. Tho. in. 1. sent. in di. 24. ubi refert opinionem de uno positam ab Auicen. & licet improbet ipsum quantum ad hoc q͛ unum numerale non distinguitur ab uno transcendenti non tamen q̃tum ad hoc q͛ unitas numeralis est esse quantitatis continue.

Quidam autem dicunt ut Paulus Soncinas ut patet in qõnibus suis in li. 10. metaph. ĩ. q. 13. q͛ unum numerale est accidens. sed illud accidens non est esse quantitatis cõtinue. sed est ipsa quantitas continua, puta unitas lapidis est quantitas continua lapidis. & probat hoc duplici ratione.

Primo, quantitate continua, res est indiuisa in se. & diuisa a quolibet alio, ergo quantitas continua est unitas rei q̃te. Contra patet a diffinitione ad diffinitum. Antecedens ꝓbatur. Diuisibilitas primo conuenit quantitati continue, ut alias probatum est, ergo per quantitatem continuam res q̃ta est indiuisa in se, & diuisa a quolibet alio.

Secundo per solam quantitatem continuam, quocunque alio circunscripto, res quanta facit numerum cum alia. Posito. n. lapide A. & sua quantitate continua, silr̄ posito lapide B constituunt binarium, ergo sola q̃titas continua est ipsa unitas numeralis.

Verum quia credendum est mentem.bea.Tho.fuisse qd ipsa unitas sit esse indiuisum quantitatis cõtinue, studebimus arguere contra hanc põnem, deinde soluemus rões suas.

Arguitur ergo sic, nullum ex nã sua diuisibile & cui repugnat indiuisibilitas, potest habere rõnem unitatis ex diffõne sua est enim unum quod non diuiditur. Sed quantitas continua est diuisibilis etiam in infinitum, ita quod repugnat deuenire ad indiuisibilia, ex. 3. physico. ergo non potest habere rationem unitatis.

Forte respondetur, quantitatem continuam dupl'r considerari posse. Primo ut habet partem extra partem, & ut sic est extensa & diuisibilis, nec ut sic potest habere rõnem unitatis. Secundo ut est indiuisa in se & diuisa a quolibet alio, & sic habet rationem unitatis.

Sed contra & probatur q nec secundo modo habet rõnem unitatis, nam quod conuenit alicui ex sua ratione formali. & in suo esse quidditatiuo, quocunq; modo consideretur semper conuenit ei, prædicata.n. quidditatiua sunt inseparabilia, & fm esse & fm cognitionem. Sed habere partem extra partem & esse diuisibilem conuenit quãtitati continue ex sua ratione formali & quidditatiua, ut patet in. 6. physic. tex. 3. ubi phs diffiniens continuum dicit. Continuum est, q est diuisibile in semper continua, & nullum continuorum est diuisibile in impartibilia ergo. q̃titas continua quocunq; modo consideretur non potest habere rõnem unitatis.

Ad pmam autem rõnem, negatur antecedens. & probatio sua nihil ualet, ĩmo potius sequitur oppositum. Nam ex hoc q diuisibilitas primo conuenit quantitati continue, sequitur qd' indiuisibilitas constituens unitatem non conuenit ei, cum sint opposita.

Ad secundam negatur antecedens. & probatio non ualet dico.n. q secluso esse indiuiso dato rei quante a quantitate cõtinua duo lapides non constituunt binarium, qm̃ neuter eorum esset unus. Tenendum est ergo fm mentem. b. Thom. unum numerale addere quid positiuum. & illud est esse indiuisum quantitatiuum, quod dat quantitas continua rei q̃te.

Et aduerte q eiusdem sententiæ est Capræo.in.1.sen.di.24.q.1.arti.1.improbatione primæ conclusionis.

Sed contra hanc determinationem duo insurgunt dubia, primum est quia dicit.b.Tho.in.4.metaph.lectione secunda improbans Auicen.unum quod est principium numeri, addit super subam rõnem mensure, quæ est propria passio quãtitatis, que primo inuenitur in unitate & dr per priuationem & negationem diuisionis sm quantitatem continuam. Hæc b.Tho.non ergo illud q addit unum numerale, est esse indiuisum &c.

Respondetur, non est inconueniens q addat utrumq diuersa ratione, nam addit esse indiuisum quantitatis continue ut prædicatum essentiale de uno numerali. Addit autem mẽsuram, ut ꝓprietatem consequentem & fluentem a prædicato essentiali, nã ex hoc q dicit esse indiuisum dicit consequenter rõnem, mensuræ qm ex.10.metap.tex.3.necesse est mẽsuram esse indiuisib lem aut a nã, aut ex proposito siue decreto humano. & ideo primo conuenit uni.

Secũdum est, si indiuisio est de ratione formali tam unius numeralis, quam unius transcendentis ergo cum indiuisio sit negatio. & non quid positiuum. ita ratio unius numeralis erit formalr negatiua, sicut rõ unius transcendentis, cuius oppositum determinatum est.

Respondetur. Ratio unius numeralis, non dicitur positiua formaliter, quasi nõ includat negationem, hoc.n falsum est, cum de ratione sua sit indiuisio. Nam quod non est indiuisum non est unum. Sed ideo positiua formaliter, qm id q addit super rei subam, est uere positiuum quale est esse indiuisum quantitatis continue. Id autem quod addit unum trãscendens est sola indiuisio, propterea possumus uere dicere rõnem unius transcendentis esse formaliter negatiuam, rõnem autem unius numeralis esse formaliter positiuam, quoniam additum est positiuum licet concipiatur cum negatione. Appræhendimus.n.simplicia per negationem. Hæc de ꝓsenti quæsito dicta sint. Et hic terminatur cõsideratio nostra de passionibus entis.

Quæstio.9.quod sit primum principium complexum, simpliciter primum.

CIRCA hanc quæstionem duo pertractãda sunt. Primo. Quod est principium primum. Secundo. Quod ẽ principium primo primum.

Circa primum inuenio duas opiniones, prima dicit ꝙ ꝑncipium ꝑmum complexum est hoc. De quolibet est affirmatio uel negatio uera. & id manifestare conatur dupl'r primo. Commenta. in. 4. metaph. commen. 9. dicit manifestum est ꝙ affirmatio & negatio non congregantur simul & loquitur de primo principio secundo uel est hoc quod dictum est uel est illud. Imposſibile est idem simul esse & non esse. Sed non est illud, quoniam necesse est ꝑmum ꝑncipium esse propositionem affirmatiuam. nam omni negatiua est aliqua affirmatiua prior. Sed hæc imposſibile est &c. est negatiua ut patet exponendo, ergo non est primum principium, sed illud. De quolibet &c.

Secunda autem opinio dicit ꝙ est hoc. Imposſibile est idẽ simul esse & non esse, & probat ex eo ꝙ pħs in. 4. metaphy. pertractans de primis principiis non dicit aliud esse primum & firmisſimum nisi hoc & ꝙ ad ipsum reducũtur omnia alia unde dicit in tex. 9. Quapropter omnes demonstrantes, in hanc reducunt ultimam opinionem, nã namq; principium & aliarum dignitatum hæc oĩum. ubi & Commenta. dicit, & ideo hæc dignitas est prior oĩbus dignitatibus. & cõis nãliter omnibus. Imposſibile enim est. ut disputatio aut ratiocinatio fiat sine ea.

Et quoniam hæc secunda opinio, uidetur magis ad mentẽ pħi ideo sustinemus eam licet pro ueritate non discordet a prima in sensu sed tantum in uerbis. Pro quo aduerte ꝙ idẽ principium designatur per has duas ꝓpositiones. De quolibet est affirmatio &c. Impoſe est &c. sed diuersa consideratione. Nam quia ꝑmum ꝑncipium complexum consideratur a logico & a metaphysico, quorum alter considerat res per secundas intentiones alter per primas ideo logicus enunciat ꝑmum principium per intentiones secundas ut per affirma-

tionem & negationem metaphysicus autem enunciat per p̄mas ut per esse & nō esse. Vnde patet has duas opiniones dissentire uerbis & non sensu. Nam ex parte rei bene sequitur. Impo℮ est idem simul esse & non esse ergo de quolibet est affirmatio uel negatio uera.

Quod autem prima opinio dicit hanc esse negatiuam: Impossibile est &c. non est uerum quoniam ẜm sensum equipollet isti, necesse est, idem non simul esse & non esse quæ quidē est affirmatiua de modo. Ex p̄nti non est necesse qđ habeat aliquam priorem aut notiorem.

Circa secundum aduerte duas opiniones una est Thomistarum. Ipsi teneāt ꝙ p̄ncipium primo p̄mum complexum est hoc. Impossibile est idem simul esse & non esse: & fundamentum eorum est, quoniam tres conditiones assignate a pħo in. 4. metaph. tex. 8. quarum prima est, ꝙ circa principium p̄rio p̄mum, non contingit deceptio propter sui euidentiam, secunda est ꝙ eius ueritas est absoluta, & non conditionata, ita ꝙ si omnis alia propositio esset falsa. adhuc p̄ncipium primo p̄mum esset uerum, tertia est ꝙ non cognoscatur p demōstrationem eo ꝙ p̄ncipio p̄mo p̄mo, nō potest esse aliquid notius ex quo deducatur. Iste inquam tres conditiones non attribuuntur ab Aris. ut patet in. 4. metaph. tex. 9. nisi huic complexo. Impossibile est idem &c. Ergo uel nō datur p̄ncipium p̄mo p̄mum. & sic tolletur omnis demonstratio, uel ex hoc cōplexum. Impo℮ est &c. Et cōfirmatur dicto Commenta. dīitis in commen. 9. Ista dignitas est prior omnibus dignitatibus, ergo est primo prima.

Alia opinio est Scotistarum, ut patet per Ant. And. in. 4. metaph. q. 5. Ista opinio dicit duo p̄mo ꝙ p̄ncipium p̄mo p̄mum si datur est hoc complexum ens est ens; secundo ꝙ non est hoc. Impo℮ est idem simul esse & non esse. Primum dictum sic probat. De ratione principii p̄mo primi est ꝙ habeat terminos ex quibus cōponit primo primos. & non resolubiles in priores. Sed iste conditiones conueniunt huic complexo, ens est ens. quoniam ens est terminus primo primus. & non resoluit ī priores ut patet, ergo hoc cōplexum est pri

cipium primo primum, secũdum autem dictum sic probat. Hoc complexum. Impoſſe eſt idem &c. habet terminos reſolubiles in priores conceptus. Nam ly idẽ eſt reſolubile in conceptum relatiuum eſt.n.idẽtitate idem, quæ eſt relatio & in conceptum abſolutum.i.in conceptum entis. quoniam idẽ includit ens. ergo non eſt ꝑncipium primo ꝑmum. Præterea: omni ꝓpoſitione modali prior eſt aliqua de ineſſe, cum poſſit reſolui in eam quæ eſt de ineſſe. Sed impoſſe eſt idem &c. eſt propoſitio modalis. ergo habet priorem ex ꝯñti non põt eſſe principium complexum primo primum.

Sed ſi bene conſideras iſta opinio non attingit mentem Ariſt. Multum.n. differt, eſſe cõplexum primo ꝑmum. & eſſe ꝑncipium ꝑmo ꝑmum. Nam cõplexum primo primum requirit ꝙ componatur ex terminis primo primis & qui non ſint reſolubiles in priores conceptus & ſit propõ de ineſſe & affirmatiuã. Principium autem primo primum non requirit de neceſſitate iſta. Sed ſolum tres conditiones ſupra aſſignatas ſm Ariſt. & præcipue quod ſit illud per quod firmatur ueritas cuiuſcunqꝫ alterius complexi ſi de eo dubitare contingit & ſit illud ad quod reſoluitur quodcunque aliud complexum reſolubile.

Ex his reſpondeo ad rationes Ant. And. & dico ꝙ omnes ſoluuntur hoc uerbo, ly ens eſt ens eſt cõplexum primo primum. ſed non eſt principium primo primum, quoniam non deducitur ex eo omnis alia ꝓpoſitio, nec ad ipſum eſt ſtatus in demonſtrationibus, imo hoc complexum ens eſt ens põt ſuſtineri per hoc ꝑncipium. Impoſſe eſt idem ſimul eſſe & nõ eẽ, nã oẽ ens uel ẽ ens uel nõ ens. uel ens & nõ ens, nõ ſcd̃m, quoniam oppoſitum non prædicatur de oppoſito non tertiũ quia impoſſibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe. ergo ꝑmum, ly autem impoſſe eſt idem &c. eſt ꝑncipium ꝑmo primum. Sed non eſt complexum primo primum. eo ꝙ termini componentes non ſunt primo primi &c. & ſic patet ꝙ Ant. And. in hoc decipitur quia non ponit dr̃iam, inter cõplexum ꝑmo primum. & principium complexum primo primum.

Ad illam de modali dico ſimilr̃. ꝙ licet non poſſit eſſe cõ

plexum primo primum, non tamen inconuenit ꝙ sit principium primo primum nec obstat ꝙ sit resolubilis in unam de inesse. Hoc.n.licet tollat rōnem primi complexi, non tamen rationem primi principii complexi.

Sed aduerte ꝙ contra hanc determinationem insurgunt duo apparentia argumenta, quorum uno probatur qđ hoc complexum non sit uerissimum, altero ꝙ non sit principiū primo primum.

Primo igitur arguitur, sic possibile est idem simul esse & non esse. ergo hoc complexum. Impossibile est idem &c. non est uerissimum. Consequentia nota. Antecedens probatur. Aliquod est generabile, quod nunquam generabitur, aliter omnia euenirent de necessitate, quod tamen improbabitur in li. 6. & præterea concedit Arist. in. 2. de generatione tex. 94. ꝙ futurus quis incedere non incedet. ergo possibile est idem simul esse & non esse, Consequentia probatur, sit A generabile. ergo in aliquo instanti potest esse. Sit illud instans B, ergo in B potest esse ponatur ꝙ nunquam generetur. ergo in B nō habet esse si non habet esse in B potest non esse in B. ergo ꝓ eodem instanti possibile est idem esse & non esse si pro eodē instanti. ergo simul.

Respondetur ly simul potest se tenere ex parte possibilis uel potentiæ ut sit sensus idem per eādem potentiam potest esse & non esse, puta Sortes per uoluntatem potest sedere & non sedere. & potest se tenere ex parte esse & non esse, ut sit sensus possibile est ut idem quando habet esse habeat non esse, ita ꝙ hæc erit uera. Idem est & non est. In primo sensu. Hoc cōplexum, possibile est idem &c. est uerum ut dicetur in lib. 9. quando agemus de potentia rationali. & ut sic non opponitur principio primo. In secundo sensu est falsum nec potest esse uerum & ut sic opponitur principio primo. Ad ꝓbationem concedo antecedens & nego consequentiam 1.2. sensu dato de ly simul. Ad probationem dico ꝙ nihil aliud concluditur nisi ꝙ A generabile habet potentiam qua potest habere esse in B & pro eodem potest habere non esse diuisim sed non coniunctim. & hoc est ꝙ dicunt aliqui ꝙ ista proposi

tio.

tio. A poteſt eſſe & nõ eſſe in B, eſt uera in ſenſu diuiſo & fal ſa in ſenſu compoſito & in ſenſu compoſito tantum opponi tur principio p̃mo. Et aduerte q̃ huic argumẽto neſciuit alr reſpondere. Iandu. in. 4. metaphy. q. 7. niſi ſequendo uiã eorum, qui dicunt q̃ impoſ'e eſt ſm doctrinam Ariſt. aliquid eẽ gñabile, quin gñetur. Sed de p̃one iſtorum, diſcutiemus in li. 9. quærendo ſi aliquid eſt poſ'e quod tñ nunq̃ fuit nec erit.

Secundo arguitur ſic. Ariſ. in. 4. metaph. tex. 8. docet nos & p̃bat hoc complexum. Impoſ'e eſt idem &c. eſſe primum p̃ncipium. ergo hoc complexum non eſt euidentisſimum, uanum. n. eſt docere & p̃bare p̃põnem euidentisſimam, ergo non eſt principium primo primum.

Rñdetur. Ariſt. non docet nos nec p̃bat hoc complexum eſſe uerum ĩ dicto tex. qm̃ eius ueritas manifeſtisſima eſt hoĩ ſane mentis. ſed docet & declarat q̃ condõnes conuenientes p̃mo p̃ncipio conueniunt huic complexo. Impoſ'e eſt &c. Et id non p̃iudicat quin ſit p̃mum p̃ncipium, ĩmo magis corroborat. Secus aũt eſſet, ſi p̃bare conaretur eius ueritatem & ſi dicas ĩmo p̃bat eius ueritatem contra negantes. Rñdeo, nõ p̃bat niſi elẽchicæ ut declarabitur in. q ſeq. Sed hic modus p̃bõnis, non p̃iudicat dignitati. & firmitati p̃mi p̃ncipii.

Vltimo aduerte, qm̃ diximus ſupra non eſſe idem primũ p̃ncipium & primum complexum, ut id manifeſtius appareat q̃ intellectus hoc ordine p̃cedit primo concipit primos terminos in complexos qui ſunt ens & non ens, deinde format ex eis, tres p̃põnes affirmatiuas, quibus corrñdent tres negatiuæ. Primo format hanc, ens eſt ens, cui corrñdet hæc neg. ens non eſt non ens. Secundo hãc vl'em. Oẽ ens eſt ens, cui corrñdet hæc neg. nullum ens eſt non ens. Tertio hanc oẽ ens eſt uel non eſt, cui corrñdet hæc nihil eſt, & non eſt. Tunc. 4. loco intellectus inſpicit hoc principium eſſe uerisſimum. Impoſ'e eſt idem ſimul eſſe & non eſſe. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Quæſtio. 10. ſi principium primum eſt cognoſcibile cognitione ſenſitiua uel demonſtratione.

PRO resolone huius quæsiti pono tres conclones. Deinde soluam quædam dubia.

Prima conclo sit ista, ꝑ noticia primi principii necessario requiritur cognitio sensitiua non solum interior, sed ēt exterior. Pro qua aduerte, ꝙ requisitum ad alterū est triplex. Quoddam ꝑꝑ cāūsalitatem in aliquo gñe cāæ, ut ferrum requiritur ad ꝑductionem gladii, eo ꝙ est mā sua, & aīa requiritur ad ꝑductionē aīati, eo ꝙ est cā sua formalis. Quoddam, quia est rō, sine qua nō, ut approximatio requiritur inter agens & patiens eo ꝙ nisi approximentur non sequitur actio. Quoddam ꝑꝑ necessariam connexionem duorum, ita ꝙ se mutuo ponunt, & se mutuo remouent. & sic unum relatiuum requirit aliud correlatiuum.

His prænotatis, dico ꝙ cognitio sensitiua requiritur in ꝓposito, ut rō sine qua non, nam nisi apprehendantur termini ꝑ sensum, nunq̄ apprehendetur complexio illa, qua constituitur primū principium complexum. & huius rō est, quia apud pħm in 3. de. aīa. tex. 30. ꝓ hoc statu nihil itelligit aīa sine phantasmatæ, est ergo necesse ut phantasia hēat opationem suam ad hoc ꝙ intellectus exeat in actum suum, phātasia aūt non habet opationem suam sine sensu exteriori, eo ꝙ sensus interior supponit imutationem factam i sensu exteriori, ut declarauimus in. 3. de aīa, unde Aristot. diffiniens phantasiam inquit eam esse motum factum a sensu exteriori, qui est uel fuit in actu est ergo necesse ꝙ apprahēsio sensitiua terminorum incomplexorum præcedat apphēsionem intellectiuam primi principii, unde cōi snīa dr̄ ꝙ primū pncipium apphenditur lumine nāli, ex euidentia terminorum. Tu tñ aduerte ꝙ illa cognitio sensitiua, nullam cāūsalitatem dicit sup apphensionem primi pncipii. Tunc. n. illa cognitio sensitiua esset sicut principium a quo deduceretur pmum pncipium ut conclo. & sic cognitio pmi principii esset acquisita ꝑ discursum. qđ est impole. qm̄ non esset nālr cognitū, nec sup ipm fundaretur oīs deductio & disputatio, cuius opposītum dicit pħs & Cōmenta. in hoc. 4. lib. tex. & cōmen. 9. Patet igitur ꝙ ad apphensionem primi principii, requiritur co

gnitio sensitiua, non ut cā. sed rō sine qua non.

Secunda conclo. Primum principium non pōt demōstrari absolute. Aduerte ꝙ circa hanc conclonem non est īmorādum, constat. n. ꝙ demonstratio absoluta, ex. 1. poste. est ex prioribus & notioribus, nihil aūt est prius & notius hoc primo principio; alr posset contingere deceptio circa ipsum & sic non esset firmissimum, nec primum principium, ergo est impole ꝙ demonstretur absolute, unde būdixit pbus in. 4. metaphy. tex. 9. Qui uolunt hoc principium demonstrare, ōdunt ineruditionem suam, nesciunt. n. quorum sit, & quorum non sit demonstratio. & Cōmenta, in cōmento. 9. dicit. Quidam existimant pole esse demonstrare hanc propōnem dūtem, ꝙ duo contradictoria non congregantur. & hoc cōtingit eis, quia non fuerunt instructi in dialectica.

Tertia conclo. Primum principium pōt demonstrari redarguitiuæ. Aduerte ꝙ demonstratio absoluta differūt a redarguitiua ī hoc ꝙ absoluta est ex notioribus simplr. Redarguitiua aūt est ex cōcessis ab aduersario, minus quidem notis simplr, magis aūt ipsi aduersario. Ex his sic pbo cōclonē. Qui negat hoc principium, impole est idem &c. pōt deduci ad aliqđ inconueniens sibi magis notum, quam primū pnci pium ergo pōt demonstrari redarguitiuæ Contra nota. Ans pbatur. Pōt deduci ad hoc, ꝙ contrariæ opiniones erunt in eodem intellectu. Quod quidem reputatur manifestius incōueniens apud negantem primum principium. Nam quilibet pōt aduertere ꝙ sit contrarias formas esse in eodem sbo simul & in actu pfecto repugnat sensui, eo ꝙ una corrumpit alteram, multo magis repugnat intellectui hēre ī seipso opiniones contrarias simul de eadem re. Qđ aūt negans primū principium, possit deduci ad hoc inconueniens declaratū est in lib. 2. periherme. ubi manifestat Arist. ꝙ opiniones contradictoriorum sunt contrariæ, ergo si quis opinetur duo contradictoria esse simul uera, habet in suo intellectu duas opiniones contrarias simul, non solum aūt ad hoc inconueniēs deducit Arist negantem primum principiū sed ad plura alia ut manifestauimus in nro epitomate in. 4. metaph. in tra. 2.

in capit. 1. ubi sex rationibus arguitur contra negantem primum principium.

Positis & pbatis his tribus conclonibus, soluēda sunt duo dubia, primum est contra conclusionem secundam. & secūdum est contra tertiam.

Dictum est in secunda conclone. q primum principiū nō est demonstrabile absolute. Cōtra pp qd unumqdq & illud magis, sed pp primum principium ad quod reducuntur cōclones, ipse conclones sunt demonstrabiles. ergo multo magis primum principium est demonstrabile.

Rñdetur. Illa rła pp qd &c. non ualet nisi prædicatum in quo fit comparatio conueniat & uerificetur de utroq cōparatorum, q si tm̄ uni conuenit, argumentū non ualet. v. g. si arguatur sic, pp qd unumqdq. & illud magis. sed pp ignē aqua est calida. ergo ignis est magis calidus, argumentū ualet, quoniam utraq istarum ē uera. Ignis est calidus. & aqua est calida, si aūt arguatur sic, pp quod &c. sed pp albedinem paries est albus. ergo albedo est magis alba. Argumentum non ualet, quoniam hæc est falsa, albedo est alba. Sic in ppo sito argumentum non ualet, quoniam licet hæc sit uera. Cōclusio est demonstrabilis. Hæc tamen est falsa, primum principium est demonstrabile.

Dictum est in. 3. conclone, q est demonstrabile redarguitiue, quia negans pōt deduci ad hoc inconueniens. q cōtraria essent simul in eodem. Sed hæc rō non uidetur efficax, quoniam uidetur petitio. Nam oīs rō deducens ad impołe, cuius conclo non est manifestior in falsitate quam pmissa iterimenda, est petitio. Sed ɔñs rōnis Arist. non est magis īconueniens, quam añs. Nam qui concedit contradictoria esse simul uera, multo magis ɔcedet contraria posse silr eē i eodē.

Rñdetur. Ant. and. in. 4. q. 4. dicit q pħs non inducit hāc rōnem ad negantes. sed ad recipientes primum principium probando q sit firmissimum.

Sed hæc rñsio non est ad mentem pħi, quoniam Cōmen. introducit hanc rōnem contra negantes. Vnde inquit i commen. 9. Contingit. n. dicenti hoc. s. q contradictoria sunt si-

mul uera opinari q duo ɔtraria existāt simul in eodē i actu.
Et iō alr respondeo.& dico q negans primum principiū, existimat maius inconueniens duo cōtraria esse simul, eo q hoc repugnat ad sensum, uidemus.n. q unum expellit alterum, non aūt repugnat sensui nisi quia contraria in actu pfecto, habent repugnantiam adinuicem, ergo in quocunq; iueniantur, siue in mā, siue in sensu, siue in intellectu erunt repugnantia & per consequens notius erit neganti primum principium contraria non posse esse simul in eodem quam q cōtradictoria non sint simul uera. Nam duo contradictoria nō cadunt sub sensu, cum alterum sit non ens, quod non cadit sub obo alicuius sensus. sed bene duo contraria ut patet de duabus qualitatibus sensibilibus contrariis. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Expliciunt qōnes Fratris Chrisostomi Iauelli Canapicii ordi. prædi. pbiæ & sacræ Theologiæ professoris in. 4. libr. metaphysicæ.

Incipiunt qōnes eiusdem in. 5. lib. metaphysi.

In. 5. libr. resoluenda sunt infrascripta, Quæsita.

1 Si principium & causa sunt idem conuertibiliter.
2 In quo consistat cālitas siue ratio causæ materialis.
3 In quo consistat causalitas formæ.
4 In quo consistat causalitas efficientis.
5 In quo consistat causalitas finis.
6 Si finis est causa ut habet esse in anima uel extra.
7 Si idem effectus numero, potest produci a pluribus causis perfectis & eiusdem ordinis.
8 Si causæ sunt sibiinuicem causæ.
9 Si cā in actu, & effectus in actu, simul sunt & non sunt.
10 Si materia prima est propriæ elementum.
11 Si pbs sufficienter numerauit oēs modos naturæ.
12 Si necessaria habent causam efficientem.
13 Si diuisio secunda unius est logica.
14 Si hæc propositio, unum numero sunt, quorum est mā

una, est uera vniuersaliter, uel tantum particulariter.
15 Si materia signata uel hecheitas est principium indiuiduationis in rebus materialibus.
16 Si p̄nta distinguuntur ſm diuersos modos p̄ndi.
17 Quæ ſuƀa sit genus gn̄alissimum, & quæ sit rō sua.
18 Si plura accidentia eiusdem speciei possunt esse in eodē.
19 Si cuilibet potentiæ actiuæ, corrn̄det potentia passiua.
20 Si diuisibilitas est propria ratio quantitatis.
21 Si modi relatiuorum, sunt bene assignati a pƀo.
22 Si relatio distinguitur realiter a fundamento.
23 Si ultima p̄nta, dicunt absolutum uel respectum.

Omnes enim causæ principia. Tex. I.

QVÆSTIO PRIMA.

Si principium & causa sunt idem conuertibiliter.

CIRCA hanc q̄ōnem aduerte. ꝙ difficultas consurgit ex eo ꝙ pƀs dixit in. 4. metaph. tex. 3. ꝙ ens & unum se adinuicem ꝯn̄r ut principium & cā &c. Igitur ꝑ resolōne quæsiti, quatuor agenda sunt. Primo declarabitur rō principii & cāæ, loquendo absolutæ & metaphy. Secundo declarabitur mēs pƀi circa hoc propositum. Tertio ponentur duæ conclusiones responsiuæ. Quarto soluetur quoddam dubium.

Quantum ad primum aduerte ꝙ p̄ncipium ut p̄ncipiū̄ importat ꝓcessum unius ab altero, inter quæ est distō realis unde quocunq; mō ꝓcessus ille ponatur, siue ſm ordinem,

ut dies pcedit a mane siue fm doctrinam, ut scia procedit a suis pncipiis, & conclo a pmissis siue fm efficientiam, ut calor in aqua pcedit ab igne, in quolibet talium modorum id quod pcedit, dr pncipiatum, id a quo pcedit dr pncipium. Abstrahit aut a poritate, & efficientia, & distone essentiali. A poritate quidem, qm non est necesse in oi na pncipium esse pus principiato, sicut tenent Theologi prem esse pncipium filii, non tn priorem filio. Ab efficientia uero, qm non est necesse oe pncipiatum esse a suo pncipio effectiuæ. Constat, n. q dies pncipiatur a mane, & motus a termino a quo. & tn dies est effectiuæ a sole moto. & motus a mouente. A distone essentiali uero, quia stat principiatum distingui sola relatione a principio. & non essentialr ut tenent theologi de psonis diuinis. Dicemus ergo q absolutæ principium est illud a quo alterum quocunq mo pcedit, sine specificatione poritatis aut efficientiæ, aut distinctionis essentialis.

Cā uero ut cā absolutæ dicit dependentiam unius ab altero, cum prioritate & distone essentiali. Dico dependentiam, qm cā est illud ad cuius esse sequitur aliud. & quod influit super cātum. Dico cum poritate, quoniam necesse est cām pcedere effectum saltem prioritate naæ. Dico cum distone essentiali, quoniam nihil seipm causat, iō inter cām & cātum necessaria est distō realis & essentialis. & p ɔns cātum est posterius cā, quoniam nihil seipm cōicat alteri distincto essētialr nisi supponatur esse. & p ɔns est prius na. Cōstat igitur q cā duo addit sup rōnē principii. s. prioritatē & distōnē essētialē.

Quantum ad secundum. s. quid circa hoc senserit phs, aduerte q phs de rōne pncipii tria cognouit. Primo q ē cōius q cā. Cognouit. n. punctum esse pncipium lineæ, non tn cām quoniam maxime esset cā mālis, puta pars cōponens lineā, sed hoc est falsum, quoniam ex. 6. phy. nullum continuū cōponitur ex indiuisibilibus. Cognouit mane esse pncipiū diei, non tn cām ut patet. Et iō dicit Cōmenta. in. 5. lib. metaphy. cōmen. 4. Principium aūt est quasi vlius cā, cum dicatur de pncipiis transmutationis, & de. 4. causis. Cognouit secundo q inter pncipium & principiatum est necessaria distō realis,

cũ inter ea sit rło realis. Cognouit. 3. ꝙ principiũ ẽ prius ꝑn cipiato, eo ꝙ apud ipm nõ fuit notum, q̃do sit poſſe ꝑncipiũ & principiatum esse idem essentialr. Hoc. n. uerificatur apud theologum solum de diuinis ꝑsonis. & ꝓpea apud pħm ꝑnci pium ꝓductiuum & effectiuum non distinguitur a cã ꝓducti ua & effectiua. sed sunt idem conuertibilr, quoniam non cognouit aliam ꝓductionem nisi ꝑ distõnem essentialem inter ꝓducens & ꝓductum, unde apud ipm oẽ principium ꝓducti uum est cã productiua & econuerso. & sic patet ꝙ licet apud ipm, principium in sua vłitate sit cõius q̃ cã, tñ principium ĩ spẽ, puta principium ꝓductiuum non est cõius q̃ cã ꝓductiua non. n. potuit altius ascendere ex sensatis.

Quantum ad tertium ponuntur duæ conclões rñsiue.

Prima conclusio. Principium ut principium non conuer titur cum cã. Quoniam cã contrahit rõnẽ principii, addit. n. prioritatem & distõnem realem essentialẽ. ut declarauimus, ergo &c. Præterea, principium ꝑdicatur de his quæ nõ sunt cã. ut punctus est principium lineæ, & instans tpis, & terminus a quo, motus, ergo non conuertitur cum causa.

Secunda conclusio. Principium ꝓductiuum ẜm pħm nõ tamen ẜm ueritatem conuertitur cum cã ꝓductiua, nã pħs non potuit deꝑhendere ex sensatis, quo ꝓducẽs sit eiusdem essentiæ cum ꝓducto, ergo ẜm ipm oẽ principium ꝓductiuũ est cã ꝓductiua & econuerso. Dixi non tamen ẜm ueritatẽ, quoniam fides tenet oppositum, cui non subest falsum. Sed id considerare est altioris negocii.

Quantum ad quartum aduerte ꝙ dubium insurgit cõtra primam conclusionem. Qđ est tale, stante prima conclusiõe vr̃ pħs sibi contradicere in lib. 4. in tex. 3. ubi inquit, ens & unum sibiinuicem consequuntur ut principium & cã, unũ aũt & ens sunt idem conuertibiliter, ut ꝓbatum est in. 4. lib. ergo silr̃ principium & cã, ergo principium non est cõius cã.

Respondetur. Dicunt aliqui, ꝙ pħs posuit illud gr̃a exem pli, non ꝙ ita sit. Sed melius est dicere, ꝙ pħs illic accipit ꝑn cipium, non in sua uniuersalitate, sed ẜm suam famosiorem acceptionem famosior aũt accepto est de causis extrinsecis,

qualis est cā efficiens.ut dicit Cōmenta.in.5.lib. cōmen.4. Sumptū ergo pro principio productiuo dico q̄ ſm p̄bm ut declaraui,est idem conuertibiliter,cum cā productiua,uelo .n.q̄ ſicut accipit principium contractæ,ſic accipiat cām cōtractæ.& ſic patet q̄ nulla est contradictio in p̄bo.Nam hæc duo non cōtradicunt,principium ut principium & cā ut cā non ſunt idem conuertibiliter,principium cōtractum ad p̄ncipium productiuum,& cā cōtracta ad cām productiuā ſunt idem conuertibiliter.Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Quæſtio.2.in quo conſiſtat cauſalitas ſiue ratio cauſæ materialis.

Cauſa uero,uno modo dicitur,ex quo fit aliquid ut inexiſtente,ut es ſtatue.Textu.2.

IN HAC quæſtione tria agenda ſunt.Primo uidendum eſt in quo eſſentialr̄ conſiſtat,cauſalitas cauſæ mālis.Secundo in quo conſiſtat modus hmōi cauſalitatis. Tertio ſoluentur quædam dubia.

Quantum ad p̄mum aduerte,q̄ in eo conſiſtit eſſentialiter cauſalitas mā æ,ſumendo mām pro quolibet receptiuo formæ tam ſubſtantialis quam accidentalis, per quod eſt cauſa condiſtincta contra cauſam efficientem formalem & finalē. Hoc autem eſt recipere & conſeruare formam ſiue ſuſtinere ita q̄ mām cauſare,non eſt aliud quam recipere & ſuſtinere formam.Quod ſic declaratur.Mā eſt cauſa,uel quia producit formam,& hoc non,quia hoc ſpectat ad agens, ut declarabitur in lib.7.producens.n.totum ſiue compoſitum p̄ accidens producit formam eius.uel quia dat eſſe formaliter ipſi formæ & hoc non quia hoc ſpectat ad actum. Dicemus .n.infra ideo forma dat eſſe quia eſt actus mā autem eſt potentia & non actus.Vel quia ad ipſam ordinatur forma. & hoc non quia id ad quod aliud ordinatur perfectius eſt eo cōſtat autem mām eſſe imperfectiorem forma.Vnde forma uerius dicitur finis mā æ quam econuerſo. Vel quia recipit & ſuſtentat formā,& hoc eſt uerum a ſufficienti diuiſione.Præterea,cum mā ſit potentia paſſiua in eo conſiſtit ſua cauſali-

tas quod conuenit potentiæ pasſiue ex nã ſua. Potentiæ autem pasſiue conuenit recipere. ergo &c.

Quantum ad ſecundum dico ꝙ modus cauſalitatis mãæ conſiſtit in limitare & reſtringere amplitudinem forme quã recipit, pro quo aduerte, ꝙ ſi daretur forma receptibilis ĩ materia extra mãm haberet oẽm perfectionem & omnem gradum debitum nãæ ſue, ut ſi eſſet calor ſeparatus, eſſet perfectisſimus calor ex hoc autem ꝙ recipitur in mã, neceſſe eſt ut proportionetur capacitati mãæ, ex conſequenti ꝙ non recipiatur ſm omne eſſe debitum ſibi ex nã ſua, ſed ſm diſpoſitionem mãæ. Hinc eſt, ꝙ formæ ſeparate a mã, dicunt habere quandam infinitatem quia nullo modo terminãtur nec artantur ex mã ex oppoſito formæ mãles dicuntur finite quia reſtringuuntur ex diuerſa capacitate. Dicimus igitur ꝙ mã ideo eſt cauſa quia recipit & ſuſtinet formam. Ex hoc autem ꝙ recipit formam, ad ipſam conſequitur talis modus, qui eſt limitare. formam & per ly limitare, non intelligas ꝙ mã aliquid det formæ, nec influat, nec perficiat formam ſed limitare formam eſt recipere eam proportionaliter capacitati ſuæ, & non ſm totum eſſe debitum nãæ talis formæ. Et in his ſtat cauſalitas & modus cauſalitatis ipſius cauſæ mãlis ꝓut diſtinguitur contra alia genera cauſarum. Et aduerte ꝙ in hac determinatione ſecutus ſum doctrinam Capræoli in. 1. ſent. diſ. 43. q. 1. arti. 1. ad argumenta facta contra tertiam cõcluſionem in primo loco.

Quantum ad tertiũ aduerte ꝙ tria dubia quæ conſurgũt contra determinationem factam.

Primo uidetur ꝙ mã nullo modo ſit cauſa, quoniam mã ut mã potentialitatem dicit, potentialitati autem repugnat cauſalitas, quoniã cauſare ſupponit eſſe actu. Cum igitur mã ut mã non habeat eſſe actu, nullo modo eſt cauſa.

Reſpondetur, potentialitas ſignificat eſſe in potentia, qđ non repugnat niſi cauſalitati agentis. eo ꝙ unumquodq; eſt agens, inquantum eſt actu ex lib. 9. metaph. Agere. n. ſuppo nit eſſe. & cauſalitati formæ, eo ꝙ forma eſt actus & dat eſſe actu. Non autem repugnat cauſalitati mãæ, eo ꝙ mã eſt cau

sa inquantum est receptiua formæ, esse autem receptiuum dicit potentiam passiuam & esse potẽtiale, nec repugnat cau salitati causæ finalis, ut declarabimus infra agentes de causalitate finis.

Secundo non uidetur ꝙ sustentare formam sit de causalitate mãæ, nam si esset de causalitate eius ergo omnem formam in se receptam sustentaret, hoc autem est falsum respectu animæ intellectiue, quæ nõ pendet a materia propter sui incorruptibilitatem.

Respondetur, licet sustentare formam conueniat materiæ ut est receptiua formæ, nõ tñ eadẽ ratione nec eodẽ modo respectu cuiuscũq; formæ. Nam quo ad formas eductas de potentia mãæ, sustentat eas, quo ad esse, & quo ad actum informandi, quoniam si separantur a mã desinunt esse. & desinunt informare. Quantum autem ad animam intellectiuã, non sustentat eam quo ad esse, supposito. n. ꝙ sit incorruptibilis, separata a mã adhuc stat inesse utrum uero sit incorruptibilis manifestauimus in lib. de anima & iterum manifestabitur in lib. 12. metaph. ad mentem Aristot. sustentat autem eam quo ad actum informandi, eo ꝙ separata non est actu forma coporis. Dicemus ergo ꝙ cãlitas mãæ consistit in receptione formæ. & sustentatione eiusdẽ quo ad esse, uel quo ad actum informandi.

Tertio, non uidetur ꝙ mã habeat limitare formam, omne. n. quod ex sui nã habet esse limitatã non indiget aliquo extrinseco limitante. Sed omnis forma creata, siue mãlis, siue immãlis, cum sit finite & determinate nãæ ex sui natura limitatum esse ergo &c.

Respondetur, esse limitatum sumitur dupl͠r, primo ut opponitur illimitato simpl͠r, quod est absolute infinitum. & sic conceditur omnem formam creatam habere esse limitatum nec indigere aliquo extrinseco limitante, quasi ꝙ ipsa sit simpliciter & ſm se illimitata. secundo ut opponit illimitato ſm quid, puta albedo ut tria opponitur summæ albedini, sicut limitatum illimitato ſm quid. & sic nego omnem formã creatam habere esse limitatum ex sui nã, imo ex se habet esse il-

limitatum ſm quid, quoniam ſi exiſteret non recepta in mā haberet omnem gradum perfectionis conuenientis ſibi ex natura ſua Ad hoc ergo quod limitetur ad certum gradum indiget materia, quæ non recipit niſi ſm ꝙ eſt capax formæ, uerum eſt ergo materiam limitare formam. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Quæſtio. 3. in quo conſiſtat cauſalitas formæ.

Alio uero ſpecies & exemplum. Tex. 2.

IN HAC quæſtione tria agenda ſunt. Primo in quo cõſiſtat cauſalitas formæ, ſiue cauſæ formalis. Secundo in quo conſiſtat modus ſiue proprietas huius cauſalitatis. Tertio ſoluentur quædam dubia.

Quantum ad p̃mum, dico ꝙ conſiſtit in hoc ꝙ eſt facere rem exiſtere actu, quæ prius erat talis in potentia. Pro quo aduerte, ꝙ ut dicit Ariſto. in. 2. phyſi. tex. 11. tam in artificialibus quam in nālibus nihil eſt actu tale in ſpecie ſua ante aduentum formæ in ſubiecto uel in mā nullus. n. dicet lignum eſſe ſcãnum niſi receperit formam ſcãni neq; carnem eē actu carnem, niſi habeat formam carnis. Idem intellige in accidẽtalibus. Nõ. n. aqua eſt actu calida, niſi per actualem receptionem caloris ex hoc ergo ꝙ nos uidemus artificiata & naturalia compoſita ſiue ſubſtantialia ut lapis homo lignum, ſiue accidentalia. ut homo albus aqua calida &c. non prius tranſire ab eſſe potentiali ad eſſe actuale quam habeant in ſe actu formam ſuam, depræhendimus formam ideo eſſe cauſam quia facit rem eſſe actu, quæ prius erat in potentia facit autẽ rem eſſe actu, quia dat ſibi eſſe tale. Ex hoc autem ꝙ facit rem eſſe actu, eſt conſtitutiua rei in ſua ꝓpria & determinata ſpecie & ab eadem ſumitur differentia completiua diffõnis. Dicemus ergo ꝙ cauſalitas formæ complectitur hæc omnia. Dare eſſe rei, facere rem exiſtere actu, quæ prius erat in potẽtia. Conſtituere rem in propria ſpecie, ex eo ꝙ ab ipſa ſumitur differentia ſpecifica.

Quantum ad ſecundum aduerte ꝙ ſicut modus cauſalitatis mãæ ſtat in hoc ꝙ eſt limitare amplitudinem formæ ut de

clarauimus in qōne præcedenti sic modus causalitatis formę stat in hoc ꝙ est artare mām, siue potentialitatem suam. Pro quo aduerte sm doctrinam. b. Tho. in. 1. parte. q. 7. arti. 1. ꝙ ex receptione actuali formæ in mā, mā artat̄ ꝑ q̄to ante ad uentum huius formæ erat in potentia ad uarias formas post quam autem hanc recepit, quādiu est sub ista, non pōt aliam recipere, aliter opposita disparata se compaterētur in eodē. & id intellige non solum de mā prima in nālibus. sed & de mā artificiati. & de subiecto accidentis, nam postquam lignū est sub forma arche non potest aliam formā recipere quādiu est sub illa. & postq̄ paries recepit albedinem, non pōt alium colorem recipere quādiu sub albedine steterit.

Artare ergo materiam est proprietas consequens causalitatem formæ.

Quantum ad tertium aduerte duo dubia. primum est cō tra cālitatē formæ, scđm est contra modum causalitatis.

Contra determinationem causalitatis arguitur sic facere rem esse actu, siue dare esse conuenit causæ efficienti. Nam ho mo generans hominem, facit hominem esse actu qui prius erat in potentia. Cum igitur debeant esse distinctæ causali tates formæ & efficientis, uidetur fuisse male assignata cau salitas formæ.

Respondetur utrunq; dat esse. sed diuersa ratione, nā for ma dat esse formaliter. i. seipsa & non per actionem, nam esse nāli sequella fluit a forma, efficiens autem dat esse effectiue ꝑ actionem quæ erigitur ab efficiente. uel sic, forma dat esse ut quo efficiens autem ut quod uel sic forma dat esse ut princi pium intrinsecum, efficiens autem dat esse ut. Principium extrinsecum.

Contra modum siue proprietatem causalitatis, arguitur sic, si est proprietas formæ artare materiā, ergo artabit oēm materiam in qua recipitur, quod tamen est falsum, quoniam non potest forma cœli artare materiam cœli, complet enim & omnino perficit ipsam, ita quod tantum perficit, quam perfectibilis est.

Respondetur. & dico ꝙ hæc proprietas conuenit formæ

particulari, quales sunt formæ inferiores, quæ non adequant totam potentialitatem mãæ, forma autem cœli est forma uñis continet.n.uirtualiter omnes formas inferiores mãles. & ex sua vñitate terminat omnem potentialitatem mãe cœli. Potest etiam aliter dici ꝙ hæc proprietas uerificatur respectu cuiuscunq; mãæ capacis plurium formarum successiue, quod non conuenit mãæ cœli supposito ꝙ sit alterius rationis a materia inferiorum. De hoc autem loquemur in libr. 8. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Qõ, 4. in quo consistat causalitas causæ efficientis. Amplius, unde principium permutationis primum aut quietis. Textu. 2.

IN HAC qõne tria agenda sunt. Primo pertractabitur quædam opinio q̃ non credo ueram. Secundo pertractabitur opinio q̃ credo esse de mente. b. Tho. Tertio soluentur quædam dubia.

Quantum ad pmum aduerte ꝙ causalitas agentis ſm omnes in eo consistit, quo posito est causa condistincta cõtra alia genera causarum, & quo remoto, nulla alia ratiõe est causa. Quid autem sit illud est una opinio, quam recitat Herueus i 4. quolibet. q. 8. Hæc dicit quod actio est causalitas agentis, quia agens actione agit. Item denominatur agens ab actione. Item quia actione posita, pónitur agens. & ea remota remouetur ergo &c.

Sed hæc opinio non est uera, qm̃ causalitas agentis, non est effectus agentis, sed actio est effectus agentis cum sit realiter idem cum re facta, ut probabitur in lib. 9. ergo &c. Maior autem sic probatur, causalitas agentis est ratio ipsi agenti ut sit causa. Sed ratio rei præcedit omnem effectum suum ut patet ergo &c. Præterea, remota actione, adhuc stat causa agens & efficiens, nam de rana genita, adhuc est uerum dicere ꝙ pendet a sole ut ab efficiente, ergo in actione non stat causalitas agentis. Et ad rationes huius opinionis, respondetur unico uerbo, ꝙ concludunt actionem siue in præterito siue in præsenti, siue possibilem in futuro. esse necessario re-

quisitam in causa efficiente non tamen concludunt ꝙ sit primum præstans causalitatē efficienti, sicut non datur mouens sine motu, tamen non dicitur primo mouens propter motum sed propter potentiam motiuam, nec est uerum, quod remota actione actuali, remoueatur causa agens. ut diximus de rana genita, sufficit.n. ꝙ actio sit uel fuerit uel possit esse.

Quantum ad secundum aduerte ꝙ apud Thomistas causalitas agentis consistit in hoc ꝙ est efficere uel producere rē siue ꝟm totam substantiam siue ꝟm partem, siue ꝟm accidēs. Primo dicitur efficere uel producere rem. qm̄ in hoc distinguitur a mā, cuius causalitatem diximus consistere in recipere formam. & distinguitur a forma, cuius causalitatem diximus consistere in hoc ꝙ est dare esse formaliter ei cuius ē forma. & distinguitur a fine, cuius causalitas ut dicemus consistit in hoc ꝙ est esse id gratia cuius &c. Et aduerte quod hec tria uidentur esse idem dare esse rei productiue & non formaliter. Deducere rem ad esse efficere rem. & per unumquodq; istorum solemus manifestare causalitatem agentis, ut distinguitur ab aliis generibus causarum. Dicitur secundo siue ꝟm totam substantiam, qm̄ agentium quoddam producit totā rem, ut agens primum. Quoddam producit partem puta formam ut agens nāle quod mām supponit in generatione substantiali. Quoddam producit tantum accidens, ut ignis calefaciens aquam in gñone accidentali. Item aduerte ꝙ ly efficere rem multiplr contingit. s. cū nouitate essendi ut si mūdus est productus in tempore uel sine nouitate. ut si mundus est productus ab eterno per simplicem emanationem quæ ē propria actio Dei uel per motum & mutationem instantaneam, quæ conueniunt agenti nāli per gñonem substantialē uel per solum motum, ut qñ agens supponit rei substantiam causans in re quantitatem uel qualitatem &c. Et aduerte ꝙ in hac determinatione secutus sum doctrinam Heruei in. 2. quolibet. q. 1. ubi inuestigat causalitatem causæ efficientis & finalis, & hanc uiam puto esse ad mentem. b. Tho. ut patet in 5. metaph. in expositione tex. 2. ibi, & adinuicem causæ, ubi exponens inquit, efficiens est causa finis, finis autem est cau-

ſa efficientis, efficiens eſt cauſa finis quantum ad eſſe quidẽ, quia mouendo producit efficiens ad hoc ꝙ ſit finis, finis autẽ eſt cauſa efficientis, non quantum ad eſſe ſed quantum ad rõnem cauſalitatis. Nam efficiens eſt cauſa inquantum agit, nõ autem agit niſi cauſa finis &c. & intendit per agere, rem efficere, uel ad eſſe producere uel tribuere eſſe effectiue & non formaliter.

Quantum ad tertium aduerte duo dubia quæ inſurgunt contra determinata.

Primo uidetur ꝙ ſecunda opinio coincidat cum prima nã hæc uidentur eſſe idem. Actio, agere efficere rem, dare eſſe effectiue, cauſare effectiue, ſed per ſecundam opinionem, cãlitas agentis conſiſtit in agere ſiue efficere rem, ergo conſimiliter conſiſtit in actione.

Reſpondetur cum actio & agere ſiue efficere ſe habeãt ut abſtractum & concretum dico ꝙ differunt quantum ad modum ſignificandi, actio .n. ſignificat formam quæ eſt actio, agere autem ſignificat habere actionem & efficere rem, ſignificat habere efficientiam ſuper rem. Ad argumentum ergo nego quod ſint idem quantum ad modum ſignificandi & iõ non inconuenit quod inconcreto dicant cauſalitatem agentis, non autem in abſtracto.

Secundo uidetur. ꝙ efficere ſiue agere rem non dicat cauſalitatem agentis, nam cauſalitas agentis, uerificari debet de quolibet agente ſed efficere rem non uerificatur de quolibet agente, dicemus .n. in lib. 9. ꝙ ſunt quædam agentia quorũ finis non eſt aliquod operatum ſed ipſa operatio. ut citharizare, uidere, audire, appetere. De his ergo non eſt uerum ꝙ efficiant rem cum nihil præter operationem efficiant, nec alicui effecto ſiue producto dant eſſe ergo &c.

Reſpondetur efficere rem, principalr̃ uerificatur de agente aliquid producente ultra actionem, quale eſt agens primũ & agentia nãlia ſecundario autem uerificatur de agẽte nihil producente ultra actionem, quale eſt agens actione ĩmanenti. nam actio ĩmanẽs equipollet rei producte. & eſt uerus effectus agentis in quo & ſubiectiue recipitur. Ad argumentum ergo

nego minorem. Ad ꝓbationem dico, ꝙ respectu agentium quorum finis est ipsa operatio, res effecta & cui agens dat esse est ipsa operatio, cum sit effectus agentis. & sic patet quod causalitas assignata agenti, uerificatur de quolibet agente. Vtrum autem per actionem immanentem aliquid ultra actionem producatur. manifestabitur in lib. 9. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Q̃ō. 5. in quo consistat causalitas causæ finalis.

Amplius ut finis, hoc autem est quod est cuius causa. Textu. 2.

IN HAC quæstione, tria agenda sunt. Primo præponitur quædam distinctio. Secundo ponuntur duæ conclusiones responsiue. Tertio soluentur quædam argumenta.

Quantum ad ꝑmum aduerte, ꝙ finis potest ad duo comparari. Primo ad agens intendens & operans propter finem. Secundo ad media ordinata ad consecutionem finis, puta sanitas pōt comparari ad medicum. & ad medicinam.

Quantum ad secundum, sit hæc prima conclusio. Comparando finem ad causam agentem propter finem causalitas eius est esse illud cuius amore uel desiderio uel delectatione aliquid agitur ab alio. Hanc conclōnem primo declaro. deinde probabitur. Aduerte igitur ꝙ de natura finis est imprimere sui amorem & inclinationem in ipso agente quibus trahitur ad operandum & id patet ad sensum, nisi. n. finis alliceret agentem agens non ageret & propterea consuetum est dici, ꝙ finis mouet agentem. Aduerte insuper ꝙ ly agitur ab alio non sumitur solum pro fieri ut distinguitur ab esse. Sed etiā pro eo ꝙ est esse effectiue ab alio, quod competit rei create ſm totam suam durationem in esse respectu primi agentis. Hanc conclusionem sic probo causalitas finis ſm pħm ubicunq; loquitur de fine est esse id gratia cuius aliquid fit, sed esse id gratia cuius non est aliud, quam esse illud cuius amore aliquid agitur ab alio, & effectiue habet esse ab alio nam esse id gratia cuius est esse amatum ab agente, esse amatū ab agēte infert ꝙ ex amore agitur ab agente ergo &c.

Secunda conclusio est. Comparando finem ad media ad finem eius causali tas consistit in hoc quod est dare rei ordinate in finem quandam bonitatem & amabilitatem ex hoc quod ordinatur in finem præter eam quam habet ex nã sua. Hãc sic declaro, sanitas desidereta ab infirmo, dat medicinæ dulci quandam bonitatem & amabilitatem inquantum ordinatur ad causandam sanitatem, ita ꝙ etiam si non sit dulcis. imo abhominabilis & fetida, amatur & desideratur ĩ ordine ad sanitatem, sublato autem hoc ordine, reiicitur ut qd horrendum. Idem experimur in quibuscunqꝫ aliis mediis arduis & difficilibus, quæ in ordine ad finem desideratum minuunt difficultatem suam. Hæc conclõ adeo est manifesta oĩ utenti ratione, ꝙ non indiget alia probatione.

Quantum ad tertium aduerte tria argumenta contra determinationem factam satis apparentia.

Primo agere amore alicuius, conuenit agenti per intellectum & uoluntatem. Sed non omne agens est agens per intellectum & uoluntatem ut patet de agente naturali, & irrationali, ergo non oĩs finis correspõdens agenti est illud amore cuius aliquid agitur.

Respondetur, cũ dicimus finem esse illud cuius amore &c. non sumitur ly amore pro actu appetitus sequente cognitionem, sed pro appetitu naturali impræsso in omnibus agentibus & mouentibus effectus suos in determinatum finem ꝓstitutum sibi ab agente primo, quod est agens per intellectũ & uoluntatem.

Secundo imprimere amorem & inclinationem in agente, dicit causalitatem causæ effectiue, sic enim imprimere, est rem puta amorem efficere, ergo causalitas finis coincidet cũ causalitate agentis, quod est falsum cum sint distincta genera causarum.

Respondetur, imprimere amorem in agente dicit causalitatem effectiuam metaphoricæ sed non proprie. Metaphoricæ dico, qm̃ finis trahit agentem, ac si esset causa efficiens, nõ repugnant autem causalitas finalis. & causalitas effectiua metaphorica, uel potest dici, ꝙ non inconuenit idem habere cau

salitatem effectiuam & finalem diuersa tamen ratione, sicut non inconuenit idem habere causalitatem formalem. & effectiuam diuersa ratione. Nam calor in igne, dat igni esse calidum formaliter & dat aque esse calidum effectiue. Sic sanitas, inquantum imprimit sui amorem in infirmo, habet causalitatem effectiuam, inquantum est perfectiua infirmi, & ꝓpter ipsam suscipit medicinam, q̃ facit esse amabilem, habet causalitatem finis.

Tertio mouere supponit esse. Sed finis ut causa non semper est, qm̃ plerũq; actione agentis producitur, ut dicemus ĩ qõ. sequenti ergo non est uerum uniuersaliter quod finis moueat agentem.

Respondetur. Ad motionem metaphoricam sufficit esse potentiale cum appræhensione, ad motionem realem requiritur existentia finis & si non proximi saltem præcedentis uerbi gratia. Sortes infirmus desiderat sanitatem & hanc ꝓpter conseruationem sui in esse. & hanc propter filios paruulos, licet autem sanitas non sit, ipse tamen est, & filii sunt. Ad argumentum ergo dico ad minorem, ꝙ licet finis proximus non semper sit, aliquis tamen præcedens est, & sufficit. & dato ꝙ finis ꝓximus non sit in actu, est tamen in potentia cum appræhensione ꝙ est possibilis acquiri. & hoc sufficit. Aduerte tamen ꝙ id magis clarum erit ex quæstio. sequenti. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Quæstio. 6. si finis est causa ut habet esse in anima uel extra animam.

Amplius autem quemadmodum finis. Textu. 2.

IN HAC qõne pertractande sunt opiniones & ſm tertiam determinabitur quæsitum, deinde soluentur quædam argumenta.

Prima opinio est Auicen. in lib. 6. suæ metaph. ca. 15. qui tenet quod est causa ut habet esse in anima & probat duplici ratione.

Primo finis ut habet esse actu extra aĩam est causatus, qm̃ est effectus agentis propter finem, ut sanitas causata in infir-

mo, ergo non est causa.

Secundo ideo finis est causa, quia est causa q alie causæ causent. Nam propter finem intentum agens agit. & forma dat esse, & materia recipit formam sed postq̃ productus est finis non est causa q alie causent qm̃ iam causarunt ergo &c. Hanc opinionem cõmuniter sequuntur moderni Thomistæ unde & Paulus Soncinas in. 5. metaphy. qõ. 3. idem probat quatuor rationibus, quæ coincidunt cum rationibus Auicenne, uerum quid ueritatis contineat hæc opinio declarabitur in tertia opinione.

Secunda opinio est cuiusdam moderni, qui dicit duas esse conditiones finis. s. mouere agentem ad operandum ut consequatur finem. & quietare desiderium agentis quantum ad pmam conditionem, dicit q finis mouet non ut productus ad extra. sed ut habet esse in anima per appræhensionem & probat ut probauit Auicen. Quantum ad secundam dicit, q necesse est ipm esse actu. & acquisitum ab agẽte. Nam donec pducibilis aut acquisibilis est non quietat, ut patet de mercatore non quiescente donec lucrum fecerit.

Sed hæc nihil sunt ad rem. Non. n. finis ut causa habet qetare sed mouere agẽs & facere media amabilia. Quietare autem consequitur sui pductionem siue acquisitionem. Nõ differt ergo hæc opinio a prima quantum ad id in quo consistit formaliter ratio causalitatis finis.

Tertia opinio, quam reputo ueram & resolutam ad mentem. b. Tho. & Commenta. dicit q finis complectitur duo. Primo id per quod est causa. Et est illud per quod mouet agens. Secundo illud sine quo non moueret agens. & dicitur conditio necessario requisita. Causa finalis habet primum ab esse reali ad extra producibili uel acquisibili. Puta, sanitas possibilis realiter causari in infirmo, est id quod mouet medicũ. Ideo. n. medetur, ut sanitatem potentialem reducat ad actũ, & athleta pugnat, ut acquirat brauium ppositum, sm autẽ habet ab esse in anima. Nam si medicus non appræhenderet sanitatem ut possibilem causari in Socrate, & postquam erit producta, perficie Socratem non moueretur ad medendum

& athleta nisi appræhenderet se posse consequi brauium, nõ decertaret. Et hanc opinionem reputo magis resolutam nec realiter discordat a prima, sed eam magis explicat. Sensus.n. primæ opinionis non est, ꝙ finis sit causa solum quo ad esse ĩ anima. Sed intendit ꝙ finis possibilis produci uel acquiri, ita tamen ꝙ sit apphensus possibilis produci habet rõnem cãæ.

Et aduerte ꝙ sequendo hanc determinationem, clare exponitur & uerificatur dictum Commentat. in. 12. metaphy. commen. 36. ubi inquit forma Balnei ad extra, mouet ut finis. & ut est in intellectu agit desiderium. Sic exponitur, forma Balnei producibilis ad extra, uel attingibilis aliqua actione nostra, mouet ut finis. i. habet rõnem causæ finalis, cuius est mouere agens. Vt autem est ĩ itellectu agit desiderium. i. & quoniam non potest causare desiderium in agente nisi, appræhendatur, ideo ut habet esse in intellectu agit desideriũ. Ex esse ergo potentiali producibili uel attingibili ad extra, hꝫ ꝙ sit finis, ex appræhensione aũt habet ꝙ actu appetatur ꝓpterea dicitur appræhensio conditio necessario requisita.

Quantum ad ultimum, aduerte ꝙ contra hanc determinationem sunt tria argumenta apparentia.

Primo sic causa realis realiter refertur ad effectum suum, finis est causa realis, quia realiter causat. ergo inter finem ut est causa & effectum suum, est relatio realis. Sed relatio. realis, requirit extrema realia actu, ut dicemus infra, ergo finis ut est causa, debet esse actu ad extra. & non solum in potentia.

Respondetur ad hoc ꝙ inter causam finalem. & suum effectum sit relatio realis, non sufficit solum esse potentiale ad extra nec solum esse actu appræhensum, sed esse potentiale ad extra. ut stat sub actuali appræhensione & dico ꝙ ut est ꝓducibilis & actualiter appræhensus est sufficiens ad fundandum relationem realem. Ad argumentum ergo nego illam consequentiam, ergo finis ut est causa debet esse actu ad extra. Hoc inquam non est necesse, sed sufficit ꝙ habeat esse potentiale cum actuali appræhensione. Ex his enim duobus simul iunctis tantam habet actualitatem, quanta sufficit ad

relationem realem.

Secundo sic causa non causat nisi inquantum est ens eo ꝙ causare supponit esse. ergo si finis debet esse causa est necesse ꝙ sit. Sed anteq̃ producatur non est, ergo antequam producatur non potest esse causa.

Respondetur licet hic inueniātur plures responsiones melior uidetur esse ista, nō tanta entitas requiritur in causa materiali & finali, quanta in causa formali & effectiua. qm̃ in his requiritur esse actu eo ꝙ forma quæ non est, non potest dare, esse silr̃ unumquodq; agit inquantum est actu. In materiali autem sufficit esse potentiale eo ꝙ materia est causa inquātum recipit formam. Recipit autem inquantum est in potentia similiter finis est causa inquantum mouet agens ad sui ꝓductionem uel acquisitionem ad hoc autem sufficit ꝙ sit appræhensus possibilis ꝓduci. & cum ꝓductus fuerit sit bonum perfectiuum ipsius appetentis.

Tertio sic ex. 2. physi. tex. 31. finis ut est causa habet rationem optimi. Sed antequam producatur non habet rationē optimi cum tm̃ habeat esse potentiale. ergo antequam producatur non est causa.

Respondetur. Non dicit Arist. ꝙ habet rōnem optimi. sed ꝙ inter causas est optima causa eo ꝙ dat quodāmodo causalitatem aliis causis. unde dicitur esse causa causarum stat autē ꝙ habeat optimam causalitatem & tamen non habeat optimum esse, nisi post productionem aut acquisitionem. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Quæstio. 7. si idem effectus numero potest produci a pluribus causis perfectis eiusdem ordinis.

Contingit autem multas eiusdem causas. esse non ſm accidens. Tex. 2.

CIRCA hanc qōnem aduerte ꝙ potest sub duplici sensu pertractari. Primo sic, utrum idem effectus numero possit produci a pluribus causis perfectis & totalibus eiusdem generis & eiusdem ordinis puta ꝙ tres ignes quorum quilibet est sufficiens ad producendum ignem B pos

sint producere ipsum B. Secundo sic utrum effectus qui est ꝓ ductus ab A si esset productus ab alia cã an esset idem nume ro. Vtroq; sensu intendo eam pertractare.

Quantum ad primum sensum duo agenda sunt. Primo declarandus est titulus quæsiti. Secundo ponitur conclusio responsiua.

Quantum ad titulum aduerte ꝙ per ly perfectis & totalibus, intendo causas quarum una quæq; est sufficiens ad producẽdum effectum, ita ꝙ nõ indiget alia causa concausante, nam si indigeret alia, nõ totalis sed partialis esset. ut duo trahentes nauẽ ꝑ ly eiusdem generis intendo ꝙ oẽs sint efficientes. uel omnes formales &c. Nam si una sit efficiens alia formalis iam non sunt eiusdem generis per ly eiusdem ordinis, intendo ꝙ omnes sint immediate & non subordinate vt duo homines generantes. Nam si una sit vl'is ut sol, & alia particularis ut homo non est utraque immediata nec sunt eiusdem ordinis.

Quantum ad secundum ponitur hæc conclusio responsiua, licet eiusdem effectus numero possint esse multe causæ non totales non eiusdem generis non eiusdem ordinis non tamen multe totales eiusdem generis & eiusdem ordinis. Prima pars clara est & ad sensum concessa. nam eiusdem tractus nauis cõtingit esse multos trahentes eiusdem statue est es causa mãlis figura causa formalis artifex causa efficiẽs eiusdem hominis geniti causæ sunt Deus sol & homo. secũda autem pars sic probatur communiter ab omnibus & præcipue ab Anto. And. in. 5. metaph. q. 1. quem ad literam sequitur. Paulus Soncinas in. 5. metap. q. 6. Si eiusdem effectus &c. ergo effectus a nulla talium causarum dependeret essentialiter consequens est falsum. quoniam de ratione determinati effectus est ut essentialiter & per se a suis propriis causis depẽdeat, quoniam effectus alicuius causæ est effectus. Contra autem sic deducitur, sint A & B totales & eiusdem generis ac ordinis ipsius C. Tũc sic C nõ dependet ab A quoniam cum sufficienter habeat esse a B totali causa sua, potest esse sine A nec dependet a B. quoniam cum sufficienter habeat esse ab

A totali causa sua potest esse sine B ergo C non dependet ab A nec a B essentialiter. Et aduerte q̃ hæc ratio non ualeret si A & B essent diuersorum ordinum ut quæ sunt essentialiter subordinate, ut sol & homo. quoniam ut determinauimus i 2. lib. omnes simul requiruntur in productione effectus, aliter non seruaretur connexio causalitatis inter eas.

Quantum ad secundum sensum, præponitur quædam distinctio deinde conclusio responsiua.

Distinctio est hæc agens respectu alicuius effectus potest esse duplex. s. agens per se & agens per accidens agens per se est illud, quod ex sua uirtute causalitate influit in effectum vt ignis A per suam formam influit in igne B ab ipso producto deducens ipsum ad esse agens autem per accidens, est illud quod nihil influit in effectu, ut musicus inq̃tum musicus edificans nihil influit in edificato.

Conclusio responsiua sit hæc, licet effectus A qui est a B agente per accidens possit idem numero produci a C agente per accidens non tamen id uerificatur respectu duorum agentium per se. Prima pars est cōmuniter concessa & ad sensum patet. nam idem leo qui occisus est a Platone, potuit occidi a Socrate. ex consequenti eadem numero forma cadaueris causata a B potuit causari a C quia dispositio materialis quæ est in materia bouis & uirtute cuius generatur forma cadaueris est eadem numero a quocunq; bos interficeretur propter quod oportet forma cadaueris eius uirtute genita etiam sit eadem similiter Sortes componens ligna per accidens generat ignem A & si Plato esset componens eadem ligna generaret per accidens A secunda autem pars sic probatur a Capreolo in. 2. di. 20. q. 1. ad tertium Scoti factum contra tertiam conclusionem causa & effectus sibi proportionaliter correspondēt, ergo sicut calidum est a calido, sic hoc calidum est ab hoc calido præcise, & hic homo, ab hoc homine præcise, aliter inter causam efficientem & suum ꝓprium effectum non esset ordo per se, sed a casu, nec effectus determinatus haberet causam deteminatam sed indifferentem ex quo potest esse ab hoc agente & ab alio. Alias proba

tiones adducit Capreolus in eodem loco quas omnes formalizat Paulus Soncinas in.5.metaphy.q. . & tu uide eas ad placitum, ne tempus conteram. Et aduerte ꝙ hæc conclusio consonat pħo in.8.lib.metaph.tex.12. ubi tenet ꝙ diuersitas effectuum prouenit propter diuersitatem materiæ proximæ. & propter diuersitatem agentis proprii. Distī cta ergo agentia non possunt eundem numero effectum ꝓ ducere. Præterea distincta agentia habent distinctas actiones distinctæ actiones terminantur ad distinctos terminos qui sunt effectus ipsarum actionum. ergo distincta agentia necessario producunt distinctos effectus intelligendo de agē tibus nō partialibus nec subordinatis sicut hic intelligimus. Et aduerte ꝙ in epitomate ī.2.de generatione in fine tenui oppositum, nunc autem melius considerans determinaui ꝓ parte negatiua.

Sed contra hanc determinationem sunt aliqua argumenta apparentia & quidem contra ꝑmum sensum sic cōmuniter arguitur sit minima materia combustibilis summæ disposita, & applicentur tres ignes quorum quilibet sit sufficiens ad generandum ignem A ex dicta materia. Tunc arguo sic A ignis aut generabitur ex distincta materia aut nō si non ergo agente naturali debite approximato & materia debite disposita non sequitur actio quod est manifeste falsum ut probabitur in lib.9. Si sic cum non posit assignari ratio quare sit magis ab uno igne q̄ ab alio sequitur ꝙ a tribus generabitur quorum quilibet ponitur sufficiens.

Ad hoc argumentum & Paulus sonc. ubi supra a Capreolus ubi supra quasi eodem, modo multipliciter respondent & omnes concedunt ꝙ illa materia igniretur ego autem dico ꝙ non & causa huius non esset ꝙ dicti ignes non essent debite approximati nec ꝙ materia esset īdisposita sed quia implicaretur contradictio.s.quia daretur effectus, quia nulla cārum suarum dependeret supposito, ut supponitur qđ quælibet earum esset totalis & sufficiens.

Contra secundum sensum, arguitur sic, idem effectus numero est corruptibilis ab hoc agente & ab alio, ut patet ꝙ

idem ignis poteſt extingui ab hac aqua & ab alia,ergo poteſt generari ab hoc agente & ab alio,tenet conſequentia, quia non uidetur maior ratio hic quam ibi.

Ad hoc negatur conſequentia ad probationem dico ꝙ eſt maior ratio hic quam ibi.Nam ꝙ res deſinat eſſe, cõtingit pluribus modis ꝙ autem producatur,contingit tãtum uno modo,undevidemus ſolum edificatorem edificare domum,quam contingit pluribus modis deſtrui.Prӕterea, ſi omnes cauſӕ corruptiue eſſent generatiue,ſequitur equum poſſe generari ab igne & ab aqua,& a ligno,qm̃ ab his omnibus poteſt corrumpi.

Item arguitur ſic,ſi idem effectus numero puta Sortes genitus a Platone,non potuiſſet produci ab alio homine , ergo inter indiuidua eiuſdem ſpeciei,eſſet ordo per ſe & eſſẽtialis.cuius oppoſitum probatum eſt in.2. li.quoniam in ꝑ ſe & eſſentialiter ordinatis non eſt proceſſus in infinitum , indiuiduis autem eiuſdem ſpeciei , eſt proceſſus in infinitum,quare &c.

Ad hoc reſpondetur,concedo ꝙ inter indiuidua euſdẽ ſpeciei,eſt ordo per ſe cauſalitatis in hoc ſenſu, ꝙ A ita eſt a B,ꝙ non poteſt eſſe niſi a B,& B ita ẽ a C ꝙ non poteſt eſſe niſi a C &c.non tamen concedo ꝙ inter ea ſit eſſentialis ordo,quoniam ut diximus in.2.lib.cauſӕ eſſentialiter ſubordinate,ſunt diuerſarum nãrum & una eſt formalr̃ perfectior altera,negatur ergo hӕc conſequentia A ẽ ꝑ ſe a B ergo A eſſentialiter ſubordinatur B.

Plura alia argumenta , ſolent adduci,quӕ uidebis in qõnibus Marſilii ſuper libr. primum de generetione in qõ .8. Hӕc de preſenti quӕſito dicta ſint.

Quӕſtio.8.ſi cauſӕ ſunt ſibiinuicem cauſӕ.

Et adinuicem cauſӕ ſunt.Textu.2.

CIRCA hanc qõnem aduerte ꝙ difficultas ſtat in quibuſdam inconuenientibus quӕ uidentur ſequi ex hoc textu,& ſunt tria.Primo ſi cauſӕ ſunt ſibiin

uicem causæ, ergo idē respectu eiusdem ē causa & effectus, puta finis appræhensus possibilis produci mouet agentem & ut sic respectu agentis est causa inquantum autem produ citur in esse est effectus agentis, ergo finis est causa agentis & est effectus eiusdem. Hoc autem uidetur inconueniens, quoniam cum causa sit prior effectu, sequitur ꝙ idem respe ctu eiusdem sit prius & posterius, puta finis cōparatus agen ti, ut est causa agentis est prior agente, ut autem est effectus agentis, est posterior agente, & augetur difficultas ex eo, ꝙ causa est nāliter prior effectu & effectus nāliter posterior, ex quo sequitur ꝙ si idem respectu eiusdem est causa & ef fectus, ergo idem erit prius & posterius nā seipso, quod ui detur penitus impossibile.

Secundo sequitur ꝙ cum effectus possit demonstrari per causam, si causæ sunt sibiinuicem causæ, ꝙ efficiens potest demonstrari per finem, inquantum finis est causa efficientis. & finis per efficientem, inquantum efficiens est causa finis. Hoc autem est inconueniens, qm̄ tunc demonstratio esset circularis, quæ non admittitur ex .1. poster.

Tertio sequitur ꝙ idem sit causa sui ipsius nam finis est causa agētis. & finis causatur in esse ab agēte, ergo finis causat seipsum. Tenet ꝯñtia ex illa maxima, Quicquid est causa causæ, est causa causati a causa. Repugnat autem ex natura rei, idem esse causam sui ipsius, ergo &c.

Respondetur. Ad primum concedo, ꝙ idem est causa & effectus, sed non in eodem genere causæ, unde finis est causa agentis ut finalis, & finis est effectus agentis, ut effectus causæ productiue & concedo ꝙ idem est prius & posterius respectu eiusdem, sed non eodem modo nec eadem ratione. Nam finis est prior agente s̄m intentionem & desiderium. Prius enim agens intendit & desiderat finem, quā agat, est autem posterior quo ad esse actu, producitur. n. uel attingitur actione agētis, nec augetur difficultas ex eo qđ idem erit prius & posterius netura seipso. Nam prius natu ra dicitur multipliciter & pro nunc duo modi sufficiant. Pri mo aliquid est prius natura, quia est illud qđ naturā in sua

actione supponit. Sic materia est prior natura quam forma, & forma est posterior. & finis est prior natura q̄ agens qm̄ agens supponit finem, aliter non induceretur ad agendum. Secundo aliquid dicitur prius natura quia est illud, qđ natura prius intendit, ut perfectius. Sic forma est prior natura ordinat. n. materiam ad formam & non econuerso. & agens est p̄us natura, q̄ finis ut mouet, agens. n. ut agens est actu, finis autem ut mouet est in potentia producibilis uel acquisibilis, perfectius est autem esse actu, quam esse in potentia Dico ergo non esse inconueniens idem esse prius & posterius seipso natura dummodo sumatur prius & posterius natura distinctis modis, unde finis ut supponitur agenti. est prior natura primo modo assignato, ut autem est producibilis ab agente, est posterior natura secundo modo assignato.

Ad secundum concedo consequentiam. & nego ꝙ sit inconueniens, ad probationem nego ꝙ esset demõstratio circularis talis qualem reprobat phs in. 1. poster. Nam illic reprobat demonstrationem circularem in eodem genere causæ, puta si demonstrarem A per B, & B per A in genere causæ effectiue, si autem demonstratur A per B ut per causam finalem. & B per A ut per causam effectiuam, non est inutilis demonstratio nec talem reprobat phs.

Ad tertium, negatur consequentia. Ad probationem dico ꝙ illa maxima non uerificatur nisi in eodē genere causæ, puta quia ignis est causa effectiua caloris in aqua, & calor in aqua est causa effectiua caloris manus ueræ dr̄ ꝙ ignis est causa caloris manus. In ꝓposito autem licet finis sit causa agentis. & agens causa finis non tamen in eodē gñe causæ ut patet p prædicta, ideo non sequitur ꝙ idem sit causa sui ipsius. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Quæstio. 9. si causa in actu, & effectus in actu simul sunt & non sunt.

Differunt autem intantum ꝙ agentia quidem singularia simul sunt & non sunt, cum his quorum sunt causæ. Textu. 3.

CIRCA HANC quæstionem aduerte q licet multi multa dicant, tamen habito sensu pħi, non est magna difficultas, tria igitur agenda sunt. Primo declarabitur sensus pħi ex quo apparebit quomodo hæc conclusio est uera, causa in actu & effectus in actu simul sunt & non sunt. Secundo declarabitur, quomodo ex dicta cõclusione, uerificantur istæ duæ maximæ, posita causa ponitur effectus. Remota causa, remouetur effectus. Tertio soluent quædam argumenta.

Quantum ad primum aduerte q sensus pħi est istæ, causa i actu eo modo quo est causans, & effectus in actu eo mõ quo causatur a causa, simul sunt & non sunt, nam quædam est causa effectus in fieri & inesse & in conseruari & respectu talis causæ, clara est propositio pħi, nam bene sequitur. Sol actu illuminat aerem. ergo aer actu illuminatur & econuerso, similiter ualet, si arguatur negatiuæ Quædam autem est causa solum in fieri, sicut edificator respectu domus & omnia agentia naturalia inferiora. & respectu talis causæ uera est propositio pħi, solum in fieri, uel in causari. Nam bene ualet. Hic edificator edificat hãc domum, ergo hæc domus edificatur, similiter ualet negatiuæ. Nõ autem ualet quo ad esse, non. n. sequitur. Sortes genitor Platonis est, ergo Plato est nec econuerso. Stat. n. genitorem esse & genitum nõ amplius esse. & econuerso. Id autem non contingit in causa effectiua & conseruatiua, quoniam ipsa remota desinit effectus omnino. Hoc modo se habent inferiora respectu motus cœli, quoniam illo cessante destrueretur omnis gñō & esse rerum compositarum corruptibilium ut manifestabimus in libro. 12.

Quantum ad secundum aduerte q ex dicta declaratione patet ueritas huius maxime. Posita causa ponitur effectus. Hæc est uera in hoc sensu posita cã, eo modo quo est causa ponitur effectus. Nam si est cã in potentia. i. potens cãre, ponitur effectus in potentia. i. potest cãri. Si est cã in actu, uel quo ad fieri, uel quo ad esse, uel quo ad conseruari, ponitur cõsilr effectus in actu, silr uerificatur ista. Remota cã remo-

uetur effectus. Nã eo modo, quo est cã siue in potentia siue in actu quo ad fieri uel quo ad esse si remouetur, remouet & effectus. Et aduerte q multæ eueniũt circa hoc deceptiones ex eo q non sumuntur cã & effectus quo ad cãlitatem, sed quo ad entitatem sicut aliqui arguunt. Sol est actu, ergo aer noster illuminatur. Constat q hæc consequentia nõ ualet. quoniam licet sol quo ad substantiam suam actu existat tamen non semper actu causat lumen in nostro aere ut qñ ẽ in opposito emisphærio, negatur ergo hæc consequẽtia sol est actu ergo est actu causa.

Quantum ad tertium aduerte tria argumenta apparentia. Primum est stat cãm esse in actu & tamẽ effectum nunq̃ esse actu, puta ignis actu calefacit lignum ut gñet ignem dũ calefacit superfunditur aqua extinguẽs ignem quo casu posito, patet causam esse in actu & tamen effectus nõ est actu.

Respondetur, licet non sit effectus in facto esse est tamen in fieri. nam illa calefactio ut ordinatur ad ignem generandum potest dici facto siue gñio ignis sumendo gñonem pro alteratione præcedenti. unde dico q hæc consequẽtia est bona, cã est in actu, ergo effectus uel quo ad fieri, uel quo ad factum esse est actu, sufficit autem huius disiuncti alteram partem esse ueram.

Secundo omnis cã est prior suo cãto ut dictum est in. 1. q. huius libri ergo repugnat cãm esse simul & non esse cum suo causato. Simultas enim & prioritas opponuntur.

Respondet, cã dupl'r sumitur, uel quo ad entitatem suã, uel quo ad relationem, ut refertur ad effectum. Quo ad entitatem est prior, quo ad relationem est simul. In. 5. qdem metaphy. in. q. 1. locuti sumus quo ad entitatem, hic aũt loquimur quo ad causam ut stat sub relatione ad effectum.

Tertio si posita cã in actu ponitur effectus i actu uel quo ad fieri, uel quo ad factum esse, ergo oẽ qđ fit fieret ex necessitate, q est falsum, quoniam nulla esset productio contingens, ex consequenti omne productum esset necessariũ, cuius oppositum probabitur in lib. 6. Probatur consequentia, si hæc est uera posita cã in actu, ponitur effectus in actu,

ergo est necessaria illatio, quoniam omnis illatio uera est necessaria, ergo illatum ē necessarium illatum aūt est effectus uel quo ad fieri uel quo ad factum esse, ergo &c.

Respondetur, hoc argumentum, si quid concludit ꝓbat ꝙ posita cā in actu, de necessitate ponitur necessitate ꝯñæ effectus in fieri uel in facto esse, ex hoc tamen non sequitur omne fieri uel factum esse necessarium absolute, quoniam necessitas ꝯñtiæ, non infert necessitatem consequentis utrū aūt a cā agente necessario possit prouenire effectus contingens, determinabitur in lib. 6. ubi quæremus, si prima caula ageret de necessitate nãæ, an oīa euenirēt de necessitate. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Qō. 10. Si mã prima est proprie elementum.

Elñtum dicitur illud: ex quo componitur res primo. & est in ea existenter, indiuisibili specie in aliam speciem. Textu. 4.

CIRCA hanc. q. tria agenda sunt. Primo. Quid sentiat Cōmen. Secundo. Quid sentiat. b. Tho. Tertio si. b. Tho. realiter dissentit a Commentatore.

Quantum ad primum aduerte ꝙ Cōment. tenet partem affirmatiuam. Nam in fine cōmen. 4. sic dicit. Manifestum est ꝙ uerum elñtum est cōe oībus compositis qđ est primum ex quo componuntur oīa, & est existens in unoquoq; eoꝝ & in quod dissoluuntur oīa. & istud elñtum debet esse causa aliorum elñtorum. & hoc qđ dixit est mã prima. Hæc. Cōmenta. & aduerte fundamentum Cōmenta. fuit ꝙ arbitratus est de rōne ueri & proprii elñti esse tantum tria primo ꝙ sit illud ex quo res. Primo componitur. Secundo ꝙ remaneat in composito. Tertio ꝙ non diuidatur in priorē spēm & quoniam hæc tria propriissimæ seruantur in mã pma, iō credidit ipsam esse ueræ & propriæ elñtum, quatuor aūt corpora simplicia esse elñta ſm famositatem, & præcipue quoniam antiqui credebant ipsa esse prima cōponentia simpliciter non. n. peruenerunt ad cognitionem materiæ primæ ut patet ex. 1. lib. huis scientiæ.

Quantum ad secũdum aduerte q̃.b.Tho. in expõne huius tex.tenet partem negatiuam & fundamẽtum suũ fuit, quoniam ultra tres condõnes assignatas in opinione Comment.arbitratur elñtum includere quartam.s.q̃ habeat aliquam spẽm,ita q̃ sit corpus.sed non sit resolubile in priora corpora quæ sint distinctarum spẽrum,siue nãrum & quia mã prima præcisæ sumpta,nõ habet aliquam spẽm,nec est corpus,iõ licet non sit resolubilis in priora, tamen non est ueræ elẽtum.& sensus quidem b.Tho.uidetur magis cõformis literæ.Dicit.n.phs, indiuisibili spẽ in aliam spẽm,ly aliam uidetur præsupponere q̃ habeat propriam spẽm. & iõ tenendum est diffõnem elñti datam ab Arist. non ꝓprie conuenire mãæ primæ,sed.4.corporibus simplicibus.

Quantum ad tertium aduerte q̃ Paulus Soncinas in.5. metaphy.in expõne huius tex.arbitratur.b. Tho, non dissentire a Cõmenta.& adducit dictũ.b. Tho.in 1. de cœlo. lect.18.ubi dicit q̃ mã prima est elñtum & quoniã hic exponens præsentẽ tex.dicit oppositum.(Sic.n.inquit. Quartum est ut dicat aliquam spẽm quæ non diuidatur in spẽs diuersas in quo differt elñtum a mã prima quæ nullã habet spẽm)iõ Paulus conatur exponere hoc dictũ & dicit q̃.b. Tho.accipit elñtum ẜm cõem usum loquendi, ẜm quẽ cõsueuimus appellare elñti,quatuor corpora simplicia. Quæ dicuntur simplicia, non q̃ sint oĩno simplicia componunt enim ex materia & forma sed quia non componuntur ex prioribus corporibus.

Sed q̃ pro utroq; dicto nõ habeat mẽtẽ.b.Tho. declaro & ꝑmo ad auctoritatẽ.b.Tho.in.1.de cœlo,dicoq̃.b.Tho. illic accipit elñtũ silitudinariæ,Nã in tex.91.phs dicit tribus n.entibus elñtis corpalibus,quæ sunt cœlũ terra & interme dia &c,Cõstat aũt q̃ cœlũ non est proprie elñtũ, cũ non ueniat in uerã compõnẽ alicuius,nisi ꝑsius uniuersi.Qđ quidẽ non est totum ex compõne.sed ex ordine.Sicut ergo Aris. improprie dixit cœlum esse elñtum sic.b.Tho. dicit mãm primam esse elñtum.Præterea dicit illic.b.Tho. quòd phs accipit elñtum pro quocunq; corpore simplici & dicitur elementum

mentum corporale ad differentiã mãæ primæ, quæ est ele mentum. sed non corporale prout consideratur absq; omni forma hæc illæ. Accipit ergo omne simplex ex quo res componitur posse dici elementum. Sed hoc est accipere ele mentum large ut ẽ illic dicit. b. Tho. cũ ergo hic in. 5. metaphy. scrutetur elñtum ſm propriissimam rõnem, & in. 1. cœli in tex. 91. loquatur de elñto large dicto nõ debemus facere fundamentum super dictum in. 1. cœli. sed super dictum hic in. 5. metaphy. constat autem quòd hic negat ma teriam esse elementum. Quare &c.

Qđ ẽ expõ, quam dat dicto. b. Tho. in. 5. metaph. nõ ualeat, sic declaratur pħs & b. Tho. diffiniunt elñtum in suo propriissimo signato, ergo falsum est ꝙ sumat elñtum ſm cõem usum loquendi, & confirmatur. qm̃ pħs illic exemplificat de ꝓpriissimis elñtis in diuersis gñibus ut in uocibus & sillabis. & in descriptionibus geometricis & in demonstrationibus. Tenendum est ergo ꝙ. b. Tho. dissentiat a Cõmẽ. quia. s. non concedit mãm primam dici elñtũ, nisi ut quoddam simplex & primum componens. Sed uerum elñtum ultra hoc requirit ꝙ hẽat ꝓpriam spẽm. qđ non uerificatur de materia prima ſm se considerata.

Et aduerte ꝙ Iandu. in. 5. metaph. q. 5. ꝓ defensione Cõ menta. sic arguit. Qñ aliqđ p̃dicatum uniuocum conuenit cãæ & cãto prius conuenit cãæ q̃ cãto. Sed esse elñtum. & substare conuenit mixtis. & simplicibus. & mãæ primæ & oĩbus aliis conuenit ꝑ mãm p̃mam, qm̃ est primum subm ergo mã prima prius & magis proprie est elementum quã corpora simplicia.

Rñdetur non est idem esse elñtum & substare, nam substare conuenit alicui inquantum est in potẽtia passiua, & qa mã prima, est ꝓprie potentia passiua, iõ prius conuenit ei, & si conuenit aliis conuenit inquantum participant potentiam passiuam. Sed esse elñtum, conuenit rei simplici hñti aliquam determinatam spẽm, nõ diuisibili in diuersas spẽs, & qm̃ materia p̃ma nullam habet determinatam spẽm ex se, prima aũt. corpora componibilia adinuicem hñt deter-

minatam spēm. & sunt indiuisibilia in diuersas spēs, iō illa sunt ꝓpric ēnta, mā aūt prima ĩpropric, ad argm̄ ergo cōcedo ꝙ substare primo conuenit mãæ primæ. & si inferaẽ, ergo & esse ēntum. nego ꝯñtiam, quam nō ꝓbat deceptus est aūt Iandu. qm̄ arbitratur cui primo cōuenit substare eidem primo conueniat esse ēntum, qđ est falsum ut declarauimus. Hæc de prærsenti quæsito dicta sint.

Qō. 11. si pħs sufficiẽter enumerauit oēs modos nãæ.

Nã quidem dr̃ uno mō nascentium gñō. Tex. 5.

CIRCA cōsiderationem de nã satis ĩmorati sumus in. 2. phy. supest nunc declarare ꝙ pluribus modis dicitur q̃ hic dr̃ a pħo, nec tñ ꝓpter hoc fuit diminutꝰ. qm̄ non assumpsit ꝓuinciam declarandi oĩmodam multiplicitatem terminorum cōium qui cadunt sub consideratione metaphysici. sed solum ut expedit metaphysico cuius signũ est ꝙ agens de modis entis non enumerauit oēs non. n. distinxit p respectiuum & absolutum p finitum & infinitum, & agens de suba non posuit expsse modum ut dr̃ de mã, ꝓ. vñ igitur doctrina numerabimus oēs modos quibus solet dici natura & in summa sunt decem.

Primo nã dr̃ gñō uiuentium, quasi nascitura uel a natiuitate dicta & hic modus satis patet in textu.

Secundo nã dr̃ illud qđ est intrinsecum principium motus primo & p se in re nãli, siue hoc sit materia siue forma & sic considerata est & diffinita in 2. physi.

Tertio nã sumitur pro quacūꝗ essentia uel quidditateve cū dicimus alia est nã subæ alia q̃titatis alia qualitatis &c.

Quarto nã sumitur ꝓ quacunꝗ dr̃ia specifica essentialr̃ distinguente ut cum dicimus, natura hominis est esse rationalem equi uero esse hinnibilem.

Quintum nã sumitur ꝓ quacunꝗ ꝓprietate ꝯñte rẽ inseparabilr̃, sicut dicimus hō nã. i. nãli inclinatione scire desiderat, natura lapidis est descendere ignis autem ascendere.

Sexto natura sumitur ꝓ causis motiuis vl̃ibus ipsius uniuersi, tam intellectualibus q̃ corpalibus sicut cū dicimus to

ta nã comparatur Deo, ut instrm principali agenti. Itē cum dicimus conseruatio spēi est p se intēta a nã. Itē cū dicimus, corruptio & mors sunt intentæ a nã vli nō aūt pticulari.

Septimo natura sumitur p essentiali rerum ordine concurrentium p se & principalr ad pfectionem uniuersi. ita q talis ordo est firmatus & imutabilis. ut cum dicimus solem stare est contra nãm. Mortuum resurgere est cōtra naturã Dari uacuum est contra naturam.

Octauo nã sumitur p Deo non in se considerato. sed, put est dirigens, oēs cās secundas in actionibus suis nãlibus & iquantum est oīum motuum primum principium iuxta ordinem rebus institutum firmum & stabilem. ut cū dicimus nã instituit solem declinare ab equinoctiali pp alternam generationem & corruptionem in inferioribus. unde aduerte quòd in actionibus miraculosis, Deus non debet dici natura. sed naturæ dominator.

Nono nã sumitur a medicis p complexione ut cum df. Reubarbarum est calidæ nãæ. Aliqñ p uirtute formatiua quæ deseruit gñatiuæ ut diximus in. 2. de aīa ut cum dicimus, natura in gñone aīalis incipit a formatione cordis, aliquando sumitur pro collo matricis.

Decimo nã sumitur apud pħm moralem p consuetudine ut cum dicimus, natura ueri regis ē seruare subditos, tyranni aūt natura est opprimere. Et aduerte q hic modus cōcordat cum quinto. Hæc de præsenti quæsito dicta sint, nec occurrunt apparentia argumenta, quæ indigeant solone.

Qō. 12. si necessaria habent causam efficientem.

Horum quidem altera causa essendi necessaria, horum autem nulla. Text. 6.

CIRCA hanc. q. p declaratione tituli ppono duas distiōnes. Prima est. Necessariū ē duplex. s. incōplexū & ɔplexū icōplexū ut Deus & entia incorruptibilia & de his utrū hēant cām effectiuā dicem⁹ i li. 12. qñ quæremus si oīa pter pmū hñt eē effectiuæ a pmo. Aliud est cōplexum & pcipue in. 1. mō p se ut hoiem esse aīal. & de tali necessario quæritur hic & est sensus. utrū sit aliqua cā effecti-

ua quæ facit hoiem esse aial. Secunda distõ est de cã nã cõplexi necessarii saltem in.2.mõ p se põt assignari cã formalis puta q hõ sit risibilis cã formalis est quia est rõnalis. Sed dubium est de cã effectiua, licet.n. clarũ sit q risibilitas causatur in hoie a pducente hoiem. tñ adhuc dubitatur, utrũ hoc totum enunciabile necessarium hoiem esse risibilem habeat cãm efficiẽtem. Pro resolõne igif huius dubii tria agẽda sunt. Primo quia intendo sequi Herueum in qdlibet. 1. q. 10. cuius sensum in hoc dubio reputo esse Thomisticum ppono aliquas distões. Secundo rñdebitur per conclones. Tertio soluentur rões Pauli Soncinatis qui in. 5. metaph. q. 10. tenet contra Herueum.

Quantum ad primum præpono quatuor distões.

Prima est. Complexa necessaria affirmatiua sunt triplicia. Quædam componuntur ex terminis quibus nullũ correspondet esse ut chimera est chimera. Quædam ex terminis diuinis intrinsecis ut Deus est infinitus oipotens summũ bonum. Quædam ex terminis signãtibus ens pductum ut homo est animal.

Secunda est, complexa necessaria. 3. mõ dicta duplr cõsiderantur. s. quo ad hitudinem terminorum & quo ad eẽ reale actu, puta hoc complexum hõ est aial põt cõsiderari put pdicatum ex natura sua est aptum conuenire subo siue hõ & aial existant siue non eo q aial est de rõne hois põt etiã considerari put hõ & aial sunt actu & non põt esse hõ actu quin sit aial actu & hæc connexio signatur p copulam unde hoc complexum. Actu homo est actu animal est complexum reale actu ex parte significati.

Tertia est necessitas complexorum pt esse duplex. s. absoluta & connexionis siue comparationis. Illud est necessarium absolute q fm se impole est alr se hẽre ut Deus est infinitus. illud aũt est necessarium connexione qd non põt esse sine aliquo alio ad qd comparatur in se tñ põt nõ esse. Sicut non põt esse cursus sine motu nec hõ sine aiali nec fbm sine ppria passione & hæc non dñr necessaria absolutæ eo q hõ & cursus & similia in se considerata possunt non esse.

Quarta est s̃bm complexi necessarii puta huius hõ ē aīal pt considerari in sensu diuiso ut considerando hoīem ut hominem pcise & in sensu composito ut considerando hoīem ut actu existentem: ita q̧ sicut album põt accipi p subo albedinis & album ut stat sub albedine, sic potest considerari homo ut homo & homo ut existens.

Quãtum ad scd̃m ex his distõnibus ponunt.4. cõclões.

Prima conclo. Complexum necessarium constãs ex terminis quibus nullum esse corrñdet neq̧ actuale neq̧ potentiale non habet cãm efficientem pbatur, oīs cã effectiua est respectu alicuius pducti uel pducibilis. sed complexum cõstans &c. non est pductũ nec pducibile ut patet. ergo &c.

Secunda conclo. Complexa necessaria composita ex terminis sigñantibus ens diuinum nullam hñt cãm effectiuam pbatur. qd̃ Deus sit nulla est cã eo q̧ est penitus indepẽdẽs cũ sit ens a se ergo q̧ Deus sit Deus & bonus & sapiẽs &c. nulla est causa effectiua. quoniam sua perfectio est sua substãtia quæ non pendet ab alio.

Tertia conclo. Complexa necessaria sigñantia ens pductum ut hõ est aīal si considerentur in hītudine terminoꝝ nullam hñt cãm effectiuam, pbatur talis hītudo est rlo rõnis ut declarabitur in lib. 6. cum disputabitur de ente uero. sed rlo rõnis cum sit ens rõnis nullam habet cãm effectiuã declarabitur. n. in libr. 6. q̧ ens rõnis ut distinguitur contra ens reale a nullo est effectiuæ & ĩ nullo est subiuæ. ergo &c.

Quarta conclo. Complexa necessaria sigñantia ens pductum si considerentur quo ad esse reale actuale hñt cãm effectiuam pbatur, esse reale actuale huius complexi hõ ē aīal, hoīe existente & aīali existente. est ens reale actu ut patet. ergo uel est ens increatum uel creatum non increatum qm̃ esset Deus ergo creatum sed oẽ creatum habet causam effectiuam ut patet. ergo &c.

Huic rõni conatur rñdere Paulus Sõcinas & dicit. qñ dr hõ est aīal ly est non signat aliqd̃ ens reale sed ens rõnis p opus intellectus componentis qd̃ quidem competit homini & animali etiam si non essent in rerum natura.

Sed constat ꝙ non rñdet ad ꝓpositum qm̃ sumere hoc complexum hõ est aĩal in hitudine terminorũ est iuxta sensum tertiæ conclõnis. Hic aũt loquimur iuxta sensum quartæ conclõnis quæ riquirit actuale esse reale qđ necesse est eẽ creatum uel increatum laborat ergo Paulus in equiuoco. quoniam non attingit sensum Heruei pro. 4. conclusione.

Sed dices, quæ est cã effectiua huius complexi homo est animal quo ad esse reale actuale.

Rñ. eadem cã quæ dat hoĩ & aĩali existẽtiam dat hoĩ existere aĩal & ꝓbatur sic. Qđ conuenit alicui ẜm id qđ est eodem mõ habet cãm sicut illud cui cõuenit. Sed ista cõplexa considerata ẜm esse actuale reale cõueniunt rebus ẜm illud qđ sunt. Conuenit. n. hoĩ existere aĩal ẜm ꝙ hõ existit quia nõ põt alr̃ existere. Repugnat. n. ꝙ hõ existat, & nõ existat aĩal, ergo hoc totum hõ est aĩal eodẽ mõ habet cãm, sicut hõ existens & aĩal existens. Cõstat aũt ꝙ hõ existens & aĩal existens hñt cãm effectiuã quia non existunt a se ergo &c.

Et aduerte ꝙ huic rõni. quæ est Heruei nescit Paulus alr̃ rñdere nisi negando maiorem. Dicit. n. Ad tertium negatur maior si id qđ alteri cõuenit sit ens rõnis. Sed iterum deuiat a sensu Heruei. Non. n. considerat Herueus in hac. 4. conclusione necessaria complexa nec sua componentia quo ad habitudinem terminorũ. Sed quo ad esse reale actuale. & sic patet ꝙ maior non infringitur ad sensum Heruei. Patet. n. ꝙ complexa necessaria significantia ens productum, considerata quo ad esse reale actuale, non sunt ens rationis.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ Paulus contra Herueũ format sex rõnes ex quibus nonnullæ formalr̃ soluuntur ab Herueo. Oẽs aũt uirtualr̃ ex distõnibus datis.

Prima oẽ hñs cãm agentem habet cãm finalem qm̃ oẽ agens ꝑ se intendit finem ꝑꝑ quem agit. Sed hoc complexũ hõ est hõ non habet cãm finalem. Dicit. n. pħs in. 7. metaphy. tex. 59. Quærere ꝑꝑ quid hõ est hõ nihil est quærere. ergo hoc complexum non habet cãm agentem.

Rñdetur pħs in. 7. metaph. considerat hoc complexum in hitudine terminorum & ut sic ꝑ conclõnem tertiam po

sitam supra non habet cãm efficientem nec finalem. Dici ẽt põt ꝙ Arist. in illo tex. non sumit ly ꝑꝑ quid ꝓ cã finali. sed ꝓ. q. ꝑꝑ quid in rõne demonstrandi ꝑdicatum de subo. nã i 2. poste. enumerans qões quibus utimur in demonstratione dicit. Quærimus quatuor quia est ꝑꝑ quid est si est quid ẽ unde ly propter quid potest dicere causam formalem ut ꝑꝑ quid homo est risibilis quia est rationalis.

Secunda identitas quæ est inter hoiem & aĩal non habet cãm efficientem, ergo hoc complexum hõ est aĩal nullã habet cãm efficientem. Cõtra patet ꝓbatur añs. Talis idẽtitas est rl̃o rõnis eo ꝙ est eiusdem ad seipm̃ rl̃o rõnis est ens rõnis ens rõnis non habet cãm efficientem eo ꝙ cãlitas efficiẽtis est cãlitas realis. ergo debet terminari ad aliquod reale alr̃ terminus esset minoris entitatis q̃ ipsa productio.

Rñdetur. Herueus uirtualr̃ soluit hanc rõnem. nã loquẽs de complexo necessario sigñante aliqđ poľe esse ut rosam poľe est esse rosam dicit ꝙ poľitas non habet cãm efficientẽ sed fundamentũ poľitatis qđ est res poľis ꝓduci habet cãm non quidem actu agentem sed potentem agere. Sic dico in ꝓposito. Illa identitas ut rl̃o non habet cãm efficiẽtem fundamentum tñ idẽtitatis qđ est hoiem existentem esse aĩal existens habet cãm efficientem eam. s. quæ est cã extremorum. Nam quodcunq; agens facit ꝙ hõ existat & ꝙ aĩal existat facit ẽt ꝙ homo existat animal.

Tertia si ꝑ impoľe Deus nõ esset nec aliqua creatura eẽt adhuc esset uerum ꝙ hõ est aĩal, eo ꝙ ꝓpõ ꝑ se s̃m Linconiensem est ꝑpetuæ ueritatis ergo talia complexa non habent causam efficientem.

Rñdetur. Añs est falsum sumendo ipm̃ complexum quo ad esse reale actu in quo sensu loquitur Herueus ad dictum Linconiensis, concedo ꝙ est ꝑpetuæ ueritatis solum ex habitudine terminorum & concedo ꝙ ut sit non habet cãm efficientem. Sed non est ad propositum.

Quarta. Deum esse Deum non habet causam efficiẽtem. ergo hominem esse animal non habet causam efficientem. Antecedens patet & consequentia probatur sunt æque ne-

cessaria eo q sua opposita sunt quæ imposſibilia. Implicant enim contradictionem.s. Deum non esse Deum & hominē non esse animal.

Ad istam respondet Herueus & dicit q non sunt æque necessaria nec sua opposita sunt æque imposſibilia. nā ista. Deus non est Deus est imposſibilis in sensu diuiso & in sensu composito. Diuiso quidem. quoniam Deus ut Deus non potest non esse composito autem. quoniam Deus ut existēs non potest non existere. Hæc autem homo non est animal non est imposſibilis in sensu diuiso homo.n. ut homo potest non existere & per consequens non existere aīal est autem imposſibilis in sensu composito. Impoſſe est.n. q homo ut existens non existat animal.

Sed aduerte q Paulus conatur hanc responsionem infringere dicens. Hoc complexum. Homo est animal nō potest exponi per sensum compositum & diuisum. Primo qa ibi non est aliquis terminus exponibilis per sensum diuisum & compositum. Secundo quia secundum. b. Tho. sensus diuisus & compositus nō possunt inueniri nisi in his que sunt abinuicem separabilia secundum rem uel secundū intellectum. Sed animal cum sit de ratione hominis non est separabile ab homine re nec intellectu. ergo responsio Heruei nulla est.

Sed hæc non infringunt propositum. nam ad primum dico q lý homo est exponibilis per sensum diuisum & cōpositum eo q potest considerari ut homo præcise & ut homo existens idem dico de ly animal. Nam & ista lapis est imaterialis est similiter exponibilis, quoniam potest considerari ut lapis & ut lapis intellectus. unde dicitur esse falsa in sensu diuiso & uera in sensu composito. Ad secundum dico q licet homo & animal præcise considerata sint inseparabilia tamen animal existens potest separari ab homine præcise sumpto licet enim homo ut homo sit animal non tamē homo ut homo existit animal. quoniam homo ut homo potest non existere. Hæc tamen est imposſibilis. homo existens non existit animal.

Quinta. Quod est commune possibilibus. & impossibilibus non habet causam efficientem. quoniam impossibilia non possunt fieri. Sed complexa necessaria sunt cōmunia possibilibus & impossibilibus, quoniam ita est necessaria ista. Chimera est chimera. Sicut ista homo est hō. ergo &c.

Ad hoc respondet Herueus & concedit non omne complexum necessarium habere causam efficientem ut patet i conclusione prima & secunda supra positis non tamen ex hoc sequitur ꝙ nullum cōplexum necessarium habeat causam efficientem. unde mirum de hoc homine qui non aduertit se impugnare Herueum rōnibus solutis ab Herueo.

Sexta. Hoc complexum. Antequam rosa generetur possibile est rosam esse rosam est necessarium & tamen non habet cām agentē quia non dicit aliquod reale. Qđ probatur quoniām si dicit aliquod reale productum uel est ipsa rosa & esse rosæ. uel ista oratio rosa est rosa. non primum quia p casum rosa non est. non scđm. quia enunciabile distinguitur ab enunciatione.

Ad hoc respondet Herueus & dicit ꝙ sicut rosa antequā generetur est ens possibile produci ita habet causam agentem in potētia similiter hoc complexum possibile ē rosam esse rosam consideratum ſm suum esse reale potentiale habet causam agentem in potentia & quando dicit Paulus ꝙ hoc complexum nō dicit aliquod reale si intēdit reale actu concedo quia sumitur rosa antequam generetur si reale potentiale, nego & sua probatio. non ualet non. n. dicimus qđ sit quid reale productum sed producibile. Et sic patet ꝙ opinio Heruei nullum continet inconueniēs nec declinat a via Thomistica in eo sensu in quo illam pertractauimus. Hæc de præsensenti quæsito dicta sint.

Quæstio. 13. si diuisio seruāda unius est logica.

Amplius autem alia ſm numerum sunt unum. tex. 12. ubi inquit. b. Tho. ponit aliam diuisionem quæ est magis logica. & supra exponens. b. Tho. tex. 8. dixerat. Primo distinguit mons unius realiter. i. ſm conditiones in rebus inuentas. Secundo uero logicæ. i. ſm intentiones logicales.

CIRCA hanc.q.aduerte ꝙ difficultas stat in declaratione quam facit pħs circa modos unius tam in prima, quam in secunda diuisione. nam in prima diuisione quæ tenetur realis declarat tertium & quartum modum per terminos logicos unde declarans tertium inquit dicuntur autem unum quorum genus unum differens oppositis differentiis. Hæc quidem uidetur declaratio logica, cum genus & differentia dicant intentiones secundas similiter declarans quartum inquit. unum dicuntur quorumcũ que ratio indiuisibilis.i. qua habent unam diffõnem hmõi aũt termini ad logicum spectant. In secunda autem diuisione exponit primum & quartum modum non logice sed realiter. Primum quidem cum dicit unum numero sunt quorum est una materia quartum autem cum dicit ꝓportione & quæcunq; unum proportione. Constat autem qđ remoto quocumq; opere intellectus aliqua sunt unum proportione puta 4.&.2.6.&.3. sunt unum ꝓportione quoniam conueniunt improportione dupla. Pro resolutione igitur huius dubii tria agẽda sunt. Primo declarabitur quõ prima diuisio est realis. Secundo quõ secũda est logica. Tertio soluetur quoddam dubium.

Quantum ad ꝑmum dico duo, primo ꝙ non inconuenit primam dici realem, sed non pure realem, secundam dici logicam sed non pure logicam. quia tamen prima est magis realis q̃ logica iõ dr̃ realis & qa scd̃a ẽ magis logica q̃ realis iõ dr̃ logica & ut pħs ĩsinuaret ꝑmã nõ eẽ mere realẽ iõ ĩ declaraiõe modoꝝ inserit aliquos terminos logicales sicut sunt genus dr̃ia diffinitio ratio. Idem dico de secunda q̃ ut declaret non esse mere logicam inserit aliqua realia sicut sunt materia proportio & id quidem artificiose fecit, quoniam pħs primus & logicus in subiecto & in omnium consideratione conueniunt ut dicit in lib.4.& reputo hanc meliorem rationem quæ possit assignari in præsenti ꝓposito.

Dico secundo, ꝙ aliquo modo potest saluari ꝑmam diuisionem esse mere realem & secundam mere rationis siue logicam, eo ꝙ prima datur per res primæ intentionis quæ

ponuntur remoto omni actu intellectus, secunda autem datur per secundas intẽtiones & quidem ꝙ prima detur ꝑ res primæ intentionis sic declaratur primus modus est unitas continuitatis, quam constat esse in linea & in motu etiam remoto omni actu intellectus, secundus modus est unitas formæ præcipuæ in omogeneis, quam constat esse realem omnis.n.pars aquæ est aqua, & omnis pars ligni est lignum tertius modus est unitas generis quæ quidem potest eẽ realis si sumatur natura generis non ut stat sub intentione vl̄itatis, sed ut habet esse in re, puta animal ut habet esse in homine & leone, patet.n. ꝙ remoto omni opere intellectus adhuc habet esse in eis & licet non habeat aliquam indiuisibilitatem in speciebus potest tamen fundare hunc modum unitatis eo ꝙ est apta ex se obiici ĩtellectui ĩdistincte & sine differentiis si uero sumatur pro inẽtione ul'itatis sic est vnitas rationis in natura generica. & iuxta talem intentionẽ, assignabitur particularis modus in secunda diuisione. Hæc dicta sint disputatiue, determinatiue autem melius est dicere iuxta primum modum respondendi primam diuisionẽ non esse mere realem. & per cõsequens tertius modus erit magis logicus quam realis. Difficile enim est uidere apud Thomistas, q̃ro natura generica, quæ nullam habet unitatem realem in suis ĩferioribus, potest fundare modum realem unius. Quartus modus est unitas diffinitionis. Hic potest esse realis si consideretur diffinitio ut dicit naturam & quidditatem diffiniti est autem logicus, si consideretur ut cõstat ex genere & differentia. Quintus modus est indiuisibilitas in substantia, ita ꝙ maxime sunt unum quorum substantia non componitur cum aliis, nec ex aliis, sicut est dispositio pimi entis, in quo nulla est pluralitas realis absoluta. Constat autem ꝙ hic modus ẽ realissimus, q̃m simplicitas s b̃e incomposite, non pendet ex actu nostri intellectus patet igitur. q̃ro prima diuisio unius est realis.

Quomodo autem secunda diuisio sit logica, declaro sic. De. 2. & 3. modo constat, quoniam genus & species sũt termini secundæ intentionis, De. 1. autem & 4. est difficile ui-

dere stante tex.pħi quoniam quando exponit primum modū, nō exponit per terminos secundæ sed primæ intentionis. Hoc enim quod est habere unam materiam pertinet ad consiuerationem realem & non logicam. Aduerte igitur ꝙ si pħs exposuisset ly unum numero per hoc ꝙ est esse singulare uel indiuiduum sua expositio manifeste fuisset per secundas intentiones uerum quia considerauit pħs expositionem debere dari per manifestiora, datur autem per manifestiora si datur per principia sua, principium autem unius numero est materia, ad quam ut ad causam sequitur singulare & indiuiduum, ideo potius exposuit per terminū primæ intentionis ad quem sequitur ly singulare. Dico igitur ꝙ primus modus est logicus, licet expositio non sit formaliter logica, sufficit autem ꝙ sit logica consecutiue, similiter difficile est saluare quomodo quartus modus sit logic⁹ stante tex.pħi dicit enim unum proportione quæcunqꝫ se habent ut aliud ad aliud. Constat autem ꝙ talis comparatio conuenit rebus ut res sunt, & non solum ut cadunt sub nostra appræhensione, nam ex parte rerum. qualis est habitudo inter. 4. & . 2. talis est inter. 6. & . 3. Dico igitur cum Anto. And. ꝙ hic modus potest esse realis, si considerentur proportionalia ut res & potest esse logicus, si consideratur modus p̄ndi qui seruatur inter ea, modus enim p̄ndi non est sine opere intellectus qm̄ prædicari, est per actum intellectus attribuentis aliquid alicui uel remouentis aliquid ab aliquo. & sic dico ꝙ pħs accipit unitatem proportionis iuxta modum p̄ndi unde est modus unius logicus ſm hunc sensum, patet igitur, quomodo secunda diuisio est logica.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ circa secundam diuisionem insurgit dubium nam uidetur insuffiens quoniam nō solum aliqua sunt unum numero, & aliqua specie & aliqua genere. & aliqua proportiōe, sed etiam differētia ut omnes homines sunt unum in rationali & proprio ut omnes asini sunt unum in rudibili & in accidente ut omnes corui, sunt unum in nigredine. & tamen isti modi non assignantur a pħo in secunda diuisione, ergo est insufficiens.

Respondetur & dicitur ꝙ omnes isti modi assignati sunt uirtualiter in illis quatuor nam omnis differentia uel est indiuidualis & sic quæcunq; conueniunt in ea, sunt unum numero uel specifica & sic conuenientia in ea sunt unum specie, uel generica & ab ea prouenit unitas generica, uel analogica. & ab ea prouenit unitas proportionis. Idem intelligendum est de proprio & accidente, quare &c. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Quæstio. 14. si hæc propositio unum numero sunt quorum est materia una est uera uniuersaliter, uel tantū particulariter.

Vnum numero sunt, quorum est materia una tex. 12.

CIRCA hanc quæstionem aduerte ꝙ difficultas stat in hoc si est vl'iter uera, cum intelligentia Saturni sit una numero (est enim singularis aliter non moueret) ergo habet materiam, quod tamen est contra ph'um in lib. 12. qui tex. 29. dicit oportet autem tales substantias esse sine materia, ergo non est vl'iter uera si autem est uera particulariter tantum, ergo ph'us non sufficienter notificat quid sit esse unum numero, nam cum sumpserit prouinciā diuidendi unum in modos suos absolute & metaph. debuit etiam dare descriptionem & notificationem de eo quod est unum numero in omni genere entium in quo inuenitur unitas numeralis. Vt igitur præsens quæsitum resoluatur intendo pertractare tres opiniones. s. Commentator. & b. Thom. & Scoti.

Quantum ad uiam Commenta. aduerte ꝙ Commenta. in. 5. lib. & in commen. 12. ibi & unum numero dicitur &c. intendit ꝙ dictum ph'i sit uerum vl'iter, non enim concederet Commenta. ꝙ in abstractis sit unum numero sed principium numeri, unde dicit in eodem commen. & differentia inter illud & unum quod est principium numerorum, est quia hoc unum est in materia & unum quod est principium numeri, non est in materia hæc Commenta. & debet sic intelligi, per ly unum numero intendit unum quiddita-

tiuum,quod inuenitur in solis materialibus.& est principium numeri quantitatiui uel materialis, cum autem dicit unum principium numerorum accipit unum transcendens quod enim pncipium numeri transcendentis,qui dr̄ numerus formalis uel quidditatum.& hic inuenitur in abstractis quæ proprie dicuntur unitates & quidditates & actus propter sui perfectionem & simplicitatem. Dico igitur q apud Commenta. esse unum numero modo exposito & habere mām unam conuertuntur,ita q in quocunq; genere inuenitur unum numero , ibi est materia una & econuerso & negandum est ſm Commenta. q in abstractis inueniatur unum numero. in eis enim singulare dicitur unitas ꝓpter substantiæ simplicitatem.

Sed contra Commenta. duplr̄ arguit Ant. And. in. 5. metaph. q. 6. &. 1. contra illud dictum Comment. unum quod est principium numeri,non est in materia , nam hoc dictū uel equipollet uli negatiue uel particulari negatiue, si pmo modo ergo nullum unum prin. numerorum erit in materia quod est falsum quia si nullum unum prin. numerorum est in materia nullus numerus est in materia quod est falsum nā numerus causatus ex diuisione continui ex. 3. phy. est in materia si equipollet particulari negatiue ita q loquatur de uno transcendenti , contra illud unum non tantum proprie est in rebus immaterialibus sed etiam in materialibus nam cum unum transcendens conuertatur cum ente uerum est dicere de lapide q sicut est ens ita est unus transcendenter secundo sic in immaterialibus est aliqua unitas maior unitate specifica, sed nulla alia est maior quam unitas numeralis ergo unum numero est in rebus immaterialibus maior patet qa aliqs angulus ita est unus,q non p̄dicatur de pluribus ergo est magis unus,quam unus specie.

Respondetur. Ad pmum possumus respondere dupliciter. Primo q equipollet particulari negatiue , ad ꝓbationē diceret Commenta. q licet lapis sit unus etiam transcendēter,tamen non denominatur unus proprie & usitate , nisi unitate quantitatiua,oppositum autem contingit in abstra

ctis,quæ ueræ & proprie dicuntur unum uel plura transcē denter Secundo dicitur,& forte melius,ꝙ dictum Commenta.non equipollet uli negatiue nec particulari negatiue,sed est destructiuum cuiusdam quod prædixerat, nam dixerat ante,ꝙ unum numero.i.unum quantitatiuum est in materia,ita ꝙ non reperitur extra materiam.Destruens autem hoc,de uno transcendenti dicit.Vnum ꝑncipium nu merorum,non est in materia.i.non artatur ad mām, sed reperitur in non habente materiam.Et est simile, sicut si diceretur,sensitiuum est in materia quoniam artatur ad materiam.Intellectiuum non est in materia. qm̄ non artatur ad materiam,reperitur.n.extra materiam sicut in intelligentiis,cum hoc tamen stat ꝙ reperiatur in materia, sicut patet de anima intellectiua quæ est forma materiæ.

Ad secundam dicitur ꝙ unitas numeralis pōt dupliciter accipi. Primo ut distinguitur contra unitatem specificam, & sic conceditur esse in abstractis,& similiter conceditur ꝙ in eis est unum numero, prout distinguitur contra unum specie,nec unquam negasset in hoc sensu Comment.unum numero ab abstractis:Secundo sumitur unitas numeralis ꝓ hac unitate quantitatiua,& sic Commenta.negat eam, & unum uumero,esse in abstractis.Ad argumentū igiť dicoꝙ concludit unitatem numeralem & unum numero in primo sensu esse in abstractis,non autem secundo modo in q̊ sensu loquebatur Commen. Hæc pro opinione Commē: dicta sint,quæ ut declarata sunt, nō discordāt a uia Thomistica,ut magis patebit in immediate sequentibus.

Quantum ad uiam.b.Tho.aduerte ꝙ arbitratur dictum pħi esse uerum particulariter tantum.s.in solis materialibus,eo ꝙ ut ipsæ dicit exponēs dcm̄ pħi, mā prima ut stat sub dimensionibus signatis est principium indiuiduationis formæ, & propter hoc singulare habet ex materia, ꝙ sit unum numero hæc ille. Cum autem singulare repetiatur in abstractis in quibus non est materia, constat dictum pħi non esse uľiter sed particulariter uerum.Et cum arguitur ꝙ pħs non sufficienter notificasset quid sit unum numero,re-

ſpondetur ꝙ ſufficit pħo notificaſſe per exēplum manifeſtum in his mālibus, non enim deſcribit ibi quid ſit unum numero. Tunc enim eſſet neceſſe ſi id quod eſt habere unā mām, eſt deſcriptio ꝙ cōuertatur cum eo quod eſt unum numero. Exemplum autem non eſt neceſſe eſſe conuertibile cum eo quod notificat. Si autem quæras, quæ ſit deſcriptio eius quod eſt unum numero vľiter. Dico ꝙ eſt eſſe ſingulare ſiue incommunicabile, ſiue hoc aliquid.

Sed aduerte ꝙ Ant. And. in. 5. metaph. q. 6. conatur inſtare contra hanc determinationem. b. Tho. & ſic arguit. In rebus immālibus, etiam ſm ipſum. ſ. b. Thom. eſt unum numero, & tamen ibi nō eſt mā ſub dimēſionibus ſignatis ergo non bene ſaluat dictum pħi.

Reſpondetur Ant. and. decipitur in hoc ꝙ credit pħum &. b. Tho. per ly habere unā materiam, deſcribi unum numero, quod ſi eſſet uerum, utiq; ſua inſtantia concluderet, qm̄ neceſſe eſt deſcriptionem conuerti cum deſcripto. Dico igitur ꝙ eſt exemplificatio quam non eſt neceſſe conuerti cum exemplificato. Sicut ſi dicerem, fortes ſunt, qui pugnent pro patria. & tamen pugnare pro patria, nō conuertitur cum eſſe fortem, poteſt enim eſſe fortis, qui aduerſam fortunam bene tollerat, qui pro uirtute, pro amico, pericula aggreditur.

Quantum ad opinionem Scoti, aduerte ꝙ Ant. andr. in 5. metaph. q. 5. & 6. tenet dictum pħi, eſſe uerum vľiter, & ꝙ ly habere unam materiam eſt deſcriptio conuertibilis, cum ly eſſe unum numero. & fundamentum ſuum eſt, qđ materia non ſumitur hic a pħo, ut eſt pars compoſiti, ſed ut eſt differentia indiuidualis, quam appellat materiam totius, imaginatur enim, ꝙ ſicut eſt duplex forma. ſ. partis & totius, quæ dicitur quidditas, ita ſit duplex materira. ſ. partis quæ eſt pars compoſiti, & ens in pura potentia. & materia totius quæ opponitur quidditati, eo ꝙ eſt extra rōnem quidditatis ſpecificæ. & hanc uocat proprietatem indiuidualem. & ponit eam principium indiuiduationis tam in materialibus, quam immālibus. & dicit ꝙ de tali materia loquitur

tur hic pħs, vnde sic exponit dictum pħi, unū numero sunt quorum est mā una.i.una dña indiuidualis sed hanc imaginationem suam non alr̄ probat esse de mente pħi, & iō est nostrum inuestigare, si ex doctrina pħi, debet admitti materia sub tali sensu.

Aduerte igitur q̈ mens pħi fuit loqui de materia quæ est pars compositi, qđ manifestatur duplici uia.

Primo sic. Illa mā quæ ex pluralitate sua causat pluralitatem numeralem ex sua unitate causat unitatem numeralem. Sed mā quæ est pars compositi ex sua pluralitate causat pluralitatem numeralem ergo ex sua unitate causat unitatem numeralem. Ma. patet quia eodem principio quo res plurificatur ipso plurificato, remanet una ipso non plurificato. Minor est pħi in.7.metaph.text.28.ubi loquens contra Platonem de ideis dicit q̈ gñans est sufficiens cāre in mā & loquitur de mā receptiua formæ, quam constat esse partem compositi. & subiungit, oīs uero talis spēs in his carnibus & ossibus Callias & Socrates diuersi quidem pp mām, diuersa nāq̨. s. est eorum mā, sup quem tex. dicit Cōmen. in cō. 28. cā in multiplicatione gñabilium ab uno gñante est multiplicatio māerum in quas agit, patet ergo q̈ pħs illic loquitur de materia partis eodem mō intelligēdum est qđ loquatur hic in.5.lib.alr̄ non sufficienter declararet distinctionē & unitatem numeralem si uteretur materia æquiuocæ.

Secundo sic. Mā in eo sensu est cā unitatis & pluralitatis numeralis apud pħm quam assignat ꝓ cā pp quam primū ꝑncipium non plurificatur ut patet in lib.12.text.49. Sed illic loquitur de mā partis loquitur.n.de illa mā, quā ī eodē lib.tex.30.negauerat esse in mouentibus æternis illam aūt constat esse mām partis. Dicit.n. Tales sbas, oportet esse sine mā. Qđ si dicas ly sine mā sumitur ꝓ hæcheitate. Hoc ē contra ipm Ant.and. qui in intelligentiis concedit hæcheitatem, & quidem q̈ illic loquatur de mā partis, apertæ monstrat Cōment. qui in cōmen.49.dicit & iam declaratum est q̈ in primo non est mā, non fuit aūt declaratū nisi in text. 30.in quo expſſe loquebatur de mā partis, quam remouet

ab intelligētiis &c.patet igitur ꝙ pō de materia totius quā Scotus ponit principium indiuiduationis,fuit inuentio sua, sed non peripatetici.

Sed remanet dubium,nam si quæ habent unam materiā sunt unum numero , ergo gn̄atum & corruptum sunt unū numero & duo contraria erunt idem numero. qm̄ cōtraria habent fieri circa idem & ex primo de generatione eadem est materia geniti & corrupti.

Respondetur ſm uiam Thomisti. nō est eadem materia put est pncipium indiuiduationis nisi remaneat sub eisdem dimensionibus & quia apud.b.Tho.non remanent æedem dimensiones in genito & corrupto,iō non sunt idem numero.Ad illud de contrariis dico ad hoc sint unum numero requiruntur duo pmo eadem materia cum eisdem dimensionibus,secūdo simultas tpis,ita ꝙ eadem gn̄one gn̄entur & qm̄ non simul tpe gn̄antur nec recipiuntur in materia , sed successiuæ,ideo non sequitur ꝙ sint unum numero.

Sed Ant.and.instat ꝙ non requiratur simultas tpis,nam si talis simultas requirit, sequitur ꝙ mathematica quæ abstrahunt a tpe & a motu ex lib.3.non possent esse distincta numero quod est falsum,quoniā duæ lineæ rectæ sunt eiusdem speciei.& distinctæ solo numero.

Hæc instātia nulla est,quoniam mathematica ſm esse naturale non abstrahunt a tpe nec a motu , cum ponatur motus ad q̄titatem quando aūt dicit pħs in.3.lib. ꝙ abstrahūt a tpe & a motu accipit mathematica ut cadunt sub consideratione mathematici,sicut declarauimus in.3.libr.in.q.1. Hic aūt loquimur de unitate numerali & distōne quæ rei competit ſm esse suum reale & non ut cadent sub appræhēsione nostra.Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Qō.15.si materia signata uel hæcheitas est principiū indiuiduationis in rebus materialibus.

Vnū uero numero sunt quoꝝ est mā una numero.tex.12.

IN HAC .q.Thomistæ & Scoti.diffusæ scribunt,resolutiuæ aūt pcedendo,tangenda sunt fundamenta & rōnes utriusq; opinionis sustinendo Thomisticas & soluēdo op

positas, igitur agenda sunt quatuor. Primo declarabitur titulus quæsiti. Secundo ꝑtractabitur opinio. b. Tho. Tertio opinio Scoti. Quarto soluetur quoddam du.

Quantum ad ꝑmum aduerte, ꝙ indiuiduum materiale dupl'r considerari pōt ꝑmo ut res est, secundo ut reponitur in p̄nto sub spē spālisśima, sicut spēs reponitur sub gñe i ꝑmo sensu est consideratio realis, in secundo est consideratio logica & ſm utrūq; sensum hic ꝓcedemus. Aduerte ēt ꝙ cū indiuiduum duo icludat. s. incōicabilitatem, & distōnem ab alio, idem est quærere, de ꝑncipio indiuidui ac si quæratur, ꝑꝑ qd nā specifica quæ est & se cōicabilis, fit incōicabilis in Socrate, & ꝑ ꝯsequens fit hæc. Deinde ꝑꝑ quid Socrates habēs hāc naturam incōicabilem, distinguitur a quolibet alio hoie, distōne subāli, & non solum accidētali. Cum. n. sortes sit hæc suba, & reponatur in p̄nto subæ sicut ens ꝑ se nō specificæ sed numeraliter sumptum, quærendū est ꝑꝑ quid sortes ut hæc suba, est ut antecedens saltem natura oē suū accidens distinguatur a quolibet alio subal'r. Non pōt aūt dici ꝙ hoc distinctiuum sit q̄titas, qm̄ cum sit accidens posterior est suba sortis. Nec pōt dici ꝙ sit suba sortis cum quātitate qm̄ ex his duobus non fit unum nisi ꝑ accidens. Supponit aūt indiuiduum esse unum ꝑ se, & hæc consideratio erit realis. Quantum aūt ad considerationem logicam, quærendū est, ꝑꝑ quid contrahitur spēs ad indiuiduum ut reponitur ī p̄nto, ita ꝙ principium contractiuum dicat totam naturam indiuidui, & de eo prædicetur in recto.

Quantum ad opinionem. b. Tho. quatuor agenda sunt. Primo ꝓponetur intentio sua. Secundo declarabitur. Tertio probabitur. Quarto soluetur quædam dubia.

Circa primum aduerte ꝙ. b. Tho. considerans duo conuenire indiuiduo materiali. s. incōicabilitatē oppositā cōicabilitati qua cōicatur supius inferiori, & distōnem a quolibet alio posuit materiam & q̄titatem esse ꝑncipium indiuiduationis ut hēat incōicabilitatem ex materia, & distōnem ex quantitate. Inuenimus aūt in dictis eius aliquando ꝙ mā ut stat sub dimensionibus signatis est ꝑncipium indiuiduatiōis

ut patet in expóne illius tex. 12. in. 5. metaphy. unum uero numero sunt &c. Aliquando q materia in ordine ad hanc uel illam quantitatem ut patet in trac. de pncipio indiuidua tionis. Aliquãdo q materia ut sub certis dimensionibus cõsideratur. In oibus aũt his dictis, non intendit aliud, nisi exponere quid intelligat p materiam signatam, unde dicit in lib. de ente & essentia. Materia non qõlibet accepta est pn cipium indiuiduationis, sed solum materia signata, & dico mãm signatam quæ sub certis dimensionibus consideraĩ.

Circa secundum aduerte q in declarãdo põnem. b. Tho. non concordant Thomistæ, nam licet p materiam signatã oẽs apphendant materiam & quantitatem, nõ tamen eodẽ mõ. Qm aliqui dũt, q p mãm signatam. b. Tho. intẽdit ma teriam cum quantitate, quasi unum aggregatum. Sed hoc non põt esse, q̃ entis & unius p se, non est assignandũ prin cipium qd sit unum p accidens sed aggregatum ex materia & quantitate est unum p accidens cum sint res diuersorum gñum & pntorum ergo &c. Alii dicunt, q materia signata importat materiam actu stantem sub quãtitate, ita q opor tet materiam iam hẽre quantitatem si debet esse pncipium distinctiuum indiuidui a quolibet alio. Distõ. n. numeralis in his materialibus pmo & p se fit p quãtitatem. Sed nec istud est uerum. Qm in uia. b. Tho. in qua tenemus nullum accidens pcedere formam in materia sequitur q in pmo instan ti in quo sortes per gñonem habet pmum sui esse, terminat gñonem ut compositum singulare in gñe subæ, & tamen in illo pori nulla quantitas actu est in materia, nam quantitas p forma corrumpenda in illo pori non est eo q forma cor rumpenda tunc habet pmum sui non esse. Ad cuius definitionem & quantitas sua, & alia sua accidentia desinunt esse silr quantitas p forma introducenda tunc nõ est eo q subse quitur formam subalẽ ergo in illo pori nulla quantitas actu est in materia. & tamen in illo pori terminatur gño pcise ut subalis, cuius terminus est suba singularis eo q actiões sunt singularium ex. 1. metaph. ergo singulare materiale est sin gulare ante oẽm quantitatem receptam & pmanentem in

materia, non est ergo necesse, q̄ mā signata includat actu quantitatem. Alii dn̄t q̄ materia signata dicit materiam cū potentia receptiua ita huius quantitatis q̄ non alterius quae quidem potentia &ordo determinatur sibi ab agente parti culari. disponente materiam ad talem uel talem formam, exigentem tantam uel tantam quantitatem in materia pro sui dispōne conseruatiua & sic ly signata non addit aliquid reale sup materiam in recto sed ordinem ad talem quantita tem sicut potentiae materiae, non addit aliquid sup materiā distinctum realr̄, sed tm̄ ordinem uel respectum ad talē uel talem formam. Qui respectus nō distinguitur realr̄ a mā ut dicemus agentes de relatione & fundamento. Sic dico in ꝓposito. & materiam signatam sic intellectam dicunt esse ꝑn cipium indiuidui, qm̄ si indiuiduum diffiniretur poneretur ī eius diffōne materia ut receptiua huius quantitatis & nō al terius. & hic sensus meo iudicio uerior est eo q̄ ante oē acci dens assignari pōt ꝑncipium distinctiuum indiuidui ut sub- stantia est & per hunc sensum soluentur multa argumenta aduersantium ut patebit infra.

Circa tertium aduerte q̄ pō sic declarata pōt sic ꝓbari. Materiae signatae. i. ut habet potentiam ad hanc quantitatē & non ad aliam repugnat ꝑmo cōicari, pluribus ergo ex se ꝑmo incōicabilis est. Sed qd̄ est ex se ꝑmo tale est cā & ꝑn- cipium q̄ aliqd̄ aliud sit tale in quo reperitur. Sed materia signata est in quolibet indiuiduo cui conuenit esse incōicabi le, ergo ꝑ materiam signatam ut ꝑ ꝑncipium intrinsecum indiuiduum est incōicabile & ꝑ consequens indiuiduum est indiuiduum. Qd̄ materiae signatae. i. ut respicit hanc quanti- tatem repugnet cōicari ꝓbatur. qm̄ ut sic, sic ꝓpria huius ī- diuidui, & exit rōnem materiae cōis. Proprio aūt condistin cto contra cōe repugnat cōicari sicut huic albedini. Qd̄ aūt haec incōicabilitas conueniat ex ꝑmo ꝓbatur. Qm̄ quocūq; alio circūscripto ab īdiuiduo materiali adhuc remanet suba. incōicabilis. Si aūt auferaī materia signata loquendo realr̄ & non logicae non pōt assignari rō, quare indiuiduum fiat incōicabile nam ex forma non habet, qm̄ formae sm̄ se cō-

petit cõicabilitas, ex materia ſm ſe non habet, qm̃ materia ſm ſe cõis eſt oĩ indiuiduo materiali, ex nullo aũt cõi reddi tur res incõicabilis, ex q̃titate & aliis accidentibus nõ habet qm̃ ut diximus ſupra ſaltem natura ſubſequuntur ſubſtantiam indiuidui, ergo hoc ſolum habet ex materia ſignata & per conſequens ei primo repugnat communicari.

Sed dices, ꝙ hæc rõ non ꝓbat totale ꝑncipium indiuidui ſolum. n. ꝓbat ꝑncipium incõicabilitatis uel indiſtõnis in ſe ipſo. Sed ultra hoc requiritur ꝙ asſignetur principium diſtinctionis a quolibet alio.

Reſpondetur. Mã ut ſignata eſt ꝑncipiũ ſufficiẽs utriuſq; ex hoc. n. ꝙ ponitur capax tm̃ huius q̃titatis fit incõicabilis & indiſtincta ex hoc aũt ꝙ p agens diſponens reſpicit talem q̃titatem & non aliam ſignatur diſtõ a quacunq; alia mã re ſpiciente q̃cunq; aliam quantitatem & p talem diſtõnem ſi gnatam in materia diſtinguitur indiuiduũ a quocũq; alio.

Circa quartum aduerte ꝙ contra ꝑdicta quædam inſurgunt dubia & ꝑmo cõtra dicta ĩmediate & arguitur ſic cum hæc ſignatio in mã ſm te cauſet ꝑut mã reſpicit hanc quãti tatem, quæro aut hæc quantitas ſupponitur eſſe actu in mã aut non, ſi ſic oppoſitum dictum eſt ſupra ſi non, ergo effectus ꝑcedit cãm. Hæc. n. ſignatio ponitur in illo priori & tñ ſm te non ponitur quantitas quæ eſt eius cauſa.

Ad hoc rñdens quidam Thomiſta dicit ꝙ in illo ꝑori ĩdi uiduum non eſt diſtinctum a quolibet alio diſtõne numerali ſed tranſcendenti & intendit p diſtõnem numeralem diſtõnem quantitatiuam & p tranſcẽdentem diſtõnem eſſentialem. Sed contra ſm uiam Thomiſti. in quolibet mãli ponitur unitas tranſcendens & unitas numeralis, ſed in illo ꝑo ri hoc indiuiduum puta ſortes eſt quid materiale componit . n. ex materia & forma ergo &c. Præterea, materia ĩ ſe nullam habet diſtõnem, cum ſit pura potentia & actus eſt qui diſtinguit, ſi ergo materia A debet diſtingui a mã B, hoc erit uel p formam, uel p quantitatem non p formam, quoniam forma ꝑticularis non recipitur niſi in materia diſtincta, alr̃ oẽm aut nullam materiam informaret ergo diſtinguitur p

quantitatem & p consequẽs indiuiduum in quo est materia distincta distinguitur ab aliis, distõne non solum transcendẽti, sed ẽt numerali. Praterea non esset maior distõ in illo pori, inter sortem & hunc lapidem quã inter duo entia immaterialia in quibus apud Thomistas est sola distõ transcẽdẽs. & numerus transcendens, qđ tamen ẽ falsum ex se. Et ꝑpea teneo, ꝙ in illo pori est distõ quantitatiua indiuiduo materiali comparato ad quodcũq3 aliud indiuiduum. & cum arguitur, ꝙ in illo pori quantitas non est ergo non põt cãre illam distõnem. Dico ꝙ in illo pori quantitas non est in gñe cãæ materialis. quoniam nondum est inhesiuæ in indiuiduo sed ut sic non est cã signationis mãæ, imo ecõuerso mã signata est cã materialis quantitatis eo ꝙ est receptiua eius.
Dico aũt ꝙ in illo pori quantitas est in gñe cãæ formalis & ut sic est cã signationis materiæ, & est por materia signata, sicut patet in sili de forma subali receptibili i materia ut est in potentia ad ipsam forma. n. in gñe cãæ materialis est posterior quã potentia materiæ pus. n. saltem natura, materia habet potentiam receptiuam formæ quã recipiat forma in gñe tamen cãæ formalis, forma est por quã potentia mãæ eo ꝙ talis potentia est in materia in ordine ad formam. ergo ut sic forma est por. Sic in ꝓposito. Quia talis signatio nõ esset in materia si non respiceret hanc quantitatem & non aliam, iõ ut sic hæc quantitas est por. Si aũt inferas si ut sic est prior, ergo hæc quantitas in illo priori est simplr & cum non sit extra materiam, ergo est in materia negatur ꝯñtia. quoniam tu transis a cã formali ad cãm materialem.

Sed iterum instatur. quoniã effectus in actu, requirit cãm in actu signatio materiæ in illo priori est actu in materia & est effectus causatus a quantitate. ergo in illo priori quantitas est quod est contra te.

Ad hoc dico ꝙ sufficit effectum in actu, hẽre cãm formalem existentem non in se sed in radice sua, nam illa quantitas & si non sit actu in se est tñ in materia ut in radice, put sit capax huius quantitatis & non alterius actione agẽtis & tu aduerte ꝙ illa quantitas existens ut in radice in materia

non debet dici forma talis signationis, sed rō formalis, sine qua non esset talis signatio & iō concesso ꝙ sit necesse oēm ueræ formam esse actu si effectus eius est actu non tamē id a quo sumitur rō formalis, necesse est esse actu, sicut patet in potentiis actiuis quarum rōnes formales sumuntur ab actibus, ut declaratum est in. 2. de aīa & tamen sunt priores saltem natura suis actibus.

Sed iterum est dubium contra pdicta. Dictum est.n.ꝙ p materiam signatam intelligitur materia cum potentia receptiua huius quātitatis nam ex hoc sequitur materiam signatam dicere aggregatum ex suba & accidente cuius contrarium dictum est supra. Contra pbatur, quoniam potētia ad hanc quantitatem est in eodem pnto cum quantitate nam ex. 12. li. metaphy. potentia ad rem alicuius pnti est in eodem pnto & dicit Cōmenta. in. 3. physi. potentia ad unum quodqꝫ pntum est in illo gñe pnti quod est actu. Sed quantitas est in pnto accñtis. ergo & potentia receptiua quantitatis, cum ergo materia sit suba & potentia receptiua quātitatis sit accidens sequitur ꝙ materia signata dicat aggregatum ex substantia & accidente.

Respondetur. non dicit. b. Tho. in illo loco, q̃ nulla suƀa in genere potest esse idem realr̃ q̃ r̃o. sed dicit q̃ nulla s̃ba in genere est r̃o. quæ propositio intelligenda est s̃m prædicationem formalem, nam argumentũ erat tale, nulla s̃ba est r̃o. hæc. n. est immediata sicut ista. nulla suƀa est quãtitas sed diuina essentia est suƀa &c. Patet autem q̃ qñ p̃ntũ negatur a p̃nto, intelligendum est de prædicatione formali & non idẽtica, aliter ista non esset uera, idẽtica, actio est passio quæ tamen de prædicatione formali non est uera. Sed. hæc est uera, nulla actio est passio. Cum igitur dicat. b. Thom. q̃ hæc ꝓpõ est ĩmediata, nulla suƀa est r̃o intelligenda est s̃m distinctionem formalem & non ultra.

Quinta ratio fundatur super dictum pƀi in. 12. metaph. tex. 19. ubi uult q̃ diuersorum generum. i. p̃ntorum diuersa sunt principia & el̃nta. sed relatio est aliud genus a q̃tita te & qualitate & actione, & passione quæ sunt fundamenta r̃onis, ergo relationis & fundamenti sunt alia & alia principia ex consequenti distinguuntur realiter.

Respondetur Arist. in dicto loco & præcipuæ in tex. 22. declarans mentem suam dicit q̃ per principia & el̃nta intendit formam & priuõnem & mãm, quæ licet proportionalr̃ inueniantur in oĩ genere, tamen sunt alia aliorum generũ, ut ĩ genere colorum, forma ẽ albedo. priuatio, nigredo mã superficies in distõne tẽporum. forma est lumen, tenebra p̃

uatio .aer mā siue subm ex quibus elicere possumus, ꝙ rło si debet habere alia & alia elnta .non est comparanda fundamento sed māæ uel subo in quo recipitur qñ suum fundamentum est accidens & tunc concedo ꝙ rło ut includit fundamentum qd' est accidens est alia res a suo subiecto puta similitudo quæ idēticæ est albedo,est alia res a corpore albo. Ad argumentum dico ꝙ supponit falsum credit.n.ſm Ari. in dicto loco rłonem comparandam fundamento quo ad diuersitatem elntorum.& tamen est cōparanda subo, respectu cuius concedo quod realiter distinguitur ab eo,quando fundatur in accidente.

Plura alia argumenta possent adduci & solui,uerum quia ab aliis soluuntur & præcipuæ a Paulo Sonci.in.5.metap. q.18.ideo pertranseo.Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Quæstio.23.si ultima prædicamenta dicunt rem absolutam uel respectum.

IN HOC quæsito difficilis est resolutio ad mentem phı & Commenta.&.b.Tho.nam phs parum de eis locutus est,& ut patet in pntis considerationem suam terminauit in quatuor primis,& in tota metaphysica,quotiens diuidit ens in pnta,p maiori parte exēplificat de quatuor primis & si ultra ,pcedit nunq̄ peruenit ad.10.nam in.5.metaphy. ca.de ente,exēplificat usq3 ad pntum qñ & non ultra,& posito ꝙ oīa numeraret.Quod tamen ultima dicant non habem⁹ ab eo exp̄ssum,& ppea multi putantes se seq uiā Ari. uarie locuti sunt,non intendo autem recitare singulas opiniōes p̄cipuę Scoti & Her.&Cap.ī his.n.satis īmorat⁹ē Paulus Soncinas in.5.metaph.Mea intentio est inuestigare quid ad hoc diceret.b.Tho.,p cuius resolutione tria agēda sunt. Primo ostendetur q̄ uarie super id locutus est.Secundo quid tenendum est.Tertio soluentur quædam argumenta.

Quantum ad primum aduerte tria dicta a.b.tho.nam.5. metaph.in cap.ad aliquid,postq̄ assignauit sufficiētiam triū modorum relatiuorum,loquens de ultimis pntis īquit alia

uero genera magis rõnem consequuntur q̄ posint rõnem causare nam qñ consistit in aliquali relatione ad tps, ubi uero ad locum positio autem ordinem partium importat. Habitus autem rõnem habentis ad habitum, hæc ille ex quibus constat ꝙ uidetur sentire illa dicere respectum & non rē absolutam in 3. autem physi. in tex. 22. assignans sufficientiam p̄ntorum & in lib. 10. metaph. uidetur sentire ꝙ dicāt absolutum ut tamen denominant aliud denominatione extrinseca. i. ut denominant illud in quo non sunt subiectiue puta tempus ut denominat rem tēporalem, ad quam non comparatur ut accidens ad subm, sed ut mensura ad mensuratum, constituit p̄ntum qñ, locus autem ut denominat locatum in quo non est subiectiue constituit p̄ntum ubi. Vestis autem ut denominat habentē puta uestitum in quo nō est subiectiue sed solum circundatiue, constituit p̄ntum habitus. In. 5. autem metaph. in cap. de habere, exponens primum modum ubi dicit pħus (& uestimentum induti) uidetur sentire specialiter de habitu ꝙ dicat absolutum & respectum puta ꝙ esse uestitum dicat uestem non absolute, sed ut coaptatur & configuratur uestito, coaptatio autem respectum dicit. & quod dicit de habitu præsumendum est ꝙ diceret de aliis ut de quando & ubi & situ. Propter hanc ergo diuersitatem loquendi difficile est uidere, quæ fuerit mens beati Thom.

Quantum ad secundum aduerte ꝙ illud tenendum est. ꝙ tamen non repugnet doctrine pħi & .b. Tho. & ut resoluamus quæsitum, pono quinq; conclusiones.

Prima p̄nta ultima non dicunt purum respectum qm̄ cū motus localis sit in p̄nto ubi, si ubi dicit solum respectum, motus esset primo & per se ad rõnem, quod repugnat pħo in. 5. physi. tex. 10. illic pħs non concedit motum in ad aliquid nisi per accidens puta qñ aliquis per se dealbatur per accidens fit similis alteri. Accidit. n. ꝙ Sorte dealbato, fit aliud album cui fiat similis.

Secunda nō dicunt absolutum simpl'r. i. nullo addito qm̄ non distinguerentur a tribus primis p̄ntis si, enim quando

dicit tempus simplr & ubi & situs dicuntur locum simplr & habitus dicit indumentum simplr cum tempus & locus sint in pnto quantitatis. & indumentum in pnto sube constat q non constituerent pnta distincta a tribus primis.

Tertia non dicunt absolutum cum respectu, quia cu omne ens absolutum sit suba uel quantitas uel qualitas & omnis respectus realis sit in pnto ad aliquid. ut declaratum est supra. Si dicunt absolutum cum respectu, non dicunt nisi aggregatum ex duobus pntis, hoc autem repugnat simplr pntali. & praeterea dicerent unum per accidens, qm ut declaratu est in. 4. lib. res diuersorum pntorum. apud metaphysicum constituunt unum per accidens. Nullum autem unu per accidens est pntum nec reponitur in pnto ergo &c.

Quarta, dicunt absolutum cum denominatione extrinseca, pro cuius euidentia aduerte ut notat Herueus in. 1. quolib. q. 9. q denominatio potest fieri tribus modis, primo ab aliquo absoluto intrinseco ipsi denominato, quod. s. est intrisecum ipsi denominato uel per idetitatem ut Sortes est sub a Sortes est rationalis, uel per inherentiam, ut sortes est quantus est qualis & secdo ab aliquo intrinseco ipsi denominato, importante tamen aliqd extrinsecum ut terminum, ad qd denoiatum se habet relatiue. ut Sortes est pater. tertio ab aliquo extrinseco, quod non est idem cum nominato nec e subiectiue innoiato, ut Sortes est locatus, constat. n. locum non esse subiectiue in locato, sed in locante prima denoiatio fit per pntum subae & quantitatis & qualitatis. secunda per pntum ad aliquid. tertia per ultima pnta, & aduerte q hanc denominationem extrinsecam fieri ab ultimis pntis est de itentione expssa. b. Tho. in. 3. lib. physi. super tex. 22. ubi inquit. Tertius modus praedicandi est. qn aliquod extrinsecu de aliquo praedicatur per modum alicuius denominationis & exemplicat de agere & pati, de qn & ubi & situ & habitu. Ex quibus sequitur corollarie q ultima pnta, licet non differant a tribus primis qtum ad rem denominantem. Differunt tamen quantum ad modum denominandi & praedicandi, qm a tribus primis fit praedicatio & denominatio ab

intrinseco absoluto.& ab istis fit ab extrinseco absoluto, & ista diuersitas sufficit ad distõnem formalem p̃ntorum.non enim est necesse omnia prædicamenta,distingui realiter ut declaratum est supra.

Quinta.Licet ultima p̃nta,dicant absolutum cum denominatione extrinseca,ad talem denoiationem consequunt̃ quidam respectus inter denoians & denoiatum.quos tam̃ non significant hæc ultima p̃nta.& quidem quod tales respectus consequantur patet qm̃ non dr̃ denominans nisi qa aliquid denomiat, nec dr̃ denominatum nisi quia ab aliquo denominatur.Quod autem non significetur per ultima p̃nta,patet qm̃ cum significent absolutum,si significant etiam respectum,significarent aliquod unum per accidens,ut dictum est in tertia conclusione.Tenendum est ergo q̃ significant purum absolutum cum denoiatione extrinseca,ad q̃ consequuntur quidam respectus & si tenueris hanc uiã,optime saluabis motum in ubi,& simplicitatem & perseitatem & formalem distinctionem prædicamentorum.

Quantum ad tertium aduerte q̃ tria. uñr obstare. p̃dicte determinationi p̃mo authoritas.b.Tho.nam ut patet in.5. metaph.in cap.ad aliquid.ut adductum est in principio q̃õnis.vr̃ sentire q̃ dicant respectum,& confirmaĩ qm̃ in libr. 11.metaph.in lec.12.inquit.Habitus importat habitudinẽ indumenti ad indutum,& q̃ dicit de habitu,est rationabile ut intelligat de aliis secũdo obsistunt diffõnes date ab autho re sex p̃ncipio⁊ ex quibus ↄstat q̃ dicunt nõ absolutum sed respectum,ut patet de qñ inquit.n.Qñ est quod ex adiacẽtia tp̃is relinquitur. ubi autem est circũscriptio corporis. ex loci circũscriptione p̃cedens.tertio obsistit tractatus de rl̃one cõpositus a.b.tho.in quo determinat q̃ dicunt respectũ fundatum non super absolutum,sed super respectum.

Respondetur.cum habeamus clare ex doctrina Aristo. q̃ non est motus ad respectum.& ĩ li.11.meta.in tex.qui incipit.Si igiĩ p̃nta diuisa sunt.dicit necesse esse tres motus. qualis quanti & loci manifestum est cum ponat motum ad locum,non distingui realr̃ locum ab ubi,ex consequenti ubi

non dicit respectum. Silr cum. b. Tho. ex pposito assignans sufficietiā & distōnē pntoꝝ, declaret ea distingui ex denoīatione extrinseca, quod & manifestauit in lib. 11. meta. in le. 9. ubi inquit. Prædicamenta diuersificantur fm diuersos modos pndi. Vnde idem fm diuersimode de diuersis ptur. ad diuersa pnta pertinet. Locus. n. fm ꝙ de locante ptur. ad ptum quantitatis pertinet. Secundum autem ꝙ denominatiue de locato prædicatur constituit pntum ubi. Silr motus fm ꝙ prædicatur de subo in quo est constituit pntum passionis fm autem ꝙ prædicatur de eo a quo est. constituit pntum actionis. hæc ille. standum est in determinatione facta. Et ad pmum dictum. b. Tho. dicendum est ꝙ non uerificatur nisi cōnotatiue uel consecutiue. ex eo. n. ꝙ denominant denominatione extrinseca consurgit respectus inter denominans & denoīatum. qui tamen respectus non significatur ab hmōi pntis. aliud est. n. significare, & aliud cōnotare, sicut accidens concretum connotat subiectum. sed nō significat ipsum.

Ad authoritatem authoris sex pncipiorum. dico ꝙ non est acceptanda in hoc. qm non posset saluari, quia esset motus primo & per se ad relationem.

Ad instantiam fundatam super tractatū de rlone, dico ꝙ ille trac. non est. b. Tho. Nam si difficile est saluare rlonē realem fundatā in re absoluta, ut declarauimus in. q. 22. huius lib. multo minus posset saluari ea quæ fundaretur super aliam rlonem, & ppterea illa positio non est sustinenda a uero Thomista. Et confirmatur, qm. b. Tho. in. 12. metaph. exponens tex. 19. in quo Aris exemplificat de suba & de ad aliquid. dicit. Ea quæ sunt ad aliquid. remotiora uident esse a suba q̄ alia genera, eo ꝙ sunt debilioris esse. Vnde & subæ inherent mediantibus aliis generibus. s. absolutis si inherent substantiæ mediantibus aliis generibus absolutis. signum ē quod non fundantur nisi in generibus absolutis. Hæc de psenti quæsito dicta sint.

Expliciunt quæstiones super quintum metaph. Fratr. Chrisosto. Iauelli Canapicii ordi. prædi. philosophiæ & sacre Theologiæ professoris.

Incipiunt qõnes eiusdem super. 6. lib. metaphy.

In hoc sexto lib. pertractanda sunt dubia infrascripta.

1 Si ens inquantum ens habet principia & causas.
2 Si solus metaphysicus considerat quod quid est subiectorum scientiarum particularium.
3 Si textus s̃m translationem arabicã potest saluari ĩ quo sic habetur. & ipsa. s. physica speculatur de ente quod impossibile est moueri.
4 Si aliquis actus intellectus potest dici praxis.
5 Si scientia practica, est practica ex obiecto uel ex fine.
6 Si omnis scientia est practica uel speculatiua.
7 Si tantum tres sunt scientiæ speculatiue.
8 Si omnes speculatiue, sunt nobiliores oĩbus practicis.
9 Si de ente per accidens potest esse scientia.
10 Si de mundo inferiori datur aliquis effectus cõtingẽs.
11 Si a causa proxima, effectus contingens habet contingentiam.
12 Si effectus contingens, dum est fit contingens.
13 Si ens uerum excluditur a metaphysico.

QVAESTIO PRIMA.

Si ens inquantum ens habet principia & causas.

PRINCIPIA ET CAVSAE QVAERVN tur entium, palā aūt quia inq̄tum entia. Tex. 1.

IN HAC qōne quatuor agē da sunt. Primo declarandum est, quid intēdit pħs p pncipia & cās. Scdo declarandum est in quo sensu. ens inquantum ens, habet pncipia & cās. Tertio ponetur conclusio rñsiua. Quarto soluētur quædam argumenta.

Quantum ad pmum aduertē, q Arist. p pncipia & cās ītendit oē qđ pōt esse ueræ medium ad demonstrandum aliq̄ passionem de subo oē aūt tale habet rōnem pncipii formalis, saltem fm nrm modum cognoscendi, qđ iō dico, qm si ē medium a pori habet rōnem pncipii formalis ex nā rei ut qñ p qđ quid est trianguli demōstro ipm hēre tres angulos equales duobus rectis si aūt est medium a posteriori ut qñ ī nālibus demonstro cām p effectū habet rōnem pncipii formalis fm nrm modum cognoscendi, necesse est. n. oēm cōclonem ex aliquo pncipio deducere a quo licet non semper pendeat fm esse. pendet tñ fm cognōnem, cum oīs demonstratio pcedat a notiori ei cui fit demonstratio ex quibus sequitur q cum demonstro in nālibus aliquid de cā p suū effectum, effectus ut sic est cā formalis fm rōnem suæ cāæ in demonstrando. & id consonat doctrinæ. b. Tho. exponētis ppositum tex. in. 6. metaphy. ubi inquit, oīs scīa intellectua

lis,siue sit solum circa intelligibilia ut scia diuina,siue circa imaginabilia ut mathematica, siue circa sẽsibilia ut nãlis siue ẽt ex vĩbus pncipiis ad pticularia pcedat in quibus est opatio ut sunt sciæ practicæ semp oportet q talis scia sit circa pncipia & cãs quæ quidem pncipia aut sunt certiora quo ad nos sicut in nãlibus quæ sunt ppinquiora sensib⁹ aut simpliciora & pora sm nãm ut in mathematicis hic ille ex qb⁹ constat,qꝫ in oĩ scia illa ex quibus pcedimus ad conclones sunt pncipia & cãæ in illa scia, constat aũt q in nãlibus ex effectibus pcedimus effectus igitur habent rõnem principii & causæ in demonstrando causas suas.

Quãtum ad scdm aduerte,q ens inqtum ens & sumptũ in illa vĩtate,qua est subm metaphysicæ. De qua vĩtate iã ptractauimus in.1.lib.in.q.1.non habet pncipium effectiuũ nec mãle nec formale pprie sumptum,nec finale ad qd ut ad quid melius ordinetur.alr qdlibet cõtentum sub ente ut est subm metaphy.hẽret hmõi pncipia p illud pncipiũ. Qd conuenit alicui tali inqtum tale,conuenit oĩ tali. cõstat aũt ꝯñs esse falsum,qm ut diximus in.1.lib. Prima cã continet sub ente ut est subm in metaphysica?& tñ illi nõ est assignabile pncipiuum effectiuum,cum sit pmum ens & cã oĩs entis,nec pncipium mãle uel formale cum sit oĩno simplex, nec pncipium finale ad qd ordinetur cum ad ipsam ordinẽtur oĩa ut declarabimus in li.12.Cum ergo dicit pħs q pncipia & cãæ quæruntur entium inquãtum entia p cãs & pncipia entis qd est subm in metaphysica intendit media qbus pbãtur pprietates entis de ente,quæ ut sic possunt dici cãæ & principia formalia in cognoscendo.

His pnotatis ponitur conclo rñsiua,ens inquãtum ens habet pncipia & cãs pbatur cuiuscunqꝫ sciæ subiectum habet pncipia & cãs ut declarauit Arist.in.1.poster.ex quibus demonstrantur quæ demonstranda sunt de subiecto & mõ cõuenienti unicuiqꝫ sciæ s.uel a pori uel a posteriori. Sed ens inquantum ens ut stabilitum est in.4.li.metaphy. est subm in ea ergo habet pncipia & cãs.Præterea pħs in.1.tex.hui⁹ sexti pbat inductiuæ,oẽm sciam pticularem cõsiderare pn

cipia & cās sui subiecti, qđ ergo cōe est oī sciæ non est negā dum a metaphysica. Habet igitur ens inquantum ens cās & principia modo quo declarauimus.

Ex hac conclōne sequitur corollariæ p̄mam cāmvt cadit sub consideratione metaphysici hēre cās & p̄ncipia formalia apud intellectum nřm quæ sunt uel conceptus uel effect⁹ primæ cāæ ex quibus aliqua de ea demonstramus ut magis manifestabitur in lib. 12.

Quantum ad ultimum p̄positum, aduerte q̇ duo uident obstare prædictæ determinationi factæ.

Primo quia vř repugnare pfectiōi vľi p̄mæ cāæ qđ hēat p̄ncipia. Repugnat. n. p̄mo principio hēre p̄ncipiū ut patet.

Rñdet, licet primo principio totius entis repugnet hēre principium in gñe entis, qm̄ ut sic esset aliquid prius eo, tñ comparando ipm ad itellectum nostrum in rōne cognoscē di, non inconuenit assignare sibi principium, & est illud a q̄ incipit nostra cognitio de prima cā, qđ quidem. ſm rem est posterius. utpote effectus illius, ſm cognōnem aūt nostram est prius. quoniam prius cadit in nostro intellectu quam co gnitio primæ causæ.

Sed cōtra. Si primæ cāæ competit principium ſm rōnē, licet non ſm rem. ergo non erit oībus modis primū, plus ē. n. esse primum ſm rē & ſm rōnē q̄ tm̄ ſm rem. ergo &c.

Rñdetur. nego ꝯñtiam. ad ꝓbōnem dico q̇ esse primum ſm rem & ſm rōnem ex pte rei intelligibilis, plus est q̄ ſm esse primum solum ſm rem. sed esse primū ſm rem & ſm rōnem ex pte rei intelligibilis. non aūt ex pte nostri intelle ctus qui plerūqꝫ accipit cognōnem a posteriori non minuit oīmodam primitatem conuenientem primæ cāæ qm̄ prio ritas rōnis sumpta ex pte intellectus nostri. ꝯuenit ex debi litate ipsius intellectus. Hæc de pn̄ti quæsito dicta sint.

Qō. 2. Si solus metaphysicus considerat qđ quid est subiectorum sciarum specialium.

Nec de ipso quodquidest. ullam faciunt mentionem. Tex. 1.

PRO resolone huius quæsiti quinq; agenda sunt. Primo declarabitur titulus. Scdo ponetur distō de p̃tis, quæ ingrediuntur ipm qđ quid est. Tertio ponentur conclones responsiuæ. Quarto extrahetur quoddam corollarium. Quinto soluentur quædam argumenta.

Quantum ad primum aduerte primo quid significet ly quodquidest. secundo ly scientiarum specialium.

Qđquidest ut declarauimus in nostra epito. in. 7. meta. cap. 3. apud logicum est idem qđ rei diffō, apud metaphysi. est signatum diffōnis. Hmōi aūt signatum ē rei essentia siue quidditas sumpta in concreto, puta qđquidest hois est esse aīal rōnale. nam esse aīal rōnale, est id qđ est hō. Dico aūt in concreto, qm̄ si sumatur quidditas hois ī abstracto. puta humanitas non p̃tur in recto de hoie, sed habet rōnem principii formalis. Qđquidest aūt p̃dcatur in recto de eo cuius est, qm̄ est id qđ r̄ndemus ad interrogationem factam p quid. Et ppea quidditas sumpta ī abstracto nō est ipm qđquidest. In titulo igitur quæsiti, sumitur qđquidest tam p diffōne q̃ p signato diffōnis. utroq; .n. mō ptractatur a metaphysi. Nā ut diximus in epitomi in. 7. meta. consideratur in lib. 7. mō logico. & in lib. 8. mō reali. Sciæ spāles. non dicuntur quasi distinctæ spē sed quia spāl'r cōsiderant de ente, & nō vl'iter, Considerare aūt spāl'r de ente, est considerare tm̄ de vna p̃te entis subiectiua. puta de ente mobili. de q̃titate continua. de quantitate discreta &c. Iuxta quā considerationem distinguuntur physica. geometria. arithmetica. Considerare autē de ente vl'iter est considerare de ente inquantum ens, ex cōsequenti de oī ente inquantum ens, & de primis passiōibus entis, quæ de oī ente uerificantur saltem disiunctim, iuxta quā considerationem distinguuntur metaphy. & logica ab oibus aliis. In titulo igitur sumitur ly spālium, pro scientiis considerantibus p̃tem entis, quæ solent appellari ab Arist. ut patet in. 4 meta. tex. 1. sciæ in p̃te. i. particulares.

Quantum ad scđm aduerte, q̃ sumendo qđquidest p diffōne, cum diffō constet ex multis p̃tis ut declaratur in. 7. meta. hmōi p̃ta sunt duplicia, quędā cōissima, ad quæ unū-

quodq; tandem resoluitur, sicut oĩa complexa, ad primum principium complexum. Cõissima aũt sunt ipsa transcẽden tia, actus & potentia, necessarium & contingens finitum & infinitum, substantia & accidens, mãle & imãle &c. Quædã aũt sunt ꝓpria & ꝑticularia quæ complent ipsam diffõnem faciuntq; eam conuertibilem cum diffinito, sicut est proprium genus cum propria differentia.

Quantum ad tertium ponuntur tres conclõnes rñsiuæ.

Prima. Sciæ spãles non considerant q̃dquidest suorum suborum, quo ad p̃ta cõissima, quæ sumũtur in q̃dquidest, ut ꝑma gñia, ꝓbatur, eiusdem sciæ est cõsiderare q̃dquidest quo ad p̃ta cõisima, & considerare ipsa p̃ta cõisima ut patet, sed nullius sciæ spãlis est cõsiderare p̃ta cõissima, qm̃ cũ consequantur ipm̃ ens sicut transcendentia, & actus & potẽtia &c. est illius sciæ considerare hæc cõissima, quæ conside rat ens inq̃tum ens. Hæc aũt est sola metaphy. ut dictum est in lib 4. tex. 1. ergo &c.

Scd̃a. sciæ spãles considerant q̃dquidest suorum suborũ, quo ad p̃ta ꝓpria & ꝑticularia, quæ sunt ꝓprium gen⁹ & ꝓpria dr̃ia, uel aliquid loco eius. ꝓbatur. Hoc non ꝑtinet ad sciam metaphy. ergo ad scias spãles, ꝯñtia nota, antecedens ꝓbatur, si metaphy. consideraret ꝓpria gñia & ꝓprias dr̃ias quibus constituuntur & distinguuntur rerum quidditates, ergo consideraret quidditates rerum in ꝑticulari, cuius oppositum manifestum est in. 1. lib. nam cum metaphysica cõ sideret prima prædicata, si consideraret etiam propria tũc aliæ scientiæ essent superfluæ.

Tertia. licet sciæ spãles considerent p̃ta ꝓpria ingredien tia ipm̃ q̃dquidest suorum suborum, tamen dictum p̃bi dicẽ tis, de ipso q̃dquidest nullam mentionem faciunt adhuc ue rificatur, nam ad p̃rorum ꝓpriorum cognõnẽ ꝓcedere nõ possumus, nisi ex cognõne ꝑmorum & maximæ vl̃ium, in quibus uirtualr̃ totum q̃dquidest continetur, sicut continet tota scĩa uirtualr̃ in ꝑmis ꝑncipiis complexis, cum igitur solus metaphysicus consideret cõissima prædicata, in quibus totum quodquidest continetur uirtualiter, uerum est dictũ

pbi non absolutæ, sed in sensu dicto.

Quantũ ad quartum aduerte, q̃ p.b., Tho. in expõne huius pmi tex. clare hẽre possumus q̃ medium in demonstratione non est quid nõis ut quidam Thomistæ minus cõsiderantes, & in hoc ad uiam Egidii declinantes posuerunt, sed illud est quid rei, nam ex. b. Tho. exponente hẽmus q̃ illud quid, qd a metaphysico cõsideratur, est medium in demonstratione, sed quid rei & non solum quid nõis cõsideratur a metaphysico, cum sit cõsiderans rerũ quidditates, ergo &c. Et illud idem quid præsupponitur in qualibet scientia spãli de suo subiecto, sicut & quia.

Quantum ad quintum aduerte, duo argumenta apparẽtia contra determinationem huius quæsiti.

Primo, quælibet scĩa habet considerare principia & cãs sui subi, ut p eas demonstret passiones pprias de subo, sed pncipia & cãæ p quas passiones demonstrantur sunt ipsum qd quidest. ergo quælibet scĩa considerat qd quidest sui subiecti, & non solus metaphy. maior est pbi in hoc. 6. libr. in tex. 1. minor est nota ex. 1. poster.

Rñdetur. aliud est cõsiderare qdquidest, & aliud est quærere ipm, nã considerare pprie est uenari aliquo ex illis modis quibus uenari põt, siue compõne, siue diuisione, quærere aũt est conari ut hẽatur siue inuestigatum ĩ eadem scĩa, siue ĩ alia. Ad argm̃ dico q̃ licet quælibet scĩa indigeat qdquidest sui subiecti ut p illud demonstret passiones de subiecto, non tamen est necesse q̃ uenetur ipm, sed qd habeat uenatum ĩ alia scĩa puta in metaphy. unde dicit pbs in. 1. tex. huius. 6. lib. q̃ scĩæ spãles, aut accipiũt qd quidest manifestatũ sensu, aut supponunt ipm. s. uenatum in alia scĩa. Nego ergo q̃libet sciam considerare. i. inuestigare quodquidest sui subiecti nec hoc dicit pbs, sed sufficit q̃ eo utatur.

Scdo, physicus inuestigat quid est aĩa, & nã & motus & mathematicus, quid sit linea, quid supficies & figura &c. ergo non solus metaphysicus considerat quodquidest.

Respondetur dupl̃r, pmo quando dicit pbs q̃ scĩæ spãles nullam faciunt mentionem de quodquidest, intelligendum

est de suo pmo & adequato subiecto. De illo.n.ex.1. poste. supponitur quid & quia, de aliis aũt contentis sub adequato subiecto, non inconuenit inuestigare quid. Cõstat aũt ꝙ nã & motus & aĩa non sunt adequatum subiectũ in physica.

Dicitur scđo. ꝙ non inconuenit in scĩa spãli inuestigare qđ quidest subiecti adequati, quo ad pta ꝓpria, quantũ autẽ ad pdicata cõissima, accipit a metaphysico. Vñ diffõ de aĩa inuestigatur hĩtu metaphysico inquantum est actus pmus, & hĩtu physico, inquãtum est corporis physici &c. Idẽ dico de nã inquantum est pncipium, & de motu inquantum est actus &c. Aliam ẽt responsionem dedi in qõnibus nrĩs sup libros de aĩa, in.q qua quæritur, si aĩa est subiectum in lib. de aĩa, uide eam. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Qõ. 5. Si tex. sm translationem arabicam põt saluari, in quo sic hẽtur, & ipsa.s. physica speculatur de ente, qđ impoẽ est moueri, tex. 1. Textus aũt noster sic habet, physica theorica quædam est, sed theorica circa tale ens qđ est poẽ moueri.

CIRCA repugnantiam horum textuum aduerte ꝙ si ly tale ens, sumatur ꝓ subiecto adequato physicæ, non põt saluari tex. arabicus. Illud.n. est ens mobile ut ẽt dixit Cõmen. in. 4. meta. cõmen. 1. Sed de ente mobili falsum ẽ dicere, qđ est impoẽ moueri, si aũt ly tale ens, nõ sumatur ut est subiectum sed ꝓ aliquo ente de quo tractat physicus, puta de pmo motore, de forma, de aĩa, quæ licet sint pncipia motus, non tamen sunt p se & essentiaľr mobilia, sic põt saluari tex. arabicus, & in hoc sensu Cõmẽ. saluat tex. arabicum, nam cõmentans inquit. Et intendit p hoc qđ dixit, formam & aĩam, sunt.n. ĩmobiles p se & essentiaľr. Tu tamen aduerte, ꝙ ipse Cõmen. sup hunc tex. dubitauit, an deberet sic legi, qđ non est impoẽ moueri, uel sic qđ est impoẽ moueri, nam si legatur. 1. mõ, cõphenduntur oĩa quæ cõsiderat scĩa nãlis. Si aũt legatur. 2. mõ exponitur de forma & aĩa, quæ licet sint ut diximus pncipia entis mobi-

lis, tamē sunt ſm ſe imobiles & eſſentialr, uerba aūt Cōmē. ſunt iſta. Et ſi fuerit lectus iſte locus ſic, & de ſubſtantia quæ impoſſe eſt moueri, addito illo aduerbio non, tūc poterim⁹ intelligere ex eo, oīa de quibus conſiderat ſcia nālis, ſed in libris a quibus correximus iſtum librum quem gloſamus, inuenimus ſiue nōn, hæc ille. Pro præſenti quæſito difficultas alia non occurrit.

Qō. 4. Si aliquis actus intellectus pōt dici praxis.

Quare tres erunt pħiæ theoricæ mathematica physica, theologia. Textu. 2.

ANTEQVAM aſſignemus numerum ſciaꝝ ſpeculatiuarum ut diſtinguuntur a practicis, quædam pcedentia conſideranda ſunt, & pmo ſi aliquis actus intellectus pt dici praxis. Pro cuius euidentia tria āgēda ſunt. pmo declarandum eſt quid ſit praxis ꝓprie dicta & ſpeculatio, ſecundo reſpondebitur quæſito, ſm uiam noſtram. tertio defenſabitur uia noſtra contra impugnantes.

Quantum ad pmum aduerte, ꝙ praxis ꝓprie eſt operatio rſabilis & dirigibilis per hītum practicum. Talis aūt operatio in uia. b. Tho. eſt actus alterius potentiæ ab intellectu, nālr poſterior intellectione, natus conformiter elici intellectu recto, ut ſit actus rectus. primo dicitur ꝙ eſt actus alterius potentiæ ab intellectu, qm ex. 3. de aīa, intellectus extēſione fit practicus, ſed ſtando pciſe in actibus intellſs, nō extenditur intellſs, qm extendere eſt extra ſe tendere, neceſſe ē igitur ad hoc ꝙ intellſs ſit practicus, reſpiciat actum alterius potentiæ rſabilem p ipm intellm, & ille actus ꝓprie eſt praxis, ex quo ſequitur ꝙ cum uoluntas moueatur ab intellſu finalr & directiuæ, praxis ꝓprie erit actus uoluntatis elicit⁹ aut īperatus, ſcd'o dicitur nālr poſterior intellectione. Hæc condō ſequitur ex pma, nam ſi praxis eſt actus uolūtatis regulabilis ab intellectu comparatur ad intellectioné ſicut regulatum ad rſam ſuam. Rſatum aūt ſupponit rſam; ergo ē nālr poſterius eā. tertio dicitur natus conformiter elici &c. Hæc condō ſequitur ad ſecundam, quoniam regulatum eſt

aptum conformari regulæ suæ, ut sit rectum.

Speculatio autem ut distinguitur contra praxim ,pprie dictam est actus solius intellectus non ordinatus ad aliquã operationem alterius potentiæ ab intellectu regulandam , sed est gratia ipsius scire.dr actus solius intellectus , qa ipsæ solus est potẽtia speculatiua.ergo solius est speculatio, sicut solius uisus est uidere, qa solus est potentia uisiua . Dicitur non ordinatus ad aliq̃ operationem alterius potentiæ regulandam.nam dato q ordinaretur ad regulandũ aliam operationem intellectus.propter hoc non perdit quin sit speculatio licet remisse.Vnde licet syllogizare sit ordinatum ad regulandum intellectum in acquirendis scientiis tamen nõ est extra genus speculationis omnino.

Quantum ad secundum aduerte q in uia Thomistica talis fit distinctio.Actus intellectus dupl'r cõsideratur . Primo quo ad specificationẽ quam trahit ab obiecto . Secũdo quo ad exercitium, & ut sic subiicitur imperio uoluntatis . Mouet.n.uoluntas intellectum ad intellectionem. Et ipsa intellectio licet sit elicitiue ab intellectu , tamen ut imperant a uoluntate, potest dici actus uoluntatis quo ad imperium.Ex hac distinctione eliciuntur duæ conclusiones . Prima nullus actus intellectus.quo ad specificationem est praxis. quoniã ut sic est intrinsecus intellectui, oĩs aũt praxis ut sic est alterius potentiæ ab intellectu.ergo &c.Secunda non inconuenit actum intellectus quo ad exercitium esse praxim ꝭm qd quoniam ut sic est imperatus a uoluntate, & ut imperatus potest dici actus uoluntatis.ergo ut sic est alterius potentiæ ab intellectu, & cum omnis actus uoluntatis siue elicitus siue imperatus sit regulabilis per ipsum intellectum sequitur q non inconuenit actum intellectus quo ad exercitium esse praxim ꝭm quid.Dico ꝭm quid, quoniam ad praxim simpliciter requiritur q sit actus elicitus a uoluntate.aptus con formari rõni recte pro quanto est regulabilis ab intellectu . ex quo sequitur q nullus actus imperatus a uoluntate siue sit actus intellectus.siue alterius cognoscitiue potentiæ tam exterioris quam interioris potest dici prima praxis. Ad quæ

situm igitur absolute respondendo, dicendum est in uia nostra, q nullus actus intellectus, etiam si sit regulabilis per alium actum ipsius intellectus potest dici praxis essentialiter, sed tantum sm quid i. quo ad exercitiū. & prout subest potestati uoluntatis. qm non sit intellectus practicus essentialiter. nisi inq̄tum est regulatiuus alicuius actus. ad quē extra se extenditur. non aūt se extendit extra se respectu actus ipsiusmet intellectus. quare &c.

Quantum ad tertium aduerte q Io. Bac. in. 1. sent. q. 4. ꝓlogi. arti. 2. tenet omnino oppositum huius determinationis. Dicit. n. duo primo q praxis quidditatiue & essentialiter est operatio intellectus, qua dictat aliquid agendum. uel fugiendum. secundo q nullus actus uoluntatis siue elicitus siue imperatus. pertinet essentialiter ad praxim, sed antecedenter aut consequenter. Et p̄mum quidem sic declarat, sicut habitus practicus distinguitur contra speculatiuum per hoc q generaliter est circa scibile operabile speculatiuus autem circa scibile præcise. ita proportionaliter operatio practica, quæ uocatur praxis, accipitur pro omni operatione intellectus qua considerat scibilia ut operabilia, & quia in intellectu sunt multi hmōi actus, ut considerare qūo debemus consulere præcipere, uitare tale periculum. qūo edificare. qūo scribere &c. ideo sunt proprie & essentialiter praxes. Et hanc suam opinionem sic probat Aris. in. 6. ethi. enumerans habitus itellectuales. unicuiq; attribuit ꝓpriam operationem intellectualem, aliter habitus hmōi nihil nobis conferrent, ergo sicut habitui speculatiuo conuenit speculatio sic habitui practico conuenit operatio intellectualis prætica puta prudentie conuenit bene consiliari & bene percipere, & arti dirigere circa factibilia, sed operatio practica est ipsa praxis. ergo praxis essentialiter est operatio intellectus. Et confirmatur quoniam in. 3. de anima dicit Aris practicus ītellectus differt a speculatiuo fine, quoniam practicus rōcinatur quid fugibile & quid prosequibile. Speculatiuus autē nihil dicit de fugibili & prosequibili. sed ratiocinari de fugibili & prosequibili est intellectualis operatio practica, er-

go est praxis, quoniam pro eodem sumitur opatio practica & praxis.

Secundum autem sic declarat, quando uoluntas imperat intellectui ut consideret & dictet de aliquo, an sit agendum, & qũo & quando uel sit fugiendum & qũo & quando & quo fine &c. illa operatio intellectus quæ est praxis essentialiter, dr̃ esse antecedenter uoluntatis. quoniam nisi uolũtas imperaret, nõ poneretur in esse. & hoc est pertinere praxim ad uoluntatem antecedenter, & dispositiue & generatiue. non autem essentialiter. Quando autem uoluntas acceptat & eligit id qđ est dictatum & conclusum per intellectũ de agendo uel fugiendo, dicitur illa operatio intellectualis practica, petinere cõsequenter ad uoluntatem, prout iam dictatum acceptat. sed ex his non potest concludi, q̃ praxis essentialiter ad uoluntatem pertineat. nam sicut multa ad actũ ĩtelligẽdi ꝯcurrũt, puta sẽsus exterior, & ĩterior & phãtasma & species, quæ tamen non sunt essentialiter ipsa intellectio, sic accidit in ꝓposito. & q̃ ad praxim proprie dictã, non pertineat essentialiter aliqua operatio uoluntatis, neq; elicita neq; imperata, sic probat. quod est præter actum uoluntatis, habet quidditatem suam excluso omni actu uoluntatis. Sed sic est de praxi. ergo &c. maior patet. minor autẽ sic ostenditur. nam Commenta. in. 2. metaph. commen. 3. loquens de habitu practico ut distinguitur a speculatiuo dicit. Scientia. n. operatiua quamuis utatur rõcinatione, & speculetur de causis, tamen non est digna uocari speculatiua, quia non perscrutatur de causis rerũ nisi ut scientes eas agãt & non ut sciant. sicut est in scientiis speculatiuis. Ecce hic loquitur de operatione practica quæ est praxis, & uocat eam ratiocinationem. & tamen nullã facit mentionẽ de uolũtate. ergo datur praxis quidditatiue. excluso actu uoluntatis.

Sed hæc imaginatio Ioã. Baco. fundatur in falso. quoniã credit operationem practicam & praxim proprie dictam esse idem conuertibiliter. quod non est uerum. nam operatio practica duplex est primo ea quæ est ab habitu prædicto, & comparatur ad ipsum sicut actus secundus ad primum, ut

considerare ad scientiam. & dicitur intellectio vel conside ratio practica, & denominatur ab habitu practico, sicut cale facere a calore. secundo ea quæ regulatur ab habitu practico mediante consideratione uel ratiocinatione practica uer bi gratia. Actus uoluntatis in principe quibus mouet quem libet subditum ad operandum iuxta ꝓpriam uirtutem, regulanē noticia & scientia politica existente in intellectu principis mediante intellectione qua intellectus considerat quō & quales debent esse actus motiui subditorum in uoluntate principis. Primo modo non dicitur operatio practica quia sit praxis, sed quia est a scientia practica. & denominatur ab ea, sicut effectus a causa. Secundo modo concedo ꝙ sunt idem. nam secundo modo dicitur operatio practica quæ est regulata per scientiam practicam. mediante consideratione practica & hæc est uera praxis, & est actus uoluntatis ut diximus supra. Ex his patet ꝙ rationes Ioā. baco. non conclu dunt nisi de operatione practica sumpta ꝑmo modo quam nego esse praxim, ut declaraui. Vnde ad primam rationem concessa maiori, nego minorem qua dicit, sed operatio practica est ipsa praxis. Et ad confirmationem. concesso ꝙ rōcinatio de prosequibili & fugibili sit intellectualis operatio practica, non tamen conceditur ꝙ sit praxis quia non ē practica nisi primo modo. Ad secundam nego minorem. Ad ꝓbationem ex dicto Commenta. dico ꝙ non aliud cōcludit: nisi ꝙ ratiocinatio quæ fit per scientiam practicam est operatio practica primo modo, quam nego esse praxim ꝓprie dictam. De suis declarationibus tam pro primo quam pro secundo dicto, non curamus. dicimus. n. primam esse uerā, sed ex ea non potest concludi uera praxis ex diſtōne quam dedimus. Secundam autem recusamus. nam admisso ꝙ intellectio practica antecedenter pertineat ad uoluntatem vt imperatur. & consequenter ut acceptatur ex hoc tamen nō habeī quod ut est operatio intellectus practici sit essentialr praxis, imo ē praxis solū quo ad exercitiū. uera aūtpraxis ē aliquis actus uoluntatis elicitius, regulatus uel regulabilis ꝑ habitum practicum mediante consideratione practica. Hæc

de præsenti quæsito dicta sint.

Quæstio. 5. Si scientia est practica ex obiecto uel ex fine.

POSTQVAM inquisiuimus si aliquis actus intellectus potest esse uera praxis, inquirendum est. unde habet scientia ꝙ sit practica, an ex obiecto. an ex fine. Pro rōne quæsiti tria agenda sunt. primo ꝑponetur quædam distinctio. Secundo ponentur duæ conclōnes respōsiue tertio defensabitur determinatio nostra.

Quantum ad primum, aduerte ꝙ scientia potest esse practica dupl'r, primo in habitu siue uirtualiter. secundo in actu simpl'r & complectiue. tamen practica in habitu quæ licet non actu ordinetur ad opus nec ex ꝓposito, tamē ordinabilis est, sicut ille qui addiscit scientiam medendi non tamen intendens mederi, dicitur practica actu & complectiue, quæ ex modo considerandi & ex ꝓposito ordinatur ad opus sicut ille qui addiscit scientiam politicam intendens gubernare ciuitatem.

Quantum ad secundum sit prima conclo scientia habet ex obiecto solo, quod sit practica habitu probatur. Omnis scientia ex. 6. metap. tex. 1. aut practica aut speculatiua. Speculatiua ſm pħm ibidem exemplificans de physica est circa rem cuius principium motus est sibi intrinsecum. Naturalia enim circa quæ est physica, habent in se principium motus. Actiua autem & factiua, quarum utraqꝫ dicitur practica. i. operatiua, est circa rem cuius principium est in ipso operante, siue tale principium sit intellectus, siue ars, siue aliqua alia potentia. ergo ſm pħm in dicto textu, practica distinguitur a speculatiua ex obiecto, sed ab eodem res habet esse & distōnem. ergo sicut distinguitur a speculatiua ex obiecto, sic habet ꝙ sit practica habitu ex obiecto. Præterea. Scientia practica distinguitur a speculatiua quia per practicam potest attingi uel acquiri uel ꝓduci obiectum circa quod est per speculatiuam autem solum cognosci ergo sicut speculatiua habet ex obiecto, ꝙ sit speculatiua sic practica habet ex obiecto ꝙ sit habitu practica.

Secunda conclusio. Scientia non est practica actu simpliciter & completiue ex solo obiecto, sed ex modo considerandi & ex proposito operandi. Pro cuius euidentia aduerte ꝙ obiectum scientiæ practicę tripliciter potest considerari. Primo quo ad prædicata diffinitiua & suas proprietates, ut quando considero quid est uirtus moralis, & in qua parte animæ est subiectiue & quō diuiditur in species. Secūdo quō acquisibile aut producibile sit, ut qñ considero quibus actibus acquiritur iustitia, & quō expellit suum oppositum & quō perficit habentem, & opus suum ergo quando proponimus in animo & deliberamus applicare hmōi noticiam ad operationem ut ad finem ad quem ordinatur noticia p̃ctica. His propositis dico ꝙ non ex prima consideratione, sed ex secunda & tertia simul iunctis est actu & completiue practica, & quidem ꝙ non ex prima patet. quoniam ex eo quod est cōmune sciētiæ practice & speculatiue. non Sortitur practica ꝙ sit practica actu & completiue. sed potiusꝙ sit speculatiua ex modo considerandi speculatiuo, licet non ex obiecto. Sed considerare obiectum quo ad prædicata diffinitiua & suas proprietates est cōmune speculatiue & practice. ergo &c. Quod autem ex secunda & tertia simul. probatur nam Arist. ubicunq; ponit differentiam inter habitū practicum & speculatiuum, asignat differentiam non solū per obiectum sed ultimate per finem, quæ est operatio. Unde in secundo metap. tex 3 inquit. Nam theoricæ finis est ueritas & practice opus, ubi inquit Commenta. practica nō perscrutatur de causis & diffinitionibus rerum, nisi ut scientes eas agant. & in. 2. ethi. uolens probare moralem phīam esse practicam. inquit. Morale negocium non est contemplationis gratia, non enim perscrutamur quid sit uirtus ut sciamus sed ut boni efficiamur. ubi & Commenta. inquit. Non est intentio nostra in hoc libr. perscrutari quid sit uirtus ut sciamus sed ut operemur eam, & simus boni. Et in. 3. de anima. tex. 49. non assignat differentiam inter intellectum practicum & speculatiuum ex obiecto, sed ex fine. inquit enim. Intellectus qui practicus est differt a speculatiuo fm finem,

ubi dicit Commenta. Finis speculatiui est scire tantum opc ratiui est operari. Ex quibus omnibus patet ꝙ completa differentia inter practicum, habitum, & speculatiuum. non stat in obo solo, sed in mõ ꝯsiderandi ut opemur, & in ꝓposito opandi. Dico in ꝓposito opandi, qm̃ nõ est necesse ut qs actu operetur. aliter quotiens sciens cessaret ab opere, non persisteret scientia sua simplr practica, & quotiens iterum operaretur, totiens fieret simplr practica, quod est uanum opinari. Tenendũ est ergo ꝙ duo cõplent habitum practicum. s. obiectum operabile, & intentio opandi. ita ꝙ nullum horũ per se sufficit. Hæc est determinatio nostra.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ duo inter cæteros conantur impugnare determinationem nostram. Primus est Ioan. Baco. qui in. q. 4. prologi. in. 1. sent. in. arti. 1. duo dicit. & in primo discordat a nobis in secundo autem uidetur concordare. Primo dicit ꝙ ista quæstio. utrum habitus practicus distinguatur a speculatiuo ex obiecto uel ex fine nulla est licet multi ponderent eam, quoniam in practicis eadem ẽ ratio finis, & ratio obiecti, nam formalis ratio finis, est ratio boni, & hæc eadem est ratio obiecti in practicis. dicit. n. pħs i. 2. ethi c. 2. ꝙ scientia moralis non est ut sciamus sed ut boni efficiamur. & apud Comment. obiectum scientiæ moralis est melioratio totius hominis.

Secundo dicit ꝙ ad scientiam simplr practicam ista quatuor requiruntur per ordinem. primo ꝙ habitus practicus sit noticia & ratiocinatio de causis rei operabilis, ita tamen ꝙ hmõi ratiocinatio sit præcisæ propter ipsum agere & nõ propter scire. Vnde Commenta. in. 2. metaph. commen. 3. dicit ꝙ scientia operatiua non ratiocinatur de causis & diffinitionibus rerum nisi ut eas agant. Secundo ꝙ sit actualis dictatio intellectus de re agenda siue fugienda. tertio ꝙ uolũtas eligat quod ab intellectu dictatum est. quarto ꝙ uoluntas imperet prosequi uel fugere dictatum. Ex his autem quatuor dicit primum & secundum pertinere ad quidditatiuam rationem habitus practici, reliqua autem consequuntur siue complent.

Sed relictis his quæ dicit requiri ad scientia simplr practicam, quoniam non aduersantur aperte determinationi nostræ. respondendum est ad primum dictum suum. Aduerte igitur ꝙ obiectum scientiæ duplr accipi potest. primo pro eo circa ꝙ uersatur scientia, ut in physica obiectum est ens mobile in metaphysica ens ut ens, in medicina corpus sanabile. secundo pro eo quod est principaliter intentum a sciente. & a quod dirigit totum studium suum, ut physicus intendit scire causas & proprietates entis naturalis. Metaphysicus autem entis ut ens est, & quando sciens ad hoc peruenerit, quiescit desiderium suum. Quando igitur dicit Baco. ꝙ eadem est ratio finis & obiecti nego si sumatur obiectum p̃mo modo concedo autem si sumatur secundo modo, & probationes suæ ex dicto pħi & Commenta. procedunt de obiecto secundo modo, & non primo modo. Vnde quæstio nostra non est uana sed ponderanda. Quærimus enim si scientia practica est practica, ex obiecto primo modo uel ex fine .i. ex eo ꝙ ultimo intendit sciens practicus. quod est operatio qua attingit obiectum dictum primo modo, quod q̃dem ultimo intentum, est obiectum secundo modo.

Secundus est Ant. and. qui in. 6. metaph. q. prima tenet ꝙ practica est practica ex obiecto, & non ex fine. Et aduerte antequam adducam sua argumenta ꝙ non proprie uadit contra sensum nostrum. Credit. n. nos tenere scientiam practicā nullo mō eē practicā ex obō sed tm̄ ex fine, ꝙ tñ nō dicimus ut patet in prædictis. imo ꝙ radicaliter & p̃mo ē practica ex obiecto, complectiue autem ex fine. ita ꝙ esse practicum ex fine, supponit esse practicum ex obiecto. sicut posterius supponit suum primum. Ex his uidebis ꝙ argumenta sua nihil concludunt contra nos arguit igitur duplr primo si scientia dicitur practica propter extensionem ad finē quæro aut propter extensionem actualem, aut aptitudinalem, non primo modo, quoniam eadem scientia, etiam una die esset modo practica, puta quando sciens actu operatur & modo speculatiua, puta quādo cessat operari hoc autem uidetur absurdum. ergo erit practica secūdo modo tunc sic,

nunqnam

nunquam aptitudo conuenit uni naturæ nisi propter aliqd absolutum intrinsecum tali naturæ, quia enim natura est talis, conuenit ei talis aptitudo ergo præsupponitur in scientia aliqua conditio intrinseca propter quam conuenit ei talis aptitudo. Hæc aūt condō sciæ, est ab aliqua eius cā pore. Cāæ aūt pores eius, sunt intells & obm. ergo esse practicum conuenit sciæ ex intellectu & ex obo, non ergo ex fine.

Rñdetur. dico q est practica completiuæ pp extensionē ad finem, qui est in pposito & intētione scientis practici, dato q actu non operetur. & ad bonum sensum pōt finis intētus dici finis aptitudinalis, & cum arguitur, nūquam aptitudo &c. concedo, & cum infertur, ergo psupponitur in scientia &c, concedo totum usq3 ibi, ergo non ex fine. Hoc ultimum nego, qm̄ stat q ista aptitudo siue intentio finis fundetur in obo. nisi. n. obm esset opabile, non posset intendi operatio qua assequimur ipm obm, & tñ q scia practica quæ radicalr est practica ex obo ut ex cā pori, fiat simplr practica ex fine intento, non ergo ex solo obiecto, sed ex obiecto & ex fine, habet scia q sit simpliciter practica.

Scdo si finis facit sciam esse practicam, quæro aut finis iā hitus. aut cognitus, aut intentus, non pmo mō, quia ut sic ē effectus sciæ & posterior ea, effectus aūt non distinguit nec specificat suam cām. si scdo mō hr̄ ppositū, quia finis ut cognitus habet rōnem obiecti, non tertio mō, quoniam iā per argumentum præcedens improbatum est, dictum est enim q antequam finis intendatur, iam scia talis est.

Rñdetur. dico q est finis tertio mō acceptus, ad improbationem dico, q licet antequam finis intendatur, sit radicalr practica ex obiecto, non tñ est simplr practica, nisi post intētionem finis. Et hoc idem vr̄ sentire ipse in eadem qōne, nam rñdens ad pmam rōnem sic dicit Arist. ponit tres gradus intells, quorum pmus est, considerare tm̄ speculabilia. scds est, considerare agibilia in vl'i, non dictando psequi uel fugere. tertius est, iam psequi uel fugere, uel dictare psecutionem uel fugam in pticulari. Intells ergo exñs in secūdo gradu, in quo impfectæ est practicus, extēdit se ad tertiū, &

fit pfectæ practicus. Dicendo se uelle psequi uel fugere, ita q illa extensio est intell's impfectæ practici, ad consideratio nem pfectæ practicam, puta ab apphensione agibiliũ ad dictamẽ completum, de eis pcipiendo psecutionem uel fugã, hæc illæ. Ex quibus constat q & ipse sentit, ex sola cognõne obiecti agibilis, hitum esse practicum impfectæ, ex dictamine aũt & uolitione psecutionis uel fuge circa tale obiectum fieri pfectæ practicum, & hoc est q nos dicimus ex fine fieri completiuæ practicum. Hæc de pñti quæsito dicta sint.

Qõ. 6. Si ois scia est practica uel speculatiua.

IN HAC qõne tria agenda sunt. pmo si practicũ & speculatiuum sunt drĩæ essentiales hitus scientifici in cõi. secundo respondendum est ad quæsitum. tertio soluenda sunt quædam argumenta.

Quãtum ad pmum aduerte q practicum & speculatiuũ possunt sumi ex fine, & ex obiecto, si sumantur ex fine. practicum dicit respectum ad opus. Speculatiuum aũt dicit negationem talis respectus. si sumantur ex obiecto, practicum dicit condõnem intrinsecam ex nã rei ipsi obiecto, ex eo q est opabile, & sup quã fundatur talis respectus, ex eo. n. q obiectum sciæ practicæ est opabile, sequitur q est attingibile p opationem agentis practici. Speculatiuum aũt dicit cõdõnem intrinsecam ipsi obiecto ex nã rei ex eo q non est opabile, & sup quã fundatur puatio talis respectus ad op9, ita q sicut hitudo ad opus, consequitur obiectum inquantũ opabile, ita puatio huius hitudinis, consequitur obiectũ inquantum non est operabile sed tantum cognoscibile.

Posita hac distõne, dico q practicum & speculatiuum pmo mõ non sunt drĩæ essentiales hitus scientifici in cõi, quia rlõ uel respectus non est drĩa essentialis entis absoluti. Diuersorum. n. gñum diuersæ sunt spẽs & drĩæ sed hitus scientificus est ens absolutum, cum sit in pñto qualitatis. sed practicum sumptum ex fine, dicit respectum ut declarauimus, ergo &c. Silr speculatiuum sumptum ex fine, dicit puationẽ siue negõnem talis respectus. nulla aũt negõ uel priuatio pt

esse differentia essentialis entis absoluti. ut patet, ergo &c.

Practicum aũt & speculatiuum scđo mõ. i. ut sumuntur ex obiecto, sunt differentiæ essentiales hitus scientifici ĩ cõi. qm̃ quæ diuidunt aliqđ cõe, & sub quo essentialiter constituuntur spẽs illius cõis, sunt differentiæ essentiales. non. n. p differentiam essentialem possumus intelligere nisi diuisiuũ essentialiter alicuius cõis, & constitutiuum essentialiter aliquorum sub illo cõi, ex doctrina Porphirii in uniuersalib⁹; sed practicum & speculatiuum sumpta scđo mõ diuidunt essentialiter hitum scientificum in cõi & constituunt &c. Oĩs. n. scĩa uel ẽ de obiecto opabili, & sic est practica ex obiecto uel non opabili, & sic est speculatiua ex obiecto. ergo &c. Et aduerte q̃ ibi loquimur de hitu scientifico inuento lumi ne nãli, ut nõ intromittamus nos de scĩa diuinitus reuelata quæ una exñs ponitur in uia nostra practica & speculatiua.

Quantum ad scđm aduerte q̃ ex ĩmediate dictis constat oẽm scĩam humanam esse practicam uel speculatiuam, quia ut diximus uel est de re opabili, uel non opabili. ergo saltẽ ex obiecto, oĩs est practica uel speculatiua. Præterea. Dictõ intell's per practicũ & specu. sumiť ex scĩa practica & specu. Dicitur. n. practicus intell's, ut habet noticiam ordinabilem ad opus. Speculatiuus aũt opposito mõ. Cum igitur ex doctrina Arist. in. 3. de aĩa. Oĩs intell's sciẽs sit practicus aut speculatiuus, sic dicendum est ẽt de scĩa humana. Et ppea Auic. in pncipio suæ mẽta. ponit scĩas pmo diuidi per practicas & speculatiuas, & assignans earum differentias inquit. Speculatiuæ sunt illæ. in quibus finis est certitudo scĩæ & opĩonis. Practicæ uero sunt ille, in quibus pmum quærit perfici uirtus aĩæ speculatiua, per adeptionẽ scĩæ imaginatiuæ & creditiuæ, de rebus quæ sunt nostra opera.

Quantum ad tertium aduerte duo argumenta, quorum pmo pbatur. nullam scĩam esse practicam. 2. aũt pbať non inconuenire unam & eandem esse practicam et speculatiuã.

Ad primam negat cõsequentia. Ad ꝓbõnem dico ꝙ assumptum põt hẽre duplicem sensum primo ꝙ aliqua pas pfuerit, ita ꝙ ex se hẽret esse actu uel ex se existeret & sic nego assumptum, scđo ꝙ aliqua pars pfuerit non quidem ex se existens actu sed per formam pcedentem a qua actuabat. & post gñonem per formã rei genitæ & sic concedo assumptum, sed nego illam consequentiam si pfuit, ergo uerũ est dicere. Materia est. Hæc.n.consequentia non ualet, nisi cõcedatur assumptum in.1.sensu, in quo nos negamus ipm, & si arguatur ꝙ totum est, puta ignis genitus, ergo partes suæ sunt, inter quas est materia. ergo materia est. Respondetur concedo consequentiam, sed nego ꝙ partes sint eo mõ quo est totum, nam totum est ꝙ est. & est per se existens. partes aũt non sunt simplr, sed sunt in toto. Et ꝓpterea nego hãc. materia est, & concedo istam, materia est in toto, & nõ alr.

Ad scđam nego ꝯñam, ad ꝓbõnẽ nego ꝯñam, qm̃ ad hoc ꝙ aliqd sit gñabile, oportet ꝙ possit eẽ p se existẽs, uñ Aris. dicet ꝙ forma & materia non gñantur sed compositum, quoniam de eo ꝓprie uerificatur ꝓpõ de inesse de scđo adiacẽte nullo addito uel subintellecto. De materia aũt & forma uerificatur in hoc sensu. Materia est. s. in composito. idẽ dico de forma.

Ad confirmationem dico Cõmen. sic intelligere contra antiquos, qđ non est actu, est non ens. i. non est ens determinatum, cum hoc tamen stat, ꝙ sit ens interminatũ, quia est in potentia ad terminum. i. ad formam quæ terminat id cuius est forma, & tale ens est materia. Tenendum est igitur materiã ita esse in potentia, ꝙ nullo mõ est actu ex se, neq; in gñe existentium, neq; in gñe informabilium.

Sed contra pdicta insurgũt duo dubia.pmo si mã est ens in pura potentia.excludens oẽm actum tam obiectiuum q̃ exñtiæ,vr ꝙ non distinguatur actu a forma. Ois.n.distõ ui detur fieri p aliquẽ actum,quoniam ut dicet infra pħs, act⁹ est qui distinguit & separat.quare &c.

Pro solõne huius dubii,aduerte ſm doctrinam Grego.in 2.sen.dist.12.q.1.ar.1.ꝙ aliqua duo põt dici distincta actu duplr.pmo quia mutuo se negant,ita ꝙ unum nõ est alteꝶ & econuerso.scdo quia utrunq; est sepatum & discretum. ita ꝙ utrunq; habet pmum esse,nec constituunt aliqđ unũ. sicut sunt duo supposita.Ex hac distõne dico mãm distingui actu a forma.non quidem scdo mõ,sed pmo.Nã si scdo mõ ex mã & forma non fieret unum p se. qm ut sic tam mã q̃ forma essent completa entia in actu,nec hẽrẽt rõnem entiũ pticularium,sed ut duo supposita, ex his aũt impole ẽ fieri unum p se ut dicetur infra, ubi pħs concludet iõ ex forma & mã sit unum p se,q̃ alterum est actus,& alterum est po tentia.Qđ aũt pmo mõ sint actu distincta,pbatur sic.sumo subam compositam.cuius mã sit a.& forma sit b.constat a. & b.esse aliquas entitates,qm non entia,non põt esse partes componentes & a.non est b.Alr suba composita non esset composita sed simplex.Oẽ.n.compositum aliqua includit, quorum unum non est alterum.Tunc ultra a. non est b.er go est aliud a b.ergo diuersum,ergo distinctum,oẽs conse- quentiæ patent,quoniam ex.10.meta.tex.11.oẽ compara tum ad omne,aut idem aut diuersum.

Ad argm̃ igitur dico oẽm distõnem fieri p actum sumen do distõnem actualem scdo mõ,non aũt pmo mõ, ut nunc loquimur.Põt ẽt dici ꝙ in pposito fit p actum , non ꝙ mã dicat actum,sed quia ordinatur ad actum.

Scdo dubitatur.qm̃ si mã est ens in pura potentia,quæro de potentia mãæ.aut distinguitur a mã,aut non,si nõ ergo cum remaneat eadem mã sub forma gñanda, quæ fuit sub forma corrumpenda sequitur mãm adhuc esse in potentia ad formã abiectã a mã,qđ est falsum, qm̃ p agens nãle idẽ numero corruptum posset regñari.si sic,ergo mã compara

tur ad potentiam suam, ut subiectum ad formam, ex conse quenti, non est ens in pura potentia, sed quid aggregatū ex substantia materiæ & potentia sua.

Ad hoc dubium rñdebitur in lib. 8. ubi ex ꝓposito inuestigabimus, qũo se habet potentia ad mãm, an sit substãtia uel accidens, an distinguatur uel nõ, an dicat respectum uel absolutum. Hæc pro præsenti quæsito dicta sint.

Qõ. 6. Si p̃tã tantũ essentialia, constituunt qđquidest, substantiæ compositæ, ita ꝙ excludant oĩa p̃tã accidentalia, tam cõia quam propria.

Et primo dicemus quædam de eo logicæ. Tex. 11.

IN HAC .q. sic ꝓcedemus. p̃mo declarabimus quid p̃hs intendat per quodquidest. secundo ponemus conclusionem responsiuam. tertio soluemus quædam argumẽta.

Quantum ad p̃mũ aduerte, ꝙ uno mõ sumitur a logico. alio mõ a metaphy. nam a logico sumitur ꝓ diffõne indicãte rei nãm, data ꝑ genus & drĩam ꝓpriã. qualis est hæc. hõ est aĩal rõnale. A metaphy. aũt sumitur ꝓ sig̃nato diffõnis, qđ est ipsa quidditas, siue essentia rei sumpta in concreto, pu ta id qđ ex pte rei corñdet diffõni hoĩs, est qđquidest hoĩs metaphysicum. Dico aũt, sumpta ĩ concreto qm̃ qđquidest p̃tur in recto de eo cuius est quidditas autẽ in abstrasto non p̃tur in recto de eo cuius est, nõ. n. hõ est humanitas, nã ẽ id quo & non qđ est hõ. & qm̃ Arist. ꝓponit in tex. 11. loqui de qđquidest logicæ, iõ cõstat ꝙ sumit ip̃m ꝓ diffõne ꝑtractãs quæ p̃ta ingrediantur ipsum quodquidest.

Quantum ad scđm pono unicam conclõnem rñsiuã nul lum p̃tum qđ sit accñs cõe nec ꝓpriũ ingreditur qđquidest substantiæ sensibilis compositæ ꝓbatur sicut qđquidest sb̃æ sensibilis p̃tur essẽtialr̃ & quidditatiuæ de ea, sic & quælibet ps eius, qm̃ qđquidest indicat essentiam. Sed nullum accñs siue cõe siue ꝓprium, p̃tur essentialr̃ de substantia sensibili, qm̃ qđcunq; accñs dicit aliam essentiam ab essentia accñtis, ergo &c. Præterea, siue p̃tis ingredientibus qđquidest, non põt intelligi id cuius est. Sed sine p̃to sumpto ab accidente,

siue cõi siue ꝓprio, põt intelligi id cuius est, quoniam suba ẽ por accidente rõne & cognõne saltem confusa, ut determinatum est sup̃ ergo &c. Præterea, sicut qđ quideſt p̃tur in quid de eo cuius est, ita & quæ ingrediuntur in qđ quideſt. Sed nullum p̃tum sumptum ab accidẽte siue cõi siue ꝓprio p̃tur in quid de substantia sensibili, sed potius in quale ut cũ quæritur qualis est hõ, respondetur ꝙ est albus ꝙ est risibilis. Patet ergo, ꝙ si qđ quideſt substantiæ sensibilis, ueræ & ꝓpriæ assignatum fuerit, nullum accidentale p̃tum est igrediens qđ quideſt sed sola p̃ta p̃mi modi ꝑ se, quæ dicuntur quidditatiua, ex quo sequitur corollariæ, ꝙ diffõnes datæ ꝑ propria accidentia, siue per proprias operationes, non sunt ueræ qđ quideſt nisi utamur hm̃õi loco propriæ differẽtiæ.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ hęc determinatio v̄r repugnare doctrinæ p̄hi, nam ipse in. 2. phy. tex. 19. assignans dñam inter physi. & mathema. dicit ꝙ mathematicus diffinit sine mã sensibili, physicus aũt ĩ diffõne assumit mãm sensibilem, q̃ constat esse subiectam qualitatibus ut caro, os, neruus ergo in qđ quideſt physico ingrediuntur accidentia.

Præterea, si accidentia ꝓpria non ingrediuntur ip̃m qđ quideſt, non magnam ꝑtem conferunt ad cognoscendum qđ quideſt. i. rei quidditatem, quod est cõtra p̄hm in proœmio primi de anima.

Ad primum conceditur totum, usq; ad ultimam consequentiam. Aliud est. n. materiam subiectam qualitatibus ingredi quodquideſt & qualitates siue accidentia ingredi, primũ. n. est ueꝝ nõ rõne qualitatũ sed rõne mãæ nõ abstrahẽtis a qualitatibus, ſm autem est falsum quoniam non posset uerificari nisi ratione qualitatum, quæ non sunt de essentia substantiæ physicæ. Materia autem subiecta qualitatibus est de essentia eius ideo non est par ratio.

Ad secundum nego consequentiam nam ideo conferunt non quia ingrediuntur quodquideſt sed quia phy. cognoscit rem nãlem a posteriori & ut sic utitur ꝓpriis operationibus ac propriis accidentibus loco differentiarum. & ꝓpter hoc physicus quasi nullam format ueram diffinitionem. Hæc de

præſenti quæſito dicta ſint.

Quæſtio.7.ſi.dicendo naſus ſimus
committitur nugatio.

Eſt autem & alia dubitatio de eis. Tex.16.

IN HAC quæſtione aduerte in primis ꝙ p̄lus inueſtigans ſi accidentia propria quæ uocat accidentia copulata habent quodquideſt, arguit ꝙ non quia cum hmõi accidentia non poſſint intelligi ſine proprio ſubiecto ſemper cõmittetur nugatio ut dicendo naſus ſimus. nam in ſimo ĩtelligitur naſus eſt enim ſimus naſus concauus. Dicendo ergo naſus ſimus eſt ac ſi diceretur naſus, naſus concauus. Ad euidentiam igitur propoſiti dubii, ſic procedemus. Primo probabitur ꝙ non committitur nugatio. Secundo aſſignabitur ratio quare non committitur. Tertio ſoluemus quoddam argumentum.

Quantum ad primum ſic probatur intentum ſi hic committitur nugatio, hoc ideo eſt quia nõ poteſt intelligi ſimus ſine naſo, ſed hæc non eſt ſufficiens ratio, aliter ſequeretur quod cum non poſſit intelligi relatiuum ſine ſuo correlatiuo ꝙ cõmitteretur nugatio dicendo. Dñs ſerui, pater filii nam in dño intelligiť ſeruus. & tamen nullus recte ſentiens dicit negationem in huiuſmodi relatiuis committi ergo nec in propoſito.

Quantum ad ſecundum aduerte ꝙ duplici rõne nõ committitur nugatio, dicendo naſus ſimus dato ꝙ naſus ſit de intellectu ſimi. Primo ſi in ratione ſimi ingrederetur naſus ut quid eſſentiale & ſibi intrinſecum, ſicut animal ingreditur rõnem hominis non eſſet uia effugiendi nugationem ſed qa ly naſus eſt quid extrinſecum a ſimo. Dicit.n. naſus ſubſtantiam. & ſimum accidens. & ingreditur rõnem ſimi ſicut ſubiectum rationem accidentis, quod tamen eſt extrinſecum ab accidente. ideo dum dicitur ſimus non oportet replicare naſum, ſunt enim eſſentialť & intrinſece idem ſimitas & cõcauitas. & non differunt niſi ut contractum & non contractum, dicemus ergo ꝙ naſus ſimus eſt naſus curuus quia in

ly simo nõ itellr nasus ut quid itrinsecũ.sed ut extrinsecũ & si dicas q̃ sub̃m est de diffõne proprii accidẽtis.ergo est sibi intrinsecum, negatur consequentia quia accidens ꝓprium non diffinitur nisi per additamentum.& ideo non inconuenit q̃ per extrinsecum diffiniatur,secus esset de diffinitione substantiæ,quæ est diffinibilis per prædicata essentialia. Secundo dicitur q̃ ideo non committitur nugatio, dicẽdo nasus simus quia ly simum non significat essentialr̃ & primarie nasum,sed essentialiter curuitatem, connotando nasum per solum autem cõnotatum non committitur nugatio, sicut cõmittitur per significatum essentiale ut dicendo homo animal.Patet igitur q̃ sicut non cõmittitur nugatio dicẽdo homo risibilis sic nec dicendo nasus simus.

Quantum ad tertium aduerte,q̃ inter omnia argumenta quo solent fieri contra determinata,hoc est præcipuum sumo diffinitionem simi,quæ est hæc,simus est nasus concauus,tunc sic,loco simi,sumatur diffinitio eius.& applicetur naso,& nasus cum diffinitione simi prædicetur de Sorte tunc manifesta erit nugatio. Dicetur.n. sic Sortes habet nasum,nasum concauum,ergo &c.

Ad hoc.Dico q̃ loco simi non potest sumi diffinitio eius nec illa propositio est vl̃iter uera,qua dicitur q̃ semper loco nominis,potest poni diffinitio.Hoc inquam non est uerum nisi de diffinitionibus datis per essentialia & intrinseca, aliter esset impoſle dare diffinitionem proprii accidentis sine nugatione. Quando ergo quæritur quid est nasus simus respondendum est,q̃ est nasus concauus.& non debet replicari nasus,quia non significatur sed cõnotatur per simũ. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Qõ.8.si quodquidest,est idem cum eo cuius est.
Singulum enim non aliud uidetur esse.&
a suimet substantia.Textu.20.

IN HAC quæstione aduerte in primis q̃ phs comparat hic quodquidest ad id cuius est absolute & non descendens ad aliquod genus entium dũmodo sit ens per

ſe.& id dico,quoniam infra tex.41.excipiet a determinatione quam facit non ſolum entia per accidens.ſed etiã omnes ſubſtantias materiales & concludet ꝙ i ſolis ſeparatis eſt idem penitus quodquideſt cum eo cuius eſt. Et quoniam id non aduerterunt Iandunus.& Ant.and.ideo præſentẽ quæſtionem confuderunt uolentes comparare quodquideſt et id cuius eſt non abſolute,ſed in particulari ſm diuerſa genera entium.Nos autem id faciemus infra in tex.41.ubi comparabimus ea ſm uiam.b.Tho.ſm diuerſa genera ſubſtantiarum.Hic autem quæremus abſolute in entibus per ſe. & ſic ꝓcedemus.Primo ponemus tres diſtinctiones.Secundo aliquas concluſiones. Tertio ſoluemus duo argumenta.

Quantum ad primum ſit hæc prima diſtinctio, entium quoddam per ſe quoddam per accidens,ens per ſe eſt qđcunq; genus & ſpecies & indiuiduum cuiuſcunq; p̃nti, ſiue ſit ſimplex ſiue compoſitum,ens per accidens eſt aggregatum ex rebus diuerſorum prædicamentorum, ut homo albus ſuperficies colorata.

Secunda diſtinctio aliqua ſunt idem realiter tantum & diſtincta rõne ut genus & differentia, aliqua ſunt idem re & ratione ut homo & animal rationale.

Tertia diſtinctio,aliqua ſunt idem ratione ex parte rei tãtum & non ex parte intellectus & ſunt illa quæ dicunt eandem præciſe naturam,ſuper quam fundat intellectus unicum conceptum.& ut ſic dicuntur eſſe idem ratione metaphyſicali.Cum hoc tamen ſtat ꝙ intellectus negocians circa illa poteſt diuerſimode concipere & nominare illa, puta licet homo & animal rationale ſint idem ratione metaphyſicali, tamen intellectus poteſt concipere hominem inquantum eſt ſpecies.& inquantum eſt diffinitum & animal rationale inquantum eſt diffinitio,& ut ſic, inquantum eſt prius cognitione ipſo homine.& ut ſic appræhenduntur ab intellectu dicuntur diſtincta ratione non ex parte rei,ſed ex parte intellectus conferentis unum ad alterum aliqua ſunt idem rõne ex parte rei & ex parte intellectus,ut oĩo ſinonima, ut tunica & ueſtis Marcus Cicero.

Quantum ad sc͠d'm sit hæc prima conclusio. In ente per accidens puta in homine albo, quodquidest non est idẽ cum eo cuius est. Hæc patet, quoniam ens per accidens ut sic non potest diffiniri, omnis enim uera diffinitio significat unum per se cum constet ex genere & differentia quæ dicunt vnã naturam ut declarauimus in. 3. lib. Sed ens per accidens ut sic non dicit unam naturam, immo plures cum sit aggregatum ex rebus diuersorum p̃ntorum, ergo &c. Præterea cũ quælibet natura quæ est ens per se, habeat suum proprium quodquidest, necesse est ut quodquidest hominis sit aliud a quodquidest albedinis, ergo impo͠le est assignare unum qd' quidest quod sit idem cum homine albo.

Secunda conclusio in ente per se. Quodquidest, est idem realiter cum eo cuius est. Ad probationem huius pretermissa ratione quam adducit pћs in textu quam & formauimus in epitomi nostra, assumo rationem pћi ex. 4. lib. tex. 3. vbi intendẽs probare ens & unum esse idem realiter sic arguit. Quæcunque prædicantur de aliquo & nullam diuersitatem faciunt in eo, sunt idem realiter. Hæc est euidens, quoniam hæc duo non stant simul, nullam diuersitatem faciũt & sunt distincta realiter, si enim nullam diuersitatem faciũt non sunt diuersa nec distincta. Sed in ente per se, quodquidest, & id cuius est prædicantur de aliquo puta homo & animal rationale prædicantur de Sorte & nullam diuersitatem faciunt in eo. Nam sicut homo prædicatur in quid de Sorte, sic & animal rationale, ex quo sequitur quod sicut homo & animal rationale sunt idem re in Sorte, sunt etiam idem re inter se.

Tertia conclusio. Quodquidest & id cuius est sunt idem ratione ex parte rei licet non semper ex parte intellectus. Prima pars sic probatur, eadem præcise natura & s͠m eundem modum obiectiue correspondet intellectui per ipsum quodquidest. & per illud cuius est ut patet de homine. & de animal rationali. Nam illud præcise quod concipit intellectus de homine concipit de animali rationali. ergo quantũ sit ex parte rei sunt idem ratione metaphysica. quodquidest

& id cuius eſt, ſecunda autem pars manifeſta eſt, quoniam intellectus enunciat aliquid de eo cuius eſt, quod non uerificatur formaliter de quodquideſt. Nam hæc eſt uera. Id cuius eſt, eſt ſpecies uel genus & tamen quodquideſt nõ eſt genus nec ſpecies, ſed quid compoſitum ex genere & differentia, ergo & cætera.

Quantum ad tertium aduerte duo argumenta inter cætera quæ ſolent fieri contra determinata. Primo dicit pħus in. 3. de aïa tex. 9. & aliud eſt magnitudo & magnitudinis eſſe. & aliud eſt aqua. & eſſe aque. Sed per eſſe magnitudinis & per eſſe aquæ ſm omnes expoſitores intelligitur quodquideſt magnitudinis & aquæ ergo in his quæ ſunt entia ꝑ ſe nõ eſt uerum vl'iter ꝙ quodquideſt & id cuius eſt ſint idẽ. Nam & magnitudo & aqua ſunt entia per ſe.

Ad hoc, relictis aliorum reſponſionibus dico ſm. b. tho. exponentem dictum textum, ꝙ in tex. 41. huius. 7. lib. purgabit determinationem factam hic. & declarabit ꝙ in omnibus habentibus formam in materia, qualia ſunt naturalia & mathematica. non eſt idem, quodquideſt & id cuius eſt propter principia indiuiduantia & accidentia, quæ non excluduntur a re. cuius eſt quodquideſt, unde concedo ꝙ non eſt idem, aqua & quodquideſt aquæ & ſil'r in magnitudine & cum infertur ergo in his quæ ſunt entia per ſe non eſt uerum vl'iter, concedo conſequentiam, quoniam nõ intendit hic pħs probare ꝙ in omni ente per ſe, eſt idem qď-quideſt. & id cuius eſt. Sed intendit abſolute. i. ꝙ in his quæ ſunt per ſe non repugnat inuenire identitatem inter quod quideſt, & id cuius. Repugnat autem in his quæ ſunt entia ꝑ accidens, quoniam in nullo genere ſiue modo entium per accidens ſunt idem in aliquo autem genere entium per ſe puta in immaterialibus ſunt idem.

Secundo ſi qďquideſt. & id cuius eſt ſunt idem eſt proceſſus in infinitum in quidditatibus cuius oppoſitum probatũ eſt in lib. 2. conſequentia probatur ut probat Commentat. ſm opinionem quorundam ſophiſtarum in comment. 21. ſumo hominem. & quidditatem hominis. & arguo ſic, ſicut

homo habet quidditatem.& quidditas hominis habet quid ditatem si.n.aliqua duo sunt idem, sicut unum habet quidditatem & reliquum.sed per te homo & quidditas hominis sunt idem ergo &c.

Tũc quæro de quidditate hominis aut est idem cum sua quidditate aut non si non, ergo pari ratione homo & quidditas sua non sunt idem si sic, sumo quidditatem quidditatis hominis, cum & ipsa habeat quidditatem eadem ratione qua quidditas hominis habet quidditatem.& quæro ut ꝑus aut est idem cum sua quidditate aut non, si non pari rõne di cendum erat in principio, si sic iterum quæro ut supra & sic procedam in infinitum.

Ad hoc facile respondetur ẜm uiam nostram & nego cõ sequentiam, ad probationem, nego quidditatem hominis habere quidditatem.& ut loquamur in proposito sumo qdditatem pro quodquidest logicæ quod est ipsa diffinitio nã diffinitionis non est diffinitio. & cum ꝓbatur si aliqua duo sunt idem &c.dico hanc propõnem non esse vl̃iter ueram, aliter sequeretur ꝙ sicut genus habet differentias ita differentia haberet differentias, nam genus & differentia sunt idem essentialiter.& tamen hoc est falsum ut patet.Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Quæstio.9.Si materia est pars quidditatis substantiæ composite.

Quidditas hominis est homo uno modo & non est homo alio modo est homo.i.forma hominis.& non est homo qui est congregatus ex materia & forma.Hæc Commentator in commento.21.

IN HAC quæstione duas inuenio sententias extremas una est Commenta.& Cõmentistarum alia est.b. Tho. & Scoti.& ut ordinate procedamus.Primo pertractabitur opinio Commentat.Secundo opinio.b.Tho. & Scoti. Tertio soluemus rationes & fundamenta Commentat. & sequentium eum.

Quantum ad primum aduerte ꝙ ut patet in comment. 21. Commenta. soluens rationem sophistarum, qua probatur ꝙ si quodquidest, est idem cum eo cuius est erit processus in infinitum in quidditatibus dicit ꝙ quidditas hominis est homo uno modo &c. ut allegatum est & sic intendit Commentator ꝙ si quidditas hominis esset idem quod homo aggregatus ex materia & forma tunc quidditas haberet quidditatem. & sic in infinitum. Sed quia quidditas hominis est homo ſm formam tantum & forma non habet quidditatem cum sit ipsa quidditas, sed ipsum compositum ex eo. n. ꝙ habet formam habet quidditatem, ideo non proceditur in infinitum & sic Commenta. determinat ꝙ sola forma est tota quidditas substantiæ composite, & dicunt Commenti ste ut Iandu. in. 7. q. 12. ꝙ licet ſm Commentato. materia non sit pars quidditatis est tamẽ pars substantiæ composite & si quæras, quõ materia se habet ad quidditatem si non est pars respondent qđ est differens quidditatem quæ est sola forma eo ꝙ talis quidditas non esset nisi sustentaretur a materia in qua recipitur. & sic ſm Commentato. quodquidest quod est significatum diffinitionis importat solam formam quæ est forma partis. Hæc fuit sententia Com̃ cuius fundamenta adducemus & soluemus, in fine quæstionis.

Quantum ad scđm aduerte ꝙ sententia. b. Tho. & Scoti est ꝙ in substantia composita sunt duæ formæ realiter distinctæ. s. forma partis unibilis materiæ & quæ est perfectio materiæ, puta in homine est anima quæ est actus corporis. & est forma totius quæ resultat ex unione formæ partis cum materia, ita ꝙ in sui ratione includit formam & materiam & differt a forma partis sicut compositum a simplici puta ĩ homine forma totius est humanitas quæ non est sola anima sed quid resultans ex materia & forma hominis. & hãc formam totius, dicunt quidditatem siue essentiam, quæ licet significet per modum partis tamen in rei ueritate non est pars. aliter esset forma simplex, ex consequenti essent in homine duæ formæ partis quod non admittitur in via nr̃a. Et quidem ꝙ hæc sit mens. b. Tho. patet in. 4. contra gentes in

tes in cap.81.ubi sic inquit dicunt quidam ꝙ forma partis eadem est cum forma totius, sed dicitur forma partis ſm ꝗ facit materiam esse in actu forma uero totius dicitur ſm ꝗ complet rationem speciei.& ſm istos humanitas non est aliud quam anima rationalis. Sed quia humanitas est essentia hominis essentia autem rei est quam significat diffinitio. Diffinitio autem rei naturalis non significat solam formam sed formam & materiam necesse est ꝗ humanitas significet aliquid compositum ex materia & forma sicut homo. Differenter tamen, nam humanitas significat principia speciei essentialia tā materialia q̄ formalia cū præcisione principiorum indiuidualium Dr̄.n.humanitas ſm quā aliquis est hō: hō autem non est aliquis ex hoc ꝗ habet principia indiuidualia sed ex hoc ꝗ habet principia essentialia speciei. Humanitas igitur significat sola principia essentialia speciei. Vnde significat per modum partis. Hō autē significat quidem principia essentialia spēi. sed non excludit principia indiuiduantia a sui significatione: hō.n.dicitur qui habet humanitatem ex quo non excluditur quin alia hr̄e possit;& pp hoc hō significat per modum totius. Hæc ille ex quibus constat essentiam siue quidditatē rei cōposite naturalis, non esse nec significare solam formam, sed formā & materiam. Declarata igitur pōne b. Tho. a qua non discordat Scotus ut patet per Ant. And. in hoc lib.7.q.12. pono hāc conclusionē. Materia quæ est pars potentialis in subſtātia composita, accepta absolute & non contracta ad materiā indiuidualem, ꝑtinet ad quidditatem specificā,& ꝓbo sic. Quod est essentia & quidditas alicuius, illud est sufficiēs ratio intrinseca essendi illi cuius est essentia circūscripta quacunq; alia re realiter differente ab eo, sed ſm te forma sola hoīs puta aīa, est tota essentia & quiditas hoīs, ergo sola aīa est ratio sufficiens intrinseca hoī essendi hoīem ergo homo est homo sine materia. quod est absurdum. Minor quidem est positio tua. Maior autem patet qm̄, albedo est sufficiens ratio supficiei essendi albam, ergo multo magis quidditas & essentia est ratio sufficiens essendi tale ens ei cuius est essentia.

Præterea. Cuius essentia non pendet nec causatur a materia in genere causæ materialis, nec illud cuius est essentia pendet a materia nec causatur ab ea in genere causæ materialis. Sed parte essentia, & quidditas substãtie cõposite naturalis non pendent nec cãtur a mã in gñe cãæ mãlis, qm̃ ẜm te mãm nõ ingreditur quidditatem illius, ergo nec sb̃a nãlis composita cãtur a mã in gñe cãæ mãlis qđ est falsum qm̃ mã non esset cã nec ps sub̃æ nãlis compositæ, cuius oppositum tenet hæc põ ut diximus sup̃. Minor quidem est põ tua. Maior aũt patet ex eo ꝙ ẜm pħm quidditas ẽ idẽ cũ eo cuius est quidditas, ergo si unum est i cãtũ a mã & reliquũ.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ fundamenta opinionis Cõmen. & sequentium cũ stant in duobus, pmo quia si sub̃a composita hẽret quidditatem constantem ex mã & forma esset ꝓcessus in infinitum in quidditatibus qđ reprobatum est in.2.lib.metaphy. Contrariam aũt probant ut nos ꝓbauimus in.q. præcedenti.

Sed ꝙ hæc rõ nihil ualeat in uia nostra iam manifestauimus in.q. præcedenti, ubi soluimus eam ut uidere poteris.

Scđo fundant se sup̃ dcã pħi, qui in diuersis locis loquens de forma appellat eam qđquidest & qđquideratesse. unde i hoc lib.7. in tex.x. iquit. Qm̃ aũt in pncipio diuisimus quot modis determinauimus sub̃am, & horum quidem unum vr̃ esse qđquideratesse speculãdum est de ipso. & p̱ qđquiderat esse intẽdit formam, ergo forma est ipsa quidditas, & i tex. 11. inquit. Qđ aũt ut spẽs & forma, qđquideratesse & in.2. de aĩa tex.8. dicit, ꝙ aĩa q̃ constat esse formam est qđquideratesse corpis, & ita in oĩbus locis ubicunq; loquitur de forma ut est cã distincta ab aliis gñibus cãrum, appellat eã qđquideratesse. Qđ utiq; non faceret nisi pro cõstanti hẽret ꝙ forma est tota quidditas in substantiis compositis.

Sed nec ex his auctoritatibus Cõmentistæ pñt concludere intẽtum, qm̃ pħs cum dicit formam esse qđquideratesse non aliud intendit nisi ꝙ cum a forma sumatur ꝓpria dñia quæ est pncipalior ps diffõnis, & completiua eiusdem pt dici appropriate sed non simplr̃ ꝙ est qđquidest siue quidditas

ficut & aliqñ apud plõm aïa dicitur hõ, quia eſt ꝑncipalior pars in eo. Nam qđ eſt principalius in aliquo dicit́ eſſe illud. Hæc de pñti quæſito dicta ſufficiant.

Qõ, 10. Si genita ex putrefactiõe pñt dici genita a caſu.

Horum autem quædam fiunt & a caſu & a fortuna, ſimiliter ut in factis a natura. Tex. 22.

IN HAC .q. inuenio duas opiones. Prima eſt. b. Tho. exponentis ꝓpoſitum tex. Scđa eſt Iandu. in hoc. 7. in. q. 13. ꝓcedemus igitur ſic. Primo ptractabimus opionem .b. tho. Scđo opionem Iandu. & ſoluemus rõnes ſuas. Tertio declarabimus qũo uanæ & extortæ exponit ꝓpoſitum textum philoſophi.

Quantum ad ꝑmum aduerte, ꝙ mens. b. Tho. eſt ꝙ gña ta ex putrefactione comparata ad diuerſa pñt dici genita ꝑ ſe & genita a caſu, nam ſicut ſe habet ſanitas cãta ꝑ confricationem, ita aïalia genita ꝑ putrefactionem, ſed ſanitas cau ſata ꝑ confricationem eſt cãlis & ꝑ ſe cãta, nam reſpectu cõ fricantis eſt caſualis, non. n. ꝑncipalr̃ intendit ſanitatem ſed depellere pruritum, ſi aũt comparetur ad uirtutẽ regitiuã aïalis ſic fit ꝑ ſe a uirtute regitiua, quoniam confricatio excitat calorem, & calor eſt pͣs ſanitatis, ſic dñdum eſt de aïali genito ex putrefactione, quoniam ſi comparatur ad calorẽ putredinalem fit a caſu, quoniam calor ille extrahendo hu midum, non intendit gñonem aïalis ſi aũt comparetur ad uirtutem cœli quæ eſt regitiua totius uniuerſi ſic ꝓducitur ꝑ ſe quia uirtus cœleſtis intendit ꝓducere oẽs formas quæ ſunt in potentia mãæ & iõ illas formas quas põt ꝑ ſe ſolam ꝓducere ꝓducit ꝑ ſe ſed quia mãæ quorundam ut aïalium ꝑfectorum maiori indigent diſpõne q̃ uirtus cœleſtis poſſit facere, iõ non ĩmediate producit oẽs formas puta aïalium perfectorum. Hæc eſt intentio. b. Tho.

Quantum ad ſcđm aduerte, ꝙ Iandu. in hoc. 7. in. q. 13. tenet ꝙ aïalia gñata ex putrefactione non pñt dici genita a caſu & dicit hanc fuiſſe mentem Ariſt. & Cõmen. Nã Com. in cõmen. 22. dicit ꝙ nulla ſpẽs fit a caſu, conſtat aũt ꝙ aïa-

lia gñata ex putrefactione sunt spẽs ut musca rana mus,ergo &c.Corroborat aũt intẽtum suum rõne sic. Qđ fit i tpe determinato,& a cã determinata non fit a casu quoniã iste condõnes repugnant casui,ex.2.phy. Sed aĩal gñatum ex putrefactione fit in tpe determinato ut qñ gñans appropinquat mãæ disponendo eam, & educendo formam de potẽtia eius & fit a cã determinata ut a constellatione determinata quæ agit per calorem putrefacientem ut per instrumẽtum,ergo &c.

Præterea.Qđ pducitur ut in pluribus nõ est a casu ut patet in.2.phy.Sed aĩalia gñabilia ex putrefactione pducunt ex putrefactione ut in pluribus ut patet de uermibus & de muscis, ergo &c.Præterea.Qđ põt agens minoris uirtutis põt ẽt agens maioris uirtutis dũmõ hẽat cãlitatem & pportionem sup effectum.Sed agẽs particulare puta mus gñans pt p se pducere murem,ergo & cœlum qđ est agens vle & maioris uirtutis,põt per se pducere.ergo non erit a casu. Dixi dũmõ hẽat &c.pp aĩalia perfecta, super quorum gñonem cœlum non habet plenam cãlitatem & pportionem, nisi concurrente agente particulari quoniam non solus sol, sed cum homine generat hominem.

Hæc est põ landu.& quoniam intendo sustinere mentẽ, b. Tho.iõ uolo soluere quæ adducta sunt & pmo ad dictũ Cõmen.licet possem ipm negare put contrariari videt mẽti.b.Tho.tñ sic declaro ipm Cõmen.intelligit nullam spẽm fieri a casu sm se totam,cum hoc tñ stat,aliqua illius indiuidua fieri a casu,& dato q oĩa illius indiuidua fierent a casu, non tñ simplr a casu quoniam compara ta cœlo ut diximus supra,non fiunt a casu sed per se,nec oppositum huius dicit Commentator.

Ad pmam rõnem nego minorem respectu caloris putredinalis,concedo aũt eam respectu uirtutis cœlestis regitiue oĩum quæ fiunt in hoc mundo inferiori. Vñ si hæc rõ aliqđ concludit,concludit hmõi aĩalia, hẽre tps & cãm determinatam respectu cæli.& respectu illius non fieri a casu cuius contrarium non tenet.b.Tho.ut patet supra.

Ad scd'am dico eodem mō. Ad tertium patet ꝙ concludit respectu cœli, cum hoc tñ stat ꝙ sint a casu respectu caloris putredinalis, quid habet rōnem agentis particularis.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ Iandu. exponens textū pḃi ꝑpositum qōni sic dicit. Arist. non vult dicere in litera, q̄ ꝑ se allegant ꝙ sicut aliqua pñt gñari ab arte & a casu ut sanitas, sic aliqua aīalia possunt fieri a nā & a casu. Sed tātum vult dicere, ꝙ sicut contingit diuersitas in illis ꝙ aliqua sanitas fit ab arte, & aliqua a casu sic ēt diuersitas contingit ī factis a natura quia aliqua animalia fiunt per putrefactionem & aliqua per propagationem.

Sed hæc expō penitus extorta est, quoniam cū dicit pḃs silr ut in factis a nā, ly silr refert id ꝙ ꝑdixerat. s. a casu & a fortuna, & non refert diuersitatem ꝑductionis ex semine & sine semine. Nam de hmōi diuersitate nundum mentionem fecerat. Sed incipiet de ea agere in tex. 23. Et aduerte ꝙ cā erroris Iandu. fuit, quia secutus est expōnem Cōmen. ī fine cōmen. 22. quæ expō uidetur parum ualere quoniam tex. arabicus non concordat cum græco. Nam in arabico nō ponitur aliqua silitudo, nec ponit hunc terminum silr, iō expō b. Tho. est proprie ad mentem pḃi. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Qō. 11. Si oīa ꝑducta ex semine possunt produci sine semine & si ꝑducta sine semine sunt eiusdē spēi, cū ꝑductis ex semine.

Quædā. n. & illic eadē & ex spermate & sine. tex. 23.

IN HAC q. ꝑmo ꝑtractabitur. 1. ps, deinde. 2. ad euidentiam. 1. partis. Primo ꝑtractabitur opinio Auic. Secundo opinio contraria Auic. Tertio opinio pḃi & Cōm. quam sequitur. b. Tho. in hoc. 7. lib. in tex. præposito.

Quantum ad opinionem Auic. aduerte ꝙ ut sibi imponit Cōmen. in. 8. phy. cōmen. 46. & quem uidetur sequi Albertus in. 3. lib. meteo. opinatus est oīa aīalia tam perfecta q̄ iperfecta posse gñari non solum ex semine, sed ēt sine semine, unde ut recitat Cōmen. in. 8. physi. cōmen. 46. opinatus

est hoies post diluuium genitos fuisse ex terra p uirtutē & determinatum aspectum stellarum,& qui sequuntur Auic. conantur pbare intentum suum sic.Qd pōt uirtus inferior pōt uirtus supior.& ēt amplius. Sed agēs particulare ut hō licet sit uirtutis inferioris,pōt gñare hoiem.& equus equū, ergo multo magis cœlū,qđ est supioris uirtutis. Præterea, corpa cœlestia ſm uarios & determinatos aspectus pducūt inferiora,ergo ſm q aspectus est magis aut minus nobilis, sic pduci poterit aïal magis aut minus nobile,ergo sicut ſm aspectum parum nobilem pducitur a cœlo aïal impfectū ut rana,sic ſm aspectum magis nobilem pduci pōt aïal pfectum puta leo,& ſm aspectum nobilissimum,aïal pfectissimum ut hō.Hæc est pō Auic.& sequentium eum, contra q̄ arguemus pertractantes mentē Arist.& Cōmen. &.b.Tho. & soluemus rōnes adductas pro opinione Auicennæ.

Quantum ad opionem contrariam Auic.aduerte,q aliqui tenent,non solum aïalia pfecta, sed nec ïperfecta posse pduci sine semine eo q arbitrantur unumqđq; de necessitate in nālibus pduci a sibi sīli,sicut uidetur ēt dicere Arist. in hoc.7.lib.Sed hæc pō repugnat sensui,uidemus.n. ex cadauere gñari diuersa aïalia,fatuum aūt esset dicere aïalia generantia ex quibus decisum fuisset semen pextitisse in cadauere.Repugnat ēt pħo in hoc.7.lib.in tex.23.qui expsse dicit quædam illic.i.in nālibus eadem & ex spermate & sine.

Quantum ad opionem pħi & Cōmen.&.b.Tho. aduerte q est opio media inter Auic.& contrariam Auic.Tenent .n.quædam gñari cum semine,ita q non possunt generari sine semine ut aïalia pfecta.Quædam aūt cum semine,& ēt sine semine ut aïalia ïperfecta.& quidem.2. ps non indiget pbōne,quoniam ut diximus ad sensum patet, sicut de rana in estate dum post multum cauma & longam siccitatem,uidemus cum pluuia aut parum post,ranas pene infinitas saltantes in uia & mures genitos in naui, & formicas genitas ex uino,& muscas egredientes ex sepulchris. Prima igitur ps pbatur rōnibus sumptis ex Cōmen.qui in.8.phy. com. 46.arguens contra Auic.innuit tres rōnes, quarum pmam

relinquimus quæ ſtat in hac ꝯñtia ſi hõ poſſet gñari ex ſemi ne & ſine puta ex terra ergo hõ genitus ex terra, non eſſet eiuſdem ſpẽi cum hoĩe genito ex ſemine. Hanc aũt ꝯñtiam negaret. b. Tho. ut manifeſtabitur in parte. 2. huius gõnis, & iõ ꝑmam rõnem Cõmen. relinquimus. Scda rõ ſi hõ põt gñari ex terra aut erit neceſſarium aut contingens non neceſſarium quia non poſſet alr̃ eſſe nec fieri ex conſequẽti nõ poſſet gñari hõ ab hoĩe, cuius contrarium uidemus conſequentia patet quoniam neceſſarium eſt ꝙ non põt alr̃ ſe habere ſi contingens, aut ut in pluribus aut ut in paucioribus non ut i pluribus quoniam uidemus oppoſitum rl̃ariter. n. hõ eſt ab hoĩe non ut in paucioribus quoniam quæ in nãli bus ut in paucioribus fiunt nõ naturalr̃ fiunt ſed potius mõſtruoſæ ꝓcipue in aĩalibus, igitur hõ genitus ex terra nõ naturalis ſed potius monſtruoſus hõ dicendus eſſet.

Tertia rõ ſi homo & alia animalia perfecta poſſunt ꝓduci ſine ſamine non eſſent neceſſarie proprie & diſpoſite materiæ correſpondentes propriis formis ꝙ eſt falſum. quoniam naturaliter proprius actus recipitur in propria & determinata materia. Conſequentia autem patet quoniam ſi forma puta equi poteſt actuare materiam aliam puta terream. & non ſolum diſpoſitam ex ſemine equi manifeſtum eſt propriam materiam non eſſe neceſſariam ex conſequenti aufertur naturalis ordo in generationibus phyſicis. Tenẽdum eſt igitur animalia perfecta non poſſe produci ſine ſemine quia cum ſint nobiliora animalibus imperfectis plura requiruntur ad eorum productionem. & ideo licet cœlum cum calore putreſcente ſufficiat ad imperfectorum gñonẽ non tamen ad generationem perfectorum.

Reſpondẽtes igitur ad rationes iductas pro opinione Auicen. ad primam dicimus ꝙ maior non eſt uera niſi quando uirtus inferior & ſuperior ſunt uirtutes totales & diſparatæ potentes habere cauſalitatem ſuper eundem effectum verbi gratia. Quicquid poteſt comburere ignis ut decem poteſt comburere ignis ut uiginti. Conſtat autem ꝙ agens particulare ut homo. & ul'e ut cœlum non ſe habent in generatio-

ne hominis ut duæ uirtutes totales sed partiales. & ideo nihil concluditur.

Ad secundam si antecedens intelligatur q corpora cœlestia sm uarios aspectus producunt uel producere possunt p seipsa omnia inferiora negamus ipsum si autem intelligatur q mediantibus agentibus secundis sm uarios aspectus producunt inferiora, totum concedimus quia nihil aliud cõ cluditur nisi q in eadem specie puta humana celum sm nobilem aspectum concurrente homine generante potest producere nobilem hominem & sm nobiliorem, nobiliorẽ & sm nobilissimum, nobilissimum, semper tamen concurrente generante particulari.

Ad euidentiam secundæ partis aduerte q Commentat. tenet partem neg. & b. Tho. ac Scotus partem affir. primo igitur pertractabitur opinio Commentato. secundo opinio b. Tho. & Scoti. tertio mouebo dubium in doctrina. b. tho. & soluam.

Quantum ad primum aduerte q Commenta. in. 8. phy. in commen. 46. arguens contra Auicennam ut uisum est in .q. præcedenti tenet q si daretur homo genitus ex terra ut dicebat Auicen. & homo genitus ex semine de utroque diceretur homo equiuoce. & non essent eiusdem speciei specialissime quod sic probat. Materia propria distincta specie ab alia mã propria requirit formam distinctam specie ab alia forma, quoniam proprie formæ proprias materias requirunt. Sed constat q semen & materia putrefacta, sunt materiæ proprie distinctæ specie, ergo forma hominis quæ introducetur in materia putrefacta distinguetur specie a forma hominis quæ introducetur in materia seminali ex consequenti hic & ille homo distinguentur spẽ. Sed q hæc ratio non concludat manifestabimus infra & solue. eam.

Quantum ad secundum aduerte q. b. Tho. in. hoc lib. 7. in expositione tex. 23. & Scotus ut pertractat Ant. andr. in 7. in. q. 8. tenent partem affirmatiuam quam sic probare conantur. Quæ generantur ex semine & sine semine sunt eiusdem figure habent eundem motum. & consimiles opera-

tiones, & consimiles proprietates ut patet de rana genita ex putrefactione quæ est eiusdem figure. & format uocem & mouetur localiter. & producit ranam, sicut rana producta ex semine. Idem patet in plantis, ergo sunt eiusdem spe ciei specialissime consequentia probatur, quoniam in naturalibus uenamur unitatem uel distinctionem specificam ex propriis accidentibus & propriis operationibus. & propriis effectibus. & qui negat hoc, negat uiã studendi in scientia naturali. & Iandunus in. 7. metaph. in. q. 15. nitens soluere rõnem inductam, negat ea quæ ad sensum patent negat enim ꝙ animal generatum sine semine putamus uel rana habeat eundem motum localem specificum cum mure generato ex semine, quod est contra sensum, nam manifeste videmus ꝙ eodem modo graditur saltat, ascendit & descendit parieti inherens, negat etiam ꝙ eundem effectum specificum ꝓducat. & tamen uidemus eum eodem modo rodere. & cõsimilem penitus murem generare. Quare Iandu. in hoc, non ut pħs. sed ut astrictus ratione Commentat. ad hoc ponendum deductus est.

Sed ratio illa non cogit nam negatur consequentia, ad ꝓbationem nego minorem, quoniam in materia putrefacta est calor putredinalis, qui adiutus uirtute cœli, ita disponit mãm putrefactam ad formam muris, sicut disponit calor seminis materiam menstrualem ad eandem formam ex cõsequenti istæ duæ mãæ sunt eiusdem rõnis specifice ut respiciunt formam unam specie.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ. b. Tho. in. 1. senten. di. 10. q. 1. arti. 5. uidetur tenere oppositum & concordare cum Commenta. inquit. n. una res habet tantum unũ modum quo oritur ex alio non enim idem in specie est a natura & ab arte, nec per putrefactionem & seminationem. & ideo erit una persona quæ est ab alio per generationem & hic est filius. & alia quæ est ab alio per spirationem & hic est spiritus sanctus.

Pro resolutione huius dubii, aduerte ꝙ contingit aliqua duo produci ab uno agente particulari, uel a duobus agen

tibus disparatis unum quidem per propagationem & alterum per putrefactionem puta Sortes producit Platonem per propagationem.& uermē per putrefactionem. Contingit etiam duo produci ab agente vñi & particulari subordinato,unum quidem ab agente vl'i tantum per putrefactionem ut rana ex luto alterum ab agente particulari concurrente agente vl'i ut rana ex rana per ꝓpagationem,ex hac distinctione dico ꝙ in primo sensu duo producta unum per putrefactionem.& alterum per propagationem , non possunt esse eiusdem speciei & in hoc sensu loquitur in. 1 .sent. cuius signum est ꝙ dicit idem specie non posse produci a natura & ab arte.Constat autem ꝙ agens a natura , & agens ab arte sunt ut duo agentia disparata.& non ut subordinata.In. 2 .autem sensu , non inconuenit ꝙ sint eiusdem speciei.quoniam ibi non sunt proprie duo agentia condistincta immo particulare est sicut instrumentum respectu vl's & ī hoc sensu loquitur in libro.7.metaphysic. ut patet nulla ergo est repugnantia doctrina.b.Thom.. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Quæstio.12.si unumquodꝗ generatur a suo simili.

Palam uero ex dictis quia modo quodam,omnia fiunt ex uniuoco.i.a suo simili.Tex.30.

IN HAC qōne sic procedemus.Primo ponentur quædam distinctiones. Secundo concl'ones responsiue. Tertio soluentur quædam argumenta.

Quantum ad primum sit hæc ꝑma distinctio,aliqua sunt similia dupliciter,primo formal'r,secundo uirtualiter , primo modo illa sunt similia quæ habent eandem formā specificam ut duo calida,duo alba,homo generans , & homo genitus,conueniunt enim in anima intellectiua secūdo modo illa sunt similia,quando in uno est forma formal'r ī alio autem est uirtual'r,ut qñ sol calefacit medium,calor est tm̄ uirtualiter in sole,& formaliter in medio.

Secunda distinctio similia formaliter possunt eē duobus modis primo ꝯm formam specificam ut leo generans , &

leo genitus, secundo ẜm formam cõmuniorem ut animal generans & animal genitum equus generans & mulus genitus. Conueniunt.n.in forma animalis & in forma iumenti. Idem modus seruatur etiam in prædicatis vl'ior.bus ut corpus generat corpus & substantia substantiam & ens, ens & bonum bonum & res rem &c.

Tertia distinctio similia formaliter ẜm formam specificam possunt esse duobus modis. Primo ẜm formam specificam & ẜm esse reale formæ ut in naturalibus homo generans & homo genitus, uterqȝ enim habet animam & ẜm esse reale. Secundo ẜm formam specificam sed non ẜm modum essendi reale, quoniam in uno forma habet esse reale in alio esse intentionale ut quando edificator edificat forma domus est realiter in edificato in edificãtis autem mente tãtum intentionaliter.

Et aduerte ꝙ omnes isti gradus similitudinis ordinantur sic ẜm perfectionem & imperfectionem. Primus perfectissimus est ille quando in utroqȝ simili est eadem forma specifica & ẜm eundem modũ realem essendi. Imperfectissimus autem est, quando in uno est forma formaliter, in alio autẽ solum uirtualiter.

Inter hos duos, mediant alii duo unus quando in utroque est eadem forma, non tamen ẜm eundem modum essendi. & hic magis propinquat modo perfectissimo. Alter est quando in utroqȝ est eadem forma cõmunis signata per terminum genericum ut iumentum animal, corpus substãtia ens. & hic magis propinquat imperfectissimo sic ergo ordinentur conuenientia in forma specifica formaliter. & ẜm eundem modum essendi sunt in .1. gradu perfectissimo. Conuenientia in forma specifica sed non ẜm eundem modum essendi, sunt in secundo gradu. Conuenientia in forma communi signata per terminum genericum sunt in tertio gradu. Conuenientia in forma, ita quod in uno est formaliter & in alio uirtualiter sunt in quarto gradu qui est imperfectissimus.

Quantũ ad sc͂d'm sit hæc prima conclusio. substantiæ na-

turales qualia sunt animalia perfecta, generantur a sibi simili secundum primum gradum similium probatur quia non producuntur nisi per propagationem ut patet ex præcedentibus quæstionibus, ergo &c.

Secunda conclusio, non omnia quæ generantur tam in substantiis quam in accidentibus generantur a sibi simili secundum primum gradum probatur quia uidemus genita per putrefactionem, & mulum, & ignem excussum a lapide, & calorem cãtum radiis solaribus non generari a sibi simili secundum primum gradum ergo &c.

Tertia conclusio Quæcunque generantur tam in substantiis quam in accidentibus, generantur a sibi simili secundum aliquem ex quatuor gradibus prænotatis. Hæc de se patet cuilibet exercitato in philosophia. & propterea philosophus in textu præposito, non dixit simpliciter omnia fieri ex uniuoco sed dixit modo quodam omnia fieri ex uniuoco. quasi dicat, sufficit saluari aliquẽ ex prænotatis gradibus simpliciter autem saluatur dictum philosophi ut inquit Commentat. in hoc. 7. in commen. 30. in his quæ generantur ex patre & matre.

Quantum ad tertium aduerte quod argumenta quæ communiter fieri solent in hoc quæsito soluuntur per distinctiones supra notatas & quoniam recitantur ac soluũtur a Paulo Soncinate in lib. 12. quæstione 14. nec alia difficultas occurrit, ideo pertranseo.

Quæstio. 13. si forma generãda uel aliqua pars eius præexistit in materia ut cooperentur agenti ad productionem eius.

Causa uero est quia horum quidem est materia (& paucis interiectis) in qua existit aliqua rei pars tex. 29.

IN HAC quæstione sic procedemus. Primo ponetur quædam opinio, quam non admitteret Commenta. nec b. Tho. nec Scotus. Secundo pertractabitur opinio Commentato. & b. Tho. Tertio declarabitur in quo sensu debeat intelligi textus philosophi præpositus. Quarto soluẽtur quæ-

dam argumenta.

Quantum ad primum aduerte q est una opinio quæ attribuitur D. Alberto & potest elici ex his quæ dicit in . 1. physi. in tract. 3. in cap. 3. ubi tenet principia naturalia esse ueræ contraria & mutationem nalem semper fieri de forma contraria in formam contrariam, arbitratur enim qd sicut in genere sunt differentiæ in habitu confuso & esse indistincto, sic in mã sunt formæ cõtrarie sm esse confusum. Quæ quidem formæ sic considerate sunt principia transmutationis physicæ. & quoniam tales formæ sub esse confuso habent aptitudinem ad esse perfectum, ideo forma cõsiderata sub tali esse confuso, ut est apta esse sub esse perfecto comparatur ut priuatio ad formam, est tamen eadem sm essentiam sub utroq; esse & hanc formam sub esse confuso cum aptitudine ad esse perfectum arbitratur esse priuationem quam phs ponit unum ex principiis naturalibus ita q sm Albertum priuatio non dicit negationem formæ in materia cum aptitudine sed dicit formam cum negatione esse perfecti & aptitudine ad esse perfectum. Hãc igitur formam sm esse imperfectum, solent aliqui nominare inchoationem formæ, & dicunt hanc esse partem rei præexistentem in materia & coadiuuantem agẽs extrinsecum ad productionem rei, sicut tepiditas cõfert igni, ut citius & facilius deducat aquam tepidam ad ebullitionem & aduerte q qui hanc opinionem sequuntur, uidentur motui duplici fundamento. Primo quia sm eos non uidetur aliter posse saluari motus siue mutatio naturalis, credunt enim necessario exigi principium intrinsecum non solum passiuum quod est materia, sed etiam principium actiuum, quod putant eẽ formam inchoatam modo quo diximus secundo putant si forma non præexisteret inchoata siue in esse confuso in materia, non possent uitare quin forma crearetur, uerum q huiusmodi inconuenientia non sequantur. etiam q non præexistat forma inchoata in materia manifestabimus postquã pertractauerimus sententiam Commenta. & b. Tho. a qua non discordat Scotus ut pertractat Anton. andr. in hoc. 7.

in quæstione. 11.

Quantum ad secundum aduerte ꝙ Arist. nec Comment. nec. b. Tho. negarent quin omnes formæ naturaliter receptibiles in materia præexistant in ipsa materia in potentia mere passiua, quia in ipsa est aptitudo & potentia essentialis ad formas recipiendas, nec negarent, quin in materia proxima. i. iam disposita præexistat forma recipienda, non qdem ſm essentiam suam, sed ratione dispõnum, in quibus possumus dicere ꝙ forma virtualr existit, nec negarent quin in materia ex qua generatur res animata, puta in semine præexistat aliqua uirtus actiua, quæ operetur intrinsecæ ad productionem rei animate quam tamen uim actiuam, negarēt esse formam uel partem formæ generande. Negarēt autem ꝙ in mã, i qua introducēda est per gñonem ſbalem forma substantialis siue rei animate siue inanimate præexistat ipsa forma actu ſm esse imperfectum, nec ſm se totam, nec ſm partem quæ cooperetur agenti ut producatur ſm esse perfectum. & hanc quidem conclonem sic probare possumus, si ipsa forma præexistit actu sed imperfecte ſm se totam, ergo gño rei naturalis puta hominis non erit substantialis sed potius accidentalis, nam ex. 5. physi. tex. 7. dicit pħs ponens differentiam inter gñonem simplr & gñonem ſm qd, Quæ uero ex non ente simplr in subam est gño simplr, ex quo habetur ꝙ in gñone simplr quæ dr in substantiam siue substantialis, terminus a quo est non ens simplr i. nullo modo ens actu neq; imperfecte neq; perfecte nam si esset actu imperfecte non esset non ens simplr. Si igitur tu ponis formam generandã præexistere ſm se totam in materia ſm esse imperfectũ, non potes saluare gñonem hmõi esse ex non ente simplr, ex consequenti negas gñonem substantialem, si dicis ꝙ non tota forma sed pars præexistit. Contra omnis forma substantialis ut dicemus in. 8. lib. consistit in indiuisibili, & ſm sui naturam simplex est, est enim forma simplici & inuariabili essentia consistens. ergo in ea non est assignabilis pars & pars. Præterea, si in materia præexistit una pars formæ ut cooperetur agenti ad productionē eius quæ

ro aut cooperatur ad productionem ipsius partis præexistentis aut alterius, si præexistentis, ponis contradictionem, quoniam ut cooperatur præexistit per te, ut producitur non præexistit, ergo præexistit & non præexistit, si alterius ergo dum res generatur non tota sua forma producitur, quod est absurdum. si dicis ꝙ tota generatur quia tota educitur de esse actu imperfecto, ad esse actu perfectum. Contra, ergo forma substantialis, habet intensionem & remissionem quod est falsum, qm̄ in substantia non datur magis & minus. & id contra dicit pħs in lib. 8. in tex. 10. Contra autem probatur, qm̄ formam intendi non est aliud q̄ ipsam iam existentem aliquo modo actu, educi de esse imperfecto ad esse perfectum.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ quando dicit pħs partem rei præexistere non est intelligendum ꝙ pars rei fiende nec eius inchoatio præexistat. sed qđ aliqua uirtus actiua intrinseca materiæ, per q̄ res fit præexistat, unde aduerte ꝙ ut inquit Commenta. in hoc. 7 in comment. 29. est in generabilibus sicut in mobilibus localiter in motu autem locali uidemus ꝙ aliqua mouentur naturaliter a mouente extrinseco ut grauia & leuia a generante aliqua a mouente īntrinseco ut animata quæ dicuntur mouere seipsa ex. 8. phy. tex. 30. Sic & in gñone rerum nãlium, nam inanimata generantur ab agente extrinseco ut ignis unde pħs comparat mãm ignis, materiæ domus, in hoc ꝙ utraq; mouetur ad formã ab agente extrinseco animata autem generantur ab agente intrinseco materiæ pro quãto uirtus formatiua quæ est in semine mouet materiam ad formam, sicut in augmẽto uirtus augmentatiua animæ intrinseca ipsi quãto mouet ipsum ad maiorem quantitatem. & in alteratione puta in sanatione, est aliqua uirtus in corde, quæ mouet cæteras partes, & totum animal, ad sanitatem, quæ potest dici pars sanitatis non formal'r sed uirtualiter. sicut pħs dicit calorem eẽ partem sanitatis. & ut breuiter te resoluas dic ꝙ pħs in textu præposito nõ loquitur vl'iter de rebus generabilibus sed tantũ de animatis in quibus dicit aliquam partem præexi-

stere pro quãto aliqua uirtus actiua intrinseca materiæ præ existit ut in semine quæ mouet ad formam, q̃ non formal'r sed uirtualiter appellat partem, modo quo diximus.

Quantum ad quartum aduerte q ponentes partem formæ siue formam inchoatam in materia ut cooperetur agẽti, ideo posuerunt quia uidebatur eis non posse saluari differentiam inter gn̄onem naturalem. & gn̄onem artificialem nec differentiam inter motum naturalem & motum uiolentum nec differentiam inter creationem & gn̄onem physicam, nisi ponatur hmõi forma nchoata in materia.

Sed q sufficiens differentia saluetur inter prædicta absq; positione hmõi formæ inchoate, sufficienter declaratum habes a Paulo Soncinate in.7.qõ.27.in responsione ad argumenta.& a Ianduno in.q.18.& ab Anto.and in.q.11. & a Scoto in.2.senten.di.18.q.1.Nam omnes formant eadem argumenta.& quasi concorditer soluunt & sufficienter ideo nolo immorari in recitatione & solutione eorum. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Quæstio.14.si agens naturale, solum disponit materiam, & agens separatum inducit formam uel si ad hoc sufficit solum agens naturale.

Similiter itaq; his.& quæ sunt natura constituta se habent, nam sperma facit sicut quæ ab arte, habet enim potentiale speciem. . Textu.31.

IN HAC.q.aduerte primo q Paulus Soncinas in li.7.q.29.format idem quæsitum, ubi recitat opinionem Auicennæ quæ habetur in lib.9 suæ metaph. cap.4.Deinde ponit opinionem Aris.cum rationibus probatiuis postremo soluit rationes inductas pro Aris & defendit Auicennã. & sic quæstio remanet interminata pro Aristotile, nos autẽ arbitrantes uiam p̃bi quam tenet Commen. &.b.Tho. esse uiam ueritatis. Sic procedemus. Primo dimissis opinionibus antiquorum circa hoc quæsitum quæ recitantur a Cõmentatore

mentatore in hoc.7.lib.in cōmen.31.& in lib.12.in cōmē. 18.quæ fuerūt Plato.& Auic.& Themistii ut ad plenum & diffusæ uidere poteris i Iandu.i lib.7.in.q.19.intendimus pertractare uiam Scoti cum rōnibus suis scdo pertractabimus uiam Cōmenta.&.b.Tho.3.soluemus rōnes Scoti.

Quantum ad pmum aduerte ex doctrina Scoti i.2.sent. di.18.q.1.& Ant.and.in hoc.7.in.q.11.tria eliciuntur primo quid sit semen siue sperma, scdo ad quid ponitur semen 3.a quo pducitur forma geniti ex spermate. Quantum ad pmum dicit q semen est corpus imperfectum pductum a gnante cuius forma non est intenta a nā pp se.sed pp alterum ut ex ipso gnetur aliqd sile gnanti.nam i pcessu gnatiuo nā incipit a semine.sed ibi non sistit.sed mediante semine ulterius pcedit ad formam specificam ultimo intentā puta asini aut equi. & ibi quiescit intētio nāæ. unde patet q semen iō a gnante pducitur, ut sit uia ascendendi ad formam ultimo intentam & pfectam sm spēm suam. Dico ultimo intentam, qm p semen pceditur aliqn ad plures formas medias ut ad formam sanguinis deinde embrionis deinde aīalis puta equi. & ibi est status, & completur actio siue operatio uirtutis quæ est in semine. Et aduerte q usq huc non dissentit a uia Commenta.nec.b.Tho.

Quantum ad scdm aduerte q duo pñt attribui semini, pmo q sit actiuum dispōnū quibus disponit mā ad receptionem formæ geniti puta q sit formatiuum membrorum & figuræ talis aīalis, qualem habet ipm gnans scdo q sit pductiuum formæ specifice ipsius geniti, puta q semē equi decisi ab equo gnante producat animam equi generandi.

Quātum ad pmum tenent Sco.& Ant.and. ubi supra q agit quidem ut concausa, sed non ut sufficiēs actiuum, & rō eorum talis est, uirtus actiua agentis uniformis non potest cāre effectū difformē in passo uniformi. Sed uirtus seminis est uniformis ut patet, & mā in quā agit est uniformis silr, ergo uirtus seminis non pōt cāre tātam difformitatem qtā uidemus in organis aīalium. Maior patet qm difformitas in effectu pueniт ex difformitate agentis uel passi. Hæc est rō

eorum & si quæras ab eis. Quæ sit uirtus agens tantam difformitatem organorum in aiali. Rñdent q̃ est agens difformæ & illud est actio difformis influentiæ siue caloris cœlestis quæ quantum ad hoc est consona uirtuti diuinæ.

Quantum ad scdm tenent q̃ semen non est pncipiũ actiuum, ita q̃ attingat formam geniti & id pbant dupl'r, pmo qd non est, non est pncipium pductiuum subæ qm agere psupponit esse sed semen in instanti gñonis nõ est qm gño huius est corruptio alterius. Dices forte q̃ est pncipium dũ est. Contra quia semen est aliquid de pximo conuertibile in illud qd debet generari. sed omne tale habet magis rationem passiui quam actiui ergo &c.

Scdo sic nullum impfectum est pncipium efficiens pducendi pfectius. Sed semen est quid impfectius regñanda ut patet ergo &c. Maior patet quia oẽ pncipium pductiuum uel ẽ uniuocum uel equiuocum. Quicquid detur uel ẽ æque pfectũ uel pfecti⁹ pducto & nullo mõ impfectius, ergo &c. Dices forte q̃ semen agit non uirtute ppria sed uirtute eius a quo deciditur. & sic põt pducere formam geniti. Contra ĩ uirtute non entis eo mõ quo non est nihil agit. Sed decidens cum non sit in rerum nã puta quia mortuus est pater uel ẽt si uiuit, tamen quia non est psens corpi in quo debet semen agere, iõ ut sic est sicut non ens, ergo semen in uirtute illius non agit si ergo agit uel agit uirtute ppria uel uirtute alicuius subæ coexistentis. Confirmatur quia in causis accidẽtal'r subordinatis non oportet oẽs simul cõcurrere ad effectum ut ostensum est in.2.huius. Sed decidens & semen sunt accidentaliter subordinata ergo &c. Semen ergo non agit ĩ uirtute decidentis.

Quantum ad tertium tenet Ant.and.ubi supra q̃ forma specifica aialis pfecti q̃ gignitur p ppagationem imediate pducitur a Deo nam pbatum est inquit q̃ non pducitur a semine nec a patre quia ei mortuo põt filius gñari, nec a uirtute cœli nec a forma cœli quia ẽ impfectior q̃ forma aiati. Viuens.n. pstantius est non uiuente, nec pducitur a ab intelligentia quia sm cõem scolam non põt inducere p se nec edu

cere formam de potentia mãæ quia non agit nisi mediante motu cœli si ergo cœlum non põt nec intelligentia mediã te motu cœli poterit si ergo nec semen nec decidens, nec cœlum nec intelligentia p se nec mediante motu cœli põt pducere formam specificam aĩalis pfecti, relinquitur φ solus Deus pducit. Hæc fuit opinio Scoti & Ant. and. ubi sup quæ φ non sit uera manifestabitur in ultima parte qõnis.

Quantum ad uiam Cõmẽ. &. b. Tho. aduerte φ sñia eoꝝ est φ semen non solum disponit mãm ad formam sed etiã pducit formam aĩati educibilem de potentia mãæ concurrente tamen influxu cœli ut cã vl'i. Rõ aũt pp q̃ semen pducit formam aĩati sm Cõmen. in. 7. libr. metaph. cõmen. 31. est hæc in semine est uirtus cõicata a gñante a quo deciditur p q̃ ut p instrumentum gñans pducit sibi sil'e, sicut formæ subales elñtorum, agunt p qualitates actiuas ut p instrumẽta & calor nãlis generat ex cibo carnem ut est instrumẽtũ aĩæ uegetatiuæ. Hæc aũt uirtus iõ dispõit mãm sm formationem diuersorum organorum & pducit formam aĩati, quia uirtual'r est ipm gñans, & se habet ut ars uel ut forma artificiati in mente artificis a qua & p q̃ artifex disponit materiam artificiati & introducit formam artificialem in mã. eadem. n. arte fabricator idoli disponit metallum & figurat oia membra idoli & simul compaginat, & tamen ars i mẽte fabricatoris cum sit quid spũale, nullam habet diuersitatem nec difformitatem partium. & qm̃ hæc uirtus quæ est in semine est adeo mirabilis in formatiõe membrorum & figurarum cum tamẽ in se nullam difformitatem formal'r contineat (est. n. ut omogeneum) iõ apud Arist. & Cõmen. dicitur uirtus diuina, & uirtus agens p modum intellectus uirtus quidem diuina p silitudinem dicitur, qm̃ sicut diuina uirtus est occulta & conducit rem ad finem & suum cõplementum, sic uirtus in semine occultæ & sup oẽm sensum opatur & deducit aĩatum gñandum ad complementũ, uirtus aũt agens p modum itell's dicitur p silitudinem, qm̃ sicut intell's p nullum organum corporeum operatur ex. 3. de aia sic uirtus seminis per nullum determinatum organũ

agit difformitatem membrorum et ꝑducit formam aiati, qm̄ cum sperma sit quid uniformæ & cōfusum quælibet ps spermatis est sperma, & p quælibet ptem uirtus ipsa opat & in hoc distinguitur uirtus spermatis a cæteris uirtutibus aiæ, uidemus.n.auditum opari p aurē, uisum p oculos, gustum p linguam &c. uirtus aūt seminis utpote vr̄is uirtualr non opatur p determinatam ptem sed ut in se continēs oīa membra gn̄antis, & formam gn̄antis non actu sed potentia ꝑductiua. Hæc quidem est intentio summaria Cōmē. a quo non dissentit. b. Tho. in expōne tex. 31. unde non oportet pp ꝑductionem formarum subalium eorum quæ gn̄antur ex semine recurrere ad ideas nec ad datorem formarū nec ad Deum ut Sco. recurrit q̄tum ad gn̄onem nālem, & q̄tū ad formas educibiles de potentia māæ ut secludamus p̄mā rerum ꝑductiōem quæ fuit imediate a Deo ut sustinebim⁹ in lib. 12. & aiam rōnalem q̄ tenemus non educi de potentia māæ sed a solo Deo creari & hanc opionē possumus sic ꝓbare si formæ subales gn̄atorum ex semine, non educunt de potentia māæ p uirtutem seminis agentis loco gn̄antis, sed a Deo ꝑducuntur, ergo creantur qd̄ est falsum. qm̄ gn̄o nālis condistinguitur cōtra creationem. Probatur ꝯn̄tia, nā nulla alia rōne dr̄ aīa intellectiua creari nisi quia licet agens nāle disponat mām̄ susceptiuam non tn̄ attingit ipsam nec educit eam de potētia māæ, sed a solo Deo ꝑducitur ī mā disposita, ergo in ꝑposito si agens nāle nō attingit aiam generati ex semine puta aiam asini sed tm̄ disponit mām̄ & Deus eam ꝑducit sequitur ꝙ creatur sicut aīa intellectiua, uel ꝙ non magis creatur aīa intellectiua q̄ aīa bruti. Possent adduci ad hoc ꝑpositum plures rōnes, ex quibus aliquas format Iandu. ubi supra de mente Cōmen. & aliquas Pau. son. ubi supra. Sed quia de facili solubiles sunt ut uidere poteris ideo pertranseo.

Vltimo restat soluere rōnes sup̄ inductas ꝑ opione Scoti & Ant. and. Ad p̄mam qua probant uirtutem seminis non esse sufficiens actiuum tantæ difformitatis, q̄tā uidemus ī organis aīalium, negatur minor, q̄ nec ꝑbāt nam uirtus semi

nis & si non formaľr, uirtualr tñ est multi formis, ita q̃ cũ sit ipm gñans uirtualr pôt câre consilem, multiformitatem in organis geniti qualem uidemus in gñante unde se habet ut lux solis quæ licet sit uniformis, difformes tñ & aliqñ cõtrarios effectus cât ut mollificat gumatica & indurat lutũ.

Ad p̃mam qua ꝓbant semen nõ ꝓducere formam sbalẽ aĩalia geniti ex semine, negatur minor. Ad ꝓbõnẽ dico q̃ & si corrumpatur actu quo ad subam remanet tamen i uirtute in mã geniti, sicut remanent elnta in mixto, & uirtus seminis grani corrupti, remanet in herba.

Ad scđam nego minorẽ, licet.n.semen ꝑ quanto est s̃m subam aĩatum in potentia, sit quid imperfectius aĩali genito eo q̃ est aĩatum áctu, tñ uirtualr est æque ꝑfectum quoniã uirtualiter est ipsum generans uniuocum quod est equalis perfectionis cum genito.

Ad illam qua ꝓbant ex sufficienti diuisione, formã aĩalis gñandi ex semine ꝓduci a Deo negatur q̃ non ꝓducatur ex semine concurrente tñ cœlo moto ut vli & p̃mo agente in his inferioribus & hæc rñsio est sñialr ipsius pħi. Dicit.n.in tex.31.Nam sperma facit sicut quæ ab arte, habet.n ꝑtãte spẽm.& a quo sperma est aliqualr uniuocum. Vbi iquit Cõmẽ.forma.n.gñati i semie i potẽtia, queadmodũ forma artificiati est i artifice i potẽtia. Hæc de p̃nti quæsito dcã sint.

Qõ.15.si oĩs diffõ habet partes, quæ correspondeant partibus rei diffinitæ.

Vt aũt rõ ad rem, & pars rõnis ad partem rei. Text.33.

IN HAC.q.duo p̃ncipalr perquirenda sunt. Primo si ẽ necesse oẽm diffõnem constare ex ptibus. Scđo si quælibet ps diffõnis totam nãm diffiniti sigñat, uel si ps ptẽ.

Quantum ad p̃mum non inuenio discrepantiam. Oẽs.n. recte scientes concordant in pte affirmatiua, quæ non solũ manifestatur dicto pħi i hoc.7.in tex.33. Inquit.n.oĩs diffõ est rõ, & oĩs rõ habet ptes, sed ẽt ꝓbaĩ rõne sic. Diffõ ex.2. poste.inuestigatur diuisione & compõne. Diuisione quidem gñis in drĩas compõne aũt generis cum altera drĩa. Sed cõ-

pō & diuisio nō datur sine ptibus ut patet, ergo diffō formata compōne generis & dr̄iæ, habet necessario ptes. Præterea, p diffōnem notificatur essentia diffiniti oībus illis modis quibus pōt nobis notificari. Sed pōt notificari nobis p̄mo confusæ, deinde distinctæ & complete sed p unum solū terminum, non pōt nobis notificari confusæ & distinctæ ut patet, ergo necesse est ipsam constare ex termino magis cōi quo notificatur diffinitum confusæ: & termino conuertibili, quo notificatur distinctæ, ex consequenti necesse est diffinitionem habere partes.

Quantum ad scd̄m, aduerte q̄ si loquamur ī subiis separatis, quæ sunt simplices actus & in quibus non est compō formæ & mā æ, ab oībus cōceditur q̄ quælibet ps diffōnis dicit totam nā m diffiniti, licet diuersimode puta genus dicit nā m separatam in vl̄i, & differentia dicit eādem sub gradu distincto. Totum ergo dubium est de subiis compositis, de quibus duas inuenio opiones quæ pēdent ab una radice .s. ab unitate uel pluralitate formæ in composito. Nam qui tenent q̄ in eodē plurificantur formæ, ut plurificantur p̄ta quidditatiua, dicūt q̄ genus sign̄at formam vl̄em, puta aīal sign̄at formam quæ est aīa sensitiua, & dr̄ia sign̄at formam specificam, & nihil plus & ex his opinantibus est Iandu in 2. lib. huius sciæ in. q. 9. Cuius rōne nos soluimus in eodem lib. in nostra. q. 7. Qui uero tenent tm̄ unam formam in cōposito, dicūt q̄ & genus & differentia dicunt totam nā m diffiniti, quia p̄ntur in recto de diffinito & diuisim & coniunctim. Est tn̄ uerum q̄ genus sumitur a nā ut habet modum determinabilis & mā æ, non q̄ sign̄et solam mā m, & differentia sumitur ab eadem nā, ut habet modum determinantis. Et hanc sn̄iam tenet. b. Tho. in hoc. 7. in lec. 9. ut uidere poteris. Quia ergo tota resolō pendet ab unitate uel pluralitate formæ in suba composita, iō ptrahemus determinationem p̄ntis dubii usq; ad librū. 8. ubi de utroq; inquiremus.

Pro nunc tn̄ intendo defensare rōnem. b. Tho. quā ponit in expōne tex. ubi sic inquit ptes diffōnis p̄ntur. s. ī recto de diffinito, sicut de hoīe aīal rōnale nulla aūt ps ītegralis nec

essentialis p̄tur de toto.s.in recto, ergo partes diffõnis non significat partem diffiniti sed totam naturam.

Huic rõni dat Iandu.in.2.lib.meta.in.q.10.in fine duas rñsiones quarum p̄ma est, q̄ negat tam genus quã differentiam p̄ri in recto de diffinito, & si instatur. Quia cõiter ista p̄tio acceptatur, hõ est aĩal, hõ est rõnalis. Dicit ipse q̄ ista non acceptantur ex nã rei sed ex famositate quã introduxerunt tenentes unitatem formæ in composito, unde sicut consueuimus sic dignamur dici. Et sic s̄m ip̄m hæc est uera ex nã rei, hõ est quid constans ex aĩali & rõnali. Hæc aũt reputatur uera ex consuetudine loquentiũ hõ est aĩal & hæc hõ est rõnalis. Dicit sc̄do q̄ genus põt sumi dupl'r Primo vt dicit formam generalem, quæ est in potentia & ordinat̄ ad aliam formam puta formam sp̃ei, & sic est pars sp̃ei & non p̄tur in recto sed in obliquo de sp̃e. Idem intelligas de differentia. Alio mõ genus dicit compositum ex mã & forma sp̃ei, & formis p̄cedentibus formam sp̃ei. & sic dicit totam essentiam speciei, & prædicatur in recto, sicut dicunt tenentes unitatem formæ.

Sed neutra harum rñsionum ualet. Nam p̄ma est contra doctrinam ph̃i, qui in lib.5.in cap.de s̄m q̄ utitur tali p̄tione in recto & dicit, q̄ est p̄tio s̄m se, & ĩ p̄mo mõ p se, quæ est p̄tio quidditatiua & ex nã rei. Dicit.n. Alia uero quæ in eo qđ quidest existunt quæcunq; ut aĩal Calias s̄m se, nam ĩ rõne inest aĩal. Aĩal.n.quoddam est Calias ex quibus patet q̄ si ista est quidditatiua Calias est aĩal, & hæc est quidditatiua homo est animal quoniam Calias est homo.

Sc̄da aũt rñsio, contradicit ipsi Iandu.qm̃ si in.2.sensu dicit totum & prædicatur in recto concordat nobiscum & cõtradicit sibiipsi.

Quare ut inconstans relinquendus est. Hæc pro p̄senti quæsito dicta sint. Reliqua dicemus in lib.8.

Qõ.16. Si singulare est diffinibile & p se intelligibile. Horum aũt non est diffõ, sed cum intelligentia &c. V sq; ibi sed semper dicuntur & cognoscuntur v'lis rõne. Tex.35.

CIRCA tex. ꝑpositum aduerte q̃ intẽtio p̄bi est declarare, q̃ non datur diffõ nisi de vl̄i, singularia uero non diffiniuntur sed cognoscuntur sensu exteriori si sunt sensibilia, uel imaginatiua si sunt mathematica si aũt dicantur intelligi hoc erit quia continentur in suo vl̄i, nam si intelligo hoĩem intelligo implicite sortem, eandem sñiam tenent p̄bs & Cõmen. infra in tex. 53. ubi tenent cõtra Platonem nullum singulare, nec ideam posse diffiniri. Vt igitur sciamus quid ueritatis continet sñia p̄bi in hac, q. duo uentilanda sunt. Primo si singulare potest diffiniri. Secundo si est per se intelligibile.

Quantum ad p̄mum aduerte q̃ satis constat singulare corruptibile, non posse ꝑprie diffiniri, qm̃ qđ p̄t diffiniri de eo põt esse demonstratio cum diffõ sit medium i demõstratione. Sed ex. 1. poste. non est demonstratio de corruptibilibus, ergo &c. Præterea inquit Cõmen. in hoc. 7. in cõmen. 53. Cum diffõ sit permanentium. i. quæ non possunt al̄r se hẽre, necesse esse: singulare corruptibile fieri & esse incorruptibile. Hoc aũt est impoſ͛e ut patet ergo &c. Magis autem dubitatur de singulari incorruptibili, qm̃ rõ assignata de singulari corruptibili, non habet locum hic, & iõ pono hãc cõclõnem, singulare ẽt q̃ esset incorruptibile non põt diffiniri nam talis diffõ aut constabit unico noĩe, aut pluribus, non unico, qm̃ iam ꝑbatum est sup̄ q̃ necesse est diffõnem hẽre partes, ergo pluribus noĩbus si pluribus aut illa sunt cõia, & hoc non, quia diffõ non conueniret soli diffinito, aut singularia siue propria, & hoc nõ quia essent sicut sinonima, quæ non sufficienter notificant nãm diffiniti, aut unum esset cõe & alterum proprium & hoc non quia cum spẽs spẽalissima nõ diuidatur per differentias illud proprium esset accñs indiuiduale, sed p̄ta accidentalia siue cõia siue propria non ingrediuntur diffinitionem, sed tantum quidditatiua ũt dictũ est supra, ergo &c.

Quantum ad secundum aduerte q̃ multam difficultatem continet propter uarietatem opinionum & diuersimode exponunt a diuersis dicta. b. Tho. Tu tamen ut te resoluas sic

procedes. Primo inuestigandum est, quõ intelligibilitas cõuenit singulari ex sui natura & hoc est loqui metaphysicæ siue ratione suæ entitatis. Secundo quõ intelligibilitas ei conuenit de facto respectu intellectus nostri pro hac uita & hoc est loqui physi. uel ut dicunt alii aiasticæ. i. considerata conditione intellectus coniuncti.

Ad euidentiam primi præpono aliquas distinctiones deinde aliquas conclusiones responsiuas.

Prima distinctio singulare sumitur dupliciter. Primo ut singulare præcise. Secundo ut singulare materiale. & aduerte quod singulare materiale, comparatur ad singulare ut species ad genus. Prædicatur enim singulare de singulari materiali. & immateriali. Et singulare materiale de hoc & de illo singulari materiali. Idem intellige de singulari immateriali.

Secunda distinctio per se intelligibile sumitur dupliciter. Primo ut idem est quod ex se siue ex natura sua est intelligibile. Secundo ut idem est quod quocunq; alio romoto vel non mediante alio. & ut sic est idem quod primo. Isti duo modi non conuertuntur. Nam accidens est per se intelligibile iuxta pmum modũ. sed nõ iuxta scdm, qm ut diximus supra suba est prior accidente cognitione. Ex his distinctionibus ponuntur & probantur tres conclusiones.

Prima pclo, singulare ut singulare ẽ itelligibile p se. i. ex nã sua probatur singulare ut singulare est ens per se, ergo est intelligibile per se, consequentia patet qm unumquodq; intantum est intelligibile inquantum est ens, cum ens sit obiectum intellectus, ergo quod est ens per se est intelligibile per se. Antecedens autem probatur, quoniam singulare includit entitatem omnium superiorum in linea pntali. & non addit nisi proprietatem indiuidualem. Sed ex hoc non fit unum per accidens, aliter dum dico homo risibilis esset unum per accidens, quod patet esse falsum cum sit quod demonstrabile, ergo &c. Præterea si singulari ut singulare repugnaret esse per se intelligibile, ergo intelligentia non seipsam per se, nec Deus seipsum per se intelligeret, quæ om-

nia sunt absurda.

Secunda conclusio, singulare ut materiale in neutro modo distinctionis datæ est per se intelligibile probatur unumquodq; intantum est intelligibile inquantum est aut fit immateriale. Hac enim de causa ponitur ab Aristot. intellectus agens ut denudet quidditatem mālem a conditionibus materialibus, aliter non esset intelligibilis actu. Sed singulare ut materiale, nullo modo est nec fit inmāle, non enim abstrahit a materia cōmuni, cum illa sit de ratione substantiæ materialis ut diximus supra, nec a materia indiuidualis, cū sit constitutiua indiuidui mālis ut diximus supra ergo &c.

Tertia conclusio singulare ut singulare, non est intelligibile per se .i. primo siue non mediante alio prius intellecto. Antequam probetur aduerte q; est contra Scotum & Ant. and. est quidem contra si sumatur ly primo respectu speciei intelligibilis quo ad repræsentatiuitatem, uult enim Scotus & Anto. and. & Gregor. q; sit primo repræsentatiua singularis quia sumitur a phantasmate singulari. Sed. b. Tho. vult ipsam esse primo repræsentatiuam naturæ vl̄is, secundario autem singularis, probatur igitur conclusio sic illud est primo intelligibile ab intellectu, quo primo distinguitur intellectus a sensu, quoniam distinguuntur, potentiæ per obiecta propria sed in hoc distinguitur in uia p̄bi intellectus a sensu q; sensus primo appræhendit singulare, ergo intellectus non est aptus primo intelligere singulare sed vl̄e. Præterea si singulare est primo intelligibile ab intellectu, ergo species sensibilis posset actuare intellectum, cum sit naturaliter repræsentatiua singularis, hoc autem falsum est quoniam nō eēt necesse ponere itell̄m agēt̄e. Nō igi singulare ut singulare est primo intelligibile ab intellectu sed primo sensibile. Et aduerte q; apud nos idem est singulare esse primo intelligibile, & esse intelligibile propria specie primo repræsentatiua singularis.

Ad euidentiam secundi, præponitur distinctio de cognitione, Deinde quædam conclusiones responsiue, postremo soluentur quædam argumenta.

Distinctio est hæc, Cognitio est duplex. s. Directa est quæ terminatur primo ad aliquod obiectum sua specie repræsentatum ut quando uideo albedinem per speciem ꝓpriam albedinis. & intelligo lapidem per speciem lapidis. Reflexa est ut quando intelligo aliquid uideo in aliquo prius cognitio ut quando uideo directe imaginem in speculo, & reflexe ꝑ talem imaginem uideo faciem meam uel alterius.

Ex hac distinctione ponuntur duæ conclusiones rn̄siue.

Prima conclusio, singulare præcipue materiale non potest cognosci ab intellectu coniuncto directe sed solum reflexe probatur singulare materiale non potest abstrahi a materia indiuiduali quæ directe repugnat intelligibilitati, qm̄ cum intellectus sit ĩmaterialis non fertur directe nisi in immateriale uel factum immateriale, ergo non potest directe attingi ab intellectu coniuncto. Dixi autem præcipue materiale, quoniam de immateriali secus est, nam cum sit abstractum ab omni materia, nihil sibi inest quod repugnet intelligibilitati.

Secunda conclusio singulare materiale cognoscit ab intellectu reflexe a sensu autem directe & quidem ꝙ a sensu cognoscatur directe patet, quoniam cognoscitur per speciem sensibilem causatam in sensu a singulari materiali quæ repræsentat obiectum ut hic & nunc, ex consequenti ut existeńs ergo directe, qm̄o autem & quo ordine cognoscatur ab intellectu reflexe, aduerte ꝙ in doctrina. b. Tho. hæc se habent per ordinem. Intellectus per speciem intelligibilem repræsentatiuam primo naturæ vl'is directe intelligit naturam vl'em ut suum proprium obiectum Deĩde reddit ad cognoscendum actum suũ ĩtelligēdi & aduertit ꝙ hic actus causatus est a specie intelli gibli simul cum ipso intellectu. Deinde reddit ad cognoscendum speciem intelligibilem & aduertit illam fuisse extractam a phantasmate. Deinde reddit ad cō siderandum phantasma & aduertit fuisse causatum a singulari & repræsentatiuum eiusdem. Tunc cognoscit in hoc ultimo gradu reflexionis substantiam singularem concurrente etiam cogitatiua quæ dicitur ratio particularis eo ꝙ sub

ſtantiam particularem appræhendit. Hæc eſt mens. b tho. in quæſtionibus de ueritate. q. 2. art. 10. a qua diſcentit ant. and. i. 7. i. q. 13. Sed ratio ſua non ualet, ſupponit enim falſum. ſ. ꝙ ſingulare poſsit obiici intellectui ſine cõditionibus indiuiduantibus quæ ſunt differentia temporis & ſitus & figure. Id nos non admittimus ideo ratio ſua nulla eſt. Aduer te etiam ꝙ & ipſæ in tertia ſua concluſione ponit ſingulare ſignatum cognoſci reflexe. ſed non ad ſenſum noſtrum. Tenet enim indiuiduum uagum primo cognoſci per ſpeciem intelligibilem, ſecundo cognoſci naturam ſpecificam, tertio per reflexionem ad indiuiduum uagum cognoſci indiuiduum ſignatum. Sed hunc ordinem nos non admittimus ut patet ſupra. Quia primum cognitum per ſpeciem intelligibilem eſt natura communis primo repræſentata per ipſam ſpeciem, ideo ſuam concluſionem in ſuo ſenſu non acceptabis, nec ſimilitudo quam addu cit eſt ualida licet. n. natura non intendat producere vl'e qm̃ actio eſt ad eſſe huius entis tamẽ ſpecies intelligibilis poteſt primo repræſentare vl'e ut depurata a conditionibus mate rialibus & indiuiduantibus.

Vltimo loco ſoluenda ſunt quædam argumenta, quibus probant aliqui etiam ex fundamentis. b. Tho. intellectũ directe intelligere ſingularia.

Primo igitur ſic arguunt ſm doctrinam. b. Tho. intellectus antequam intelligat ul'e neceſſario conuertit ſe ad phantaſmata, quæ ſunt ſingularia & rep̄ſentatiua ſingulariũ. Sed hæc conuerſio non eſt aliud q̃ intuitus ſiue intellectio phantaſmatum, ergo non prius intelligit ul'e ſed ſingulare, ergo directe intelligit ipſum.

Ad hoc rñdetur ſm doctrinam. b. Tho. negatur minor qm̃ intellectum conuerti ad phantaſmata, non eſt niſi accipere ſpẽm a phantaſmate, in qua ſpecie directe intuetur vl'e reflexe au tem ſingulare.

Secundo ſic, neceſſe eſt intelligentem phantaſmata ſpeculari ex. 3. de anima, ſed ſpeculari non eſt niſi intelligere er go cum phantaſmata ſint ſingularia & repræſentatiua ſin-

gularium intelligens necessario intelligit singularia ergo di recte q̄m intellectio reflexa non est necessaria.

Ad hoc negatur minor, nam speculari cōmuniter attribuit imaginatiue & cogitatiue & itellectui, unde quando dicit pħs intelligentem necesse est &c. intendit q̄ si homo debet intelligere necesse est ut speculet.i. imaginetur uel phantasietur phantasmata a quibus accipiat speciem intelligibilē ut principium intelligendi & aduerte q̄ non dicit pħs necesse est intellectum, sed intelligentem qui est homo, phantasmata speculari.

Tertio formare syllogismum expositorium est actus intellectus discurrere enim uidetur esse solius rationis, sed medium in tali syllogismo est singulare, ergo prius & directe intelligit singulare, cum ex singulari medio concludat vniuersale.

Ad hoc dicitur q̄ cum cogitatiua sit propinquissima intellectui intantum q̄ dicitur ratio particularis non inconuenit illam formare syllogismum expositorium, unde dico q̄ cogitatiua format maiorem & minorem syllogismi expositorii, intellectus autem iam adiutus cogitatiua facit conclusionem, ex consequenti argumentum non concludit aliud, nisi q̄ formans syllogismum expositorium cognoscit directe singulare, hic autem formans non est intellectus sed ratio particularis.

Quarto intellectus per iuductionem procedit a singularibus ad vl'e, ergo prius & directe cognoscit singulare.

Ad hoc dicitur q̄ intellectus per se solum non facit inductionem, sed ut diximus adiutus cogitatiua, quæ numerat singularia ut conuenientia in aliquo prædicato, ideo nihil concludit.

Quinto intellectus cognoscit hanc propositionem eē ueram, Sortes est homo, ergo cognoscit Sortem & hominem quæ sunt extrema ergo singulare sicut & uniuersale.

Ad hoc dicitur admisso q̄ hanc propositionem cognoscat & extrema, non est necesse q̄ utrunq; extremum cognoscatur directe, & posito q̄ cognoscatur directe non est neces

ſe ab eadem potentia unde pôt dici ꝙ Sortes directe cognoſcitur a cogitatiua & homo ab intellectu.

Sexto ſenſus directe cognoſcit ſingulare ergo & intellectus probatur conſequentia, qm̄ quicquid poteſt uirtus inferior poteſt uirtus ſuperior.

Ad hoc negatur conſequentia, ad probationem, dico qđ quicquid poteſt uirtus inferior, poteſt uirtus ſuperior. ſed non eodem modo, unde ibi eſt fallacia, quoniam mutatur quid in quale.

Septimo intellectus ponit differentiam inter ſingulare & uniuerſale ergo cognoſcit utrunq; directe.

Ad hoc negatur conſequentia ſufficit enim ad cognoſcendam talem differentiam quod utrunq; cognoſcatur ab intellectu, ſed non eſt neceſſe ꝙ eodem modo, poteſt etiam dici ꝙ cognoſcit talem differētiam, quia cogitatiua cognoſcit ſingulare, & intellectus vl'e. nec eſt neceſſe potentiam cognoſcentem differētiam inter duo extrema cognoſcere illa duo extrema niſi quando non ſunt apta cognoſci niſi cognitione unius generis puta ſola cognitione ſenſitiua ut hoc albū & hoc nigrum uel ſola cognitione intellectiua ut duæ ſpecies ſpecialisſime & qm̄ ſingulare eſt aptum cognoſci a cogitatiua. & vl'e ab intellectu & cogitatiua habet continuitatē & maximam propinquitatē cum intellectu, ideo poteſt intellectus ponere differentiam inter vl'e & ſingulare dato ꝙ non intelligeretur niſi a cogitatiua, & propter hoc non infringitur ratio pħi in. 3. de anima qua uenatur ſenſum communem fundata ſuper hoc principium neceſſe eſt potentiā cognoſcentē differentiam duorum extremorum eſſe unam & utrunq; cognoſcere. Hoc inquam principium intelligitur qn̄ utrūq; extremum eſt aptum intelligi cognitiōe unius rationis, puta utrunq; ſenſitiua, uel utrunq; intellectiua. & nō aliter. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Quæſtio. 17. Si in ſolis ſubſtantiis ſeparatis quodquideſt, eſt idem cum eo cuius eſt.

Et quodquideratesse, & unumquodq; in quibusdam idem ut in primis substantiis(& infra)omnia autem quæ sunt sicut materia aut sicut congregata ex materia non sunt idem neq; sm accidens unum & Sor. & musicum. Textu.41.

CIRCA hanc quæstionem antequam deueniamus ad decisionem aduerte, q; phs in hoc.7.in tex.20.determinauit absolute q; in omni substantia quæ ē ens per se sunt idem quodquidest & id cuius est & solum excepit ea quæ sunt unum per accidens. Hic autem quasi se corrigens excipit substantias compositas, de quarum diffinitione est materia. & excipit ens per accidens & uult q; in simplicibus ut in separatis sint idem in aliis autem non. Vt igitur resoluamus propositum sm doctrinam.b.Tho. sic procedemus. Primo ponitur hæc conclusio. In solo primo pncipio.i.in Deo sunt omnino idem quodquidest & id cuius est. Secundo declarabitur in quo sensu tam substantiæ separate quam materiales non sunt idem cum suo quodquidest. Tertio soluentur quædam argumenta opinantium q; absolute omnis substantia siue materialis siue immaterialis est idem cum suo quodquidest.

Conclusio quidem proposita sic manifestatur substantia composita specifica puta homo licet non explicite includat hanc materiam & hanc formam et alia accidētia indiuidualia, tamen non excludit ea quia cum in homine includātur implicite Sortes & Plato, etiam includuntur & continētur implicite principia indiuidualia. In quodquidest autem substantiæ composite, continentur solum prædicata per se primo modo.s.materia & forma in cōmuni & excludit omnia alia prædicata etiam prædicata secundi modi per se ut dixit supra phs. ergo quodquidest substantiæ composite specifice & id cuius est non sunt idem, cum quodquidest præscindat omnia prædicata indiuidualia. & id cuius est, nō præscindat illa. Ex quo patet q; solum quo ad prædicata quidditatiua

ſunt idem. ſubſtantiæ uero ſeparate præter primam , licet non includant hanc materiam quia non indiuiduãtur per materiam tamen includunt exiſtentiam implicite quæ eſt extra rationem formalem ipſarum & includunt ſuas proprietates.& proprias actiones quæ ſunt accidentia , quoniã in ſolo Deo proprietates & actio ſunt ſubſtantia ſua.Quod quideſt uero earum includit ſola prædicata quidditatiua, & omnia alia præſcindit.ſ.exiſtentiam proprietates & actiones,ergo non ſunt idem cum id cuius eſt magis includat q̃ ipſum quodquideſt in ſolo autem Deo nihil eſt quod non ſit eſſentia ſua ibi enim eſſe eſt ſua eſſentia & proprietates & actio eſt ſua ſubſtantia nullum ergo prædicatum extraneũ includit id quod eſt Deus,ſed tantum prædicata quidditatiua,quæ ſola etiam includuntur in ſuo quodquideſt, ergo in ſolo Deo penitus ſunt idem.Et aduerte ꝙ hæc concluſio ſupponit quod de mente pħi , cæteræ ſubſtantiæ ſeparate non ſint purus actus nec infinite uirtutis,nec actio ſua ſit ſba quæ an ſint de mente ſua diſputabitur in lib.12.

Quantum ad ſecundum aduerte ꝙ aliqua dicuntur differre & non eſſe idem duobus modis.Primo quia ſunt diſtincte naturæ ita qđ unum non includit aliud , & ſic differunt duæ ſpecies,duo indiuidua tam in genere ſubſtantiæ quam in genere accidentium.Secundo quia licet ſint quidditatiue ſiue quo ad eſſentialia intrinſeca una res tamen quia unum connotat aliquid reale & extraneum quod non connotat aliud uel quia unum præſcindit a quolibet extraneo, a quo non præſcindit aliud,ideo dicuntur dfferre,ſicut Sortes, & Sortes albus licet enim ſint eſſentialiter idem non tamẽ ex connotato ſiue ex prædicato extraneo.Sortes ei ut Sortes non connotat album,ſicut connotat Sortes albus.In propoſito dico ꝙ in abſtractis citra primum & in ſubſtantiis materialibus.Quodquideſt & id cuius eſt non differunt primo modo. Nam homo ẽ eſſentialiter ideſt cum animali rationali.Sed differunt ſecundo modo, quoniam homo connotat implicite aliqua quæ ſunt extranea a ſua quidditate ut eſſe & accidentia ſiue propria,ſiue communia & omnino ꝑſcinduntur

ſcinduntur a ſua quidditate & ſi bene aduertes uidebis ꝙ ex hac diſtõne ſoluunt pœnæ oĩa argumẽta tenẽtiũ oppoſitũ.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ tenentes contra determinationem factam, arguunt multiplr, & ꝑmo ſic, ſi ĩ oibꝰ hñtibus qd̃quideſt non eſt idem cum eo cuius eſt, ergo falſum eſt, qd̃ dicit pħs in.7. meta.ſ. qd̃ ſingulum nõ eſt aliud a ſui ſubſtantia.i.a ſua quidditate ſiue ſuo qd̃quideſt.

Ad hoc patet quid dicendum ſit ex his quæ diximus ĩ ꝑncipio qõnis, nam in tex. 20. qui eſt tex. allega. ab arguente, determinauit abſolute & in gñe. Sed infra in tex. 41. conſiderãs nãm ſubæ ꝯpoſitæ, & nãm ſubæ abſtractæ, excepit ſubas compoſitas, ideo nulla eſt contradictio in dictis pħi.

Scdo ſic, ſi in aliquo ente ꝑ ſe, non eſt idem qd̃quideſt cũ eo cuius eſt illud nõ poſſet eſſe formalr ſcitum neqꝫ ens qd̃ eſt manifeſte falſum qm̃ tunc de nulla ſuba compoſita herẽmus ſciam nec eſſet ens. Cõtra aũt ꝓbatur, qm̃ unumqdqꝫ eſt ſcitum & eſt ens ꝑ ĩtrinſecum ſibi, & hoc eſt ſuũ qd̃qdeſt ergo non eſt extrinſecum nec diſtinctum ab eo cuius eſt.

Tertio ſi ſic, ergo idem eſſet ſeipm̃ & non ſeipm̃ qd̃ ĩplicat, ꝯñtia ꝓbatur quia unumqdꝙ eſt bonum per nãm ſiue quidditatem boni ſicut hõ eſt hõ per humanitatẽ. Sed ſi nã boni, ſiue quidditas eſt ſeparata iam non eſt illud, ergo &c.

Quarto quia eſſet ꝓceſſus in infinitum. Quæretur.n. de illo qd̃quideſt ſeparato utrum habeat quodquideſt uel non & tenet argumentum ſi ponitur alia res.

Ad hæc tria ſimul rñdetur ꝙ fundantur in falſa imaginatione. Opinatur.n. arguens ꝙ teneamus in ſubiis cõpoſitis qd̃quideſt diſtingui ab eo cuius eſt iuxta ꝑmum ſenſum diſtõnis poſitæ in.q. qd̃ nos non dicimus, ſic.n. eſſet incidere ĩ opionem Plato. contra q̃ militant dcã argumenta & uirtualiter ſunt rõnes pħi diſputantis contra Plato. Sed nos dicimus ea diſtingui qa licet quo ad p̃ta ꝑ ſe ꝑmi modi ſint idẽ non tñ quo ad p̃ta ſcd̃i modi & alia accidentalia. & quo ad eſſe quoniam hæc præſcinduntur a qd̃quideſt ſed non ab eo cuius eſt ut declarauimus ſupra.

Quinto ſi ſic eſt, hoc iõ eſt quia id cuius eſt includit eẽ qd̃

non includitur in suo qd'quidest, hoc aũt est falsum ꝯña patet quia est rõ sic tenentium, falsitas aũt ꝯñtis ꝓbatur. Quia possumus loqui & disputare de rosa & de aliis concretis, & silr de quolibet supposito angelico & mãli ignorando utrũ sint & p ꝯñs sub indiña ad esse & ad non esse ergo nec cõcretum, nec suppositum angelicum nec mãle includit esse.

Ad hoc dicitur ꝙ arguens imaginatur nos tenere ꝙ esse includatur in rõne siue in conceptu concreti aut suppositi ĩmãlis uel mãlis & excludi a qd'quidest. Id nos nõ tenem⁹. Sed dicimus ꝙ licet non includat esse explicite, includit tñ implicite inquantum sigñat ut hñs & ut totum, excluditur autẽ explicite & implicite a qd'quidest qm̃ constat ex solis ṗtis quidditatiuis excludens qd'cunq; extraneum & qm̃ in uia nostra in quolibet citra ṗmam cãm esse est extraneum & distinctum a quidditate, iõ oino excluditur a qd'quidest. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Qõ. 18. Si ex genere & differentia fit unum per se. Propter qd quidem unum est, cuius rõnem diffõnem esse dicimus. Tex. 42.

CIRCA hãc. q. anteq̃ deueniamus ad decisionẽ aduerte ꝙ pħs in tex. ṗsenti itẽdit declarare, qũo diffõ sigñat unum p se, cum constet ex gñe & differẽtia, quæ vñr sigñare plura, unde sicut ex subo & accidente non constituitur unum p se, sic nec ex gñe & differentia uidetur posse constitui unum p se, ꝓ resolõne igitur huius dubii sic ꝓcedem⁹. Primo declarabitur fm. b. Tho. quæ est rõ ꝙ ex gñe & differentia fit unum p se, non aũt ex subo & accidente. Scdo examinabitur rõ, q̃ ad idem adducit Iandun. in. 7. metaphy. q. 23. Tertio soluentur quædam argumenta.

Quantum ad ṗmum aduerte ꝙ rõ. b. Tho. stat in hoc. Quando differentia additur gñi, non additur ut forma uel nã distincta realr a nã gñis, sed ut determinatum ĩdeterminato ita tamen ꝙ eadẽ nã concepta indeterminatæ fundat conceptum gñis, concepta aũt determinatæ, fundat conceptum differentiæ. Sed non sic est in subo & accidente, qm̃

accñs siue ꝓprium siue cõe, est quid extraneum & distinctũ realr a subo, & tam accñs q̃ subm sunt in actu iõ ex eis nõ fit unum p se. Nam dicemus infra ꝙ ex duobus entibus ĩ actu distinctis realr non fit unum p se. Sed necesse est alterũ esse ens in potentia. Hac.n. de cã ex mã & forma fit unum per se, ut patebit infra. Quia igitur genus & dña non distinguũtur realr non inconuenit ꝙ ex eis fiat unum per se, & qm̃ subm & accñs distinguuntur realr, & neutrum eorum ẽ ens in pura potentia, iõ ex eis non fit unum p se. Hæc est rõ. bẽ Tho. Et aduerte ꝙ cum teneamus genus & dñas medias & ultimam esse unum essentialr, non possumus dicere ex genere & dña fieri unũ per se compõne reali qm̃ compõ realis requirit extrema distincta realr. Sed uerius dr ꝙ fit unũ p se compõne rõnis, qm̃ genus & dña distinguuntur solum rõne & unum prædicatur de alio idẽtice licet non formaliter ut diximus in. 3. lib.

Quantum ad scdm aduerte ꝙ Iandu. in. 7. lib. in. q. 23. sequẽs imaginationem suam ꝙ. s. in suba composita multiplicentur formæ ut multiplicantur pta quidditatiua, tenet iõ ex dña & genere pcipue ex dña finali & genere ꝓximo fieri unum p se. qm̃ genus dicit formã gñalem puta aĩal aĩam sensitiuam & dña finalis dicit formam specificã, puta rõnale aĩam intellectiuam, & tenet ꝙ differentia finalis sumpta a forma specifica comparatur ad genus ꝓximum sumptũ a forma generali sicut actus pfectus & completus ad actum imperfectum, qui ut imperfectus est ut ens in potentia ad actum, & tunc arguit sic. Ex illis fit unum per se, quoꝝ unũ addit super aliud actum perfectum & sbam perfectam quia actus completus cum ente in potentia facit unam nãm per se. Sed hoc est in partibus diffõnis, nam qñ diffõ constat ex genere remoto & oĩbus differentiis, ultima differẽtia addit super al's actum completum, qñ aũt constat ex genere ꝓximo & differẽtia ultima idem sequitur, qm̃ genus importat formam generalem & potentialem, differentia aũt ultima formam specificã ut actum ultimum & completum. unde sicut ex forma & mã fit unum per se, quia alterum actus al

terum potentia, sic in proposito, quia genus est potentia & differentia ultima actus.

Sed hæc pō, partim destructa est in lib. 2. meta. ubi quæsiuimus si est pcessus in infinitum ī causis formalibus & partim destruetur in lib. 8. ubi determinabimus unitatem formæ subālis in composito. Et infra in hoc. 7. super textū. 56. quæremus si dantur diuersæ formæ subāles in aīali fm diuersa organa. Pro nunc sufficit rñdere rōni factæ a Iandun. negatur igitur maior, nisi illud cui additur actus perfectus, sit ens in pura potētia qualis est mā pma, constat aūt q̃ genus nec differentiæ mediæ dicunt ens in pura potentia. Negatur ēt minor, ad pbōnem nego q̃ genus dicat formam generalem distinctam realr ut supponit arguēs a forma specifica, nego silr q̃ differentia ultima addat super differentias medias, actum perfectum ita q̃ ut supponit arguens differētiæ mediæ dicant actum siue formam imperfectam distinctam realr a forma importata per differentiam ultimam. Et aduerte q̃ Ant. and. in. 7. li. in. q. 14. uidetur declinare ad mentem Iandu. nam in fine qōnis concedit q̃ genus pōt sumi ab una forma, & differentia ab alia, & exemplificat de hoīe in quo fm ipm sunt plures formæ. uerum cum quælibet forma sit actus & faciat esse actu id cuius est forma, sequit q̃ genus & differentia in hoīe sumantur a duobus actibus. Sed ex duobus actibus aut ex duobus entibus in actu non fit unum per se ut declarabitur infra, ergo stante pōne Iandu. & Anto. and. nō poterit assignari rō, quare ex genere & differenti a fiat unum per se. Melius est ergo tenere sniam. b. Tho. a qua nec Cōmen. discordat, nam in hoc. 7 ī cōmē. 42. Declarās quare hō albus non sigñat unum per se sicut aīal bipes quæ ponitur diffō hoīs, inquit. Dicere uero quare hō albus non sigñat unum, qm̄ alterum istorum non est reliquum essentialr, ex quibus innuit q̃ iō genus & differentia constituunt unum per se, quia sunt idem essentialr, & quoniam in subō & accñte non est idētitas essentialis iō ex eis non fit unum per se, si sunt idem essentialr ergo non sumuntur ab alia & alia forma ut patet. Sed ab eadem diuer

ſimode concepta ut diximus ſupra.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ oīa argumenta quæ ſolent fieri contra determinationem factã, ſupponũt in eodẽ plures formas ſub̃ales.& qm̃ hoc quæſitum differimus uſq; ad octauum lib.iõ ne multotiens eadem argumenta & ſolutiones replicemus,non eſt hic immorandum.Hæc de præſenti quæſito dicta fuerint.

Qõ.19.Si in aĩali plurificantur formæ ſubſtantiales ſm̃ partes organicas.

Maxime aũt aliquis aĩatorum partes ſuſpicabit &c. uſq; ibi,eo ꝙ principia motus habeant ab aliquo in iuncturis. Text.56.

CIRCA hanc.q.añquã ueniamus ad reſoľonem aduerte ꝙ pħs in tex.ꝓpoſito intendit declarare, q̃uo ſub̃a compoſita componatur ex ꝑtibus,& dicit ꝙ nõ componitur ex ꝑtibus exiſtentibus in actu ſed in potentia eo ꝙ ꝑtes non ſunt actu exiſtentes ex ſeipſis dũ componũt totum,ſed exiſtunt ꝑ eſſe totius,& id quidem clarum eſt in rebus inaĩatis in quibus non ſunt diuerſe ꝑtes organicæ ordinatæ ad diuerſas oꝑationes.ſed in aĩalibus vr̃ dubium, nã ex quo diuerſe ꝑtes hñt diſtinctas oꝑationes,ut cor ſtomacus cerebrum,vñr exiſtere actu nõ ſolum ꝑ formam totius aĩalis quæ eſt aĩa, ſed ꝑ formã ꝓpriam ita ꝙ alia ſit forma ſub̃alis cordis,alia ſtomachi,alia cerebri, alia carnis,alia oſſis.Item aduerte ꝙ hic non intendimus quærere utrum in uno compoſito ſint plures formæ totius compoſiti,puta ꝙ ĩ hoĩe ſit corꝑeitas,aĩa ueg.ſenſi.ĩtellectiuo, quaꝝ quælibet totam compoſiti mãm informet.De hoc.n.quæremus ĩ li. 8.ut diximus ſup̃.Sed hic intendimus quærere ſolum utrũ ĩ aĩali ꝑfecto in quo ſunt uaria membra diſtinctaꝝ oꝑationũ, ſint plures formæ ꝑtiales ſub̃ales ut in corde ĩ ſtomaco &c.

Pro reſoľone igitur pñtis quæſiti in quo ĩuenio opĩones duas extremas.ſ.b.Tho.& Ant.and.cum Scoto ſic ꝓcedet.

Primo ꝑtractabitur opinio.b.Tho.& eorum qui cõcordant cum eo.Secundo pertractabitur opinio oppoſita & ſol

uentur rationes suæ.

Quantum ad pmum aduerte ꝙ mens.b.Tho. est ut patet in.1.pte.q.76.ar.4.cui concordat Grego.in.2.sen.dist. 17.q.2.& Her.in.q.magna de pluralitate formarum ꝙ nō sint plures formæ subales in eodem aiali ptium etherogenearum, nec diuersorum organorum, imo est tm̄ una forma totius aialis & quarūcūq; ptium donec uniuntur i toto. Hanc conclōnem sic ꝓbare possumus. Organizatio corporis & distō ptiū therogenearum ꝑuenit aliquo mō ꝓductionem aiæ. Est.n.aia actus corpis non qualiscunq; sed physica organici. Igitur si hmōi ptes hn̄t ꝓprias formas sbales, sequitur ꝙ ꝑueniunt tales formæ ipsam aiam, & tūc quæro aut in aduentu aiæ corrumpuntur aut pmanent, si corrumpuntur aut aliæ sil'es inducuntur aut non, si.1. mō ergo frustra corrūpuntur, ex quo ille sufficiebant, sicut suæ consil'es si.2.mō, hr̄ ꝓpositum, qm̄ post aduentum aiæ, erit ue⁊ dicere ꝙ est tantum una forma totius aiati, & oīum organorū & oīum ptium etherogenearum, si pmanēt sequitur ꝙ erit uera gn̄o subalis alicuius absq; cuiusq̄ subali corruptione, ꝙ repugnat pbiæ Arist. Qd & confirmatur p Cōmenta.in.1. phy.cōmen.69.ubi inquit si mā̄ hēret ꝓpriam formā, nullam aliam recipet ipsa pmanēte. Sed statim corrumperet q̄ cito alia forma gn̄aretur, pterea si manent sequitur ꝙ ꝓductio illa non erit uera gn̄o simplr sed alteratio tm̄, quoniam subm defferens transmutationem, retinebit sub utroq; termino idem nomē & eādem diffōnem cum quælibet forma subalis constituat in esse specifico. Nec refert q̄tum ad hoc, utrum illa forma sit pfecta uel impfecta, quia quælibet ꝯstituit hoc aliquid unum ſm spēm, & p ꝯñs manente eadē forma, sbm erit idem non uariatum ſm subam suam, ac p hoc quælibet transmutatio supueniens erit solum accn̄talis, & hoc ipm confirmatur p Cōmen. qui in.1.phy. cōment.69. p hoc pbat ꝙ mā non est aliquid existēs actu hn̄s ꝓpriam formam subalem, quoniam tunc gn̄o in suba esset alteratio & formæ receptæ essent accn̄tia. Vt igit non sequant lihōi inconuenientia, tenendū est ꝙ non sunt plures formæ sub-

ſtantiales in aĩali ſm pluralitatem organorum &c.

Quantum ad ſcd͂m aduerte ꝙ Ant. and. in.7.li.in.q.17. tenet partem affirmatiuam. Dicit.n.ꝙ in quolibet uiuo ṗter formam aĩati quæ eſt aĩa, eſt alia forma totius quæ eſt forma corpis & forma mixti & ṗter has quæ ſunt cões toti aĩali ſiue uiuo, ſunt aliæ partiales ſpecifice diſtinctæ, & ſunt tot quot organa diſtincta, & hanc ſuam opinionem conatur ꝓbare tribus rationibus.

Prima eſt, ps aliqua aĩalis põt ſeparari ab aĩali ut ſi ps oſſis abſtrahatur ab aĩali, & remanet actu ꝑoſt ſeparationem ut patet, & non remanet actu ꝑ formam totius cũ ſit extra totum, nec remanet ꝑ formam de nouo genitam, quia tam ſubito ſicut põt eſſe illa diuiſio ſi ſit in inſtanti non ṗt ab agẽte nãli noua forma introduci ſine alteratione præcedente, ergo remanet per formam propriam quam prius habebat dum eſſet unita in toto.

Ad hoc cõceditur totum uſq; ibi, nec remanet ꝑ formã de nouo genitam, hoc negatur ad ꝓbõnem dico ꝙ quocũq; ꝑuo tpe fiat diuiſio, fit cum alteratione, quæ ut ṗuia ſufficit ꝑ gñone nouæ formæ ab agente nãli in pte diuiſa, nã forma illa eſt forma cadaueris quæ eſt forma uilis & ut uia ĩ reſolõnem ad.4.elẽnta. Ad cuius gñonem ꝑpter uilitatẽ ſuã, nec multum tpis, nec multæ diſpõnes, nec ordinata alteratio requiritur. Sicut oppoſito mõ contingit qñ debet gñari aĩal ꝑpter nobilitatem aĩæ quæ comparatur ad formas inferiores ea, ut perfectum ad imperfectum.

Scd͂a, una forma mixti non vr̃ poſſe ĩformare mãm diſpoſitam contrariis & repugnantibus mixtionibus. Sed in corpore aĩalis ſunt tales mixtiões ex.1.de aĩa & patet, quia cerebrum eſt frigidum & cor calidum.

Ad hoc rñdent Her. & Greg. ubi ſuṗ & negãt maiorem. Dicunt.n. illam nõ hẽre ueritatem niſi in forma, quæ ita eſt una ꝙ non eſt multiplex uirtute ut forma elẽnti, mõ forma mixti aĩati eſt multiplex uirtute, equipollet.n. formis.4. elẽntorum, & iõ ſicut forma ignis eſt ṗncipium calefaciẽdi, & aquæ infrigidandi, ſic forma mixti in diuerſis ptibus mi-

xti, ad exercendum diuersas & contrarias operationes ꝓut conuenit mixto aı̄ato. & ꝑcipue aı̄ali perfecto. Et aduerte ꝙ consilr̄ soluitur argumentum, quo Ant. and. arguit in ꝑnci. illius q̄onis. Sic. n. arguit. Actiones sp̄es distinctæ, sunt a formis sp̄e distinctis quoniam cū forma det esse & agere, actio notificat formā. Sed ı̄ partibus aı̄alis sunt actiōes sp̄e distinctæ, ut patet ꝙ cor calefacit & cerebrū infrigidat, ergo &c.

Hoc inq̄ soluitur ut ꝑcedens, quoniā maior nō habet ueritatem nisi in hoc disiuncto. Actiōes sp̄e distinctæ sunt a formis sp̄e distincti, uel a forma equipollente formis sp̄e distinctis. Et. 2. pars uerificat̄ in casu ꝓposito, quare &c.

Tertia s̄m Aris. in lib. de aı̄alibus, cor ꝑus ēt tempore generatur q̄ alie partes aı̄alis, & sic est assignare multas mutationes completas unam ante aliam in generatione animalis terminatas ad plures formas, ergo &c.

lacerta aiat ptem extra totum, ergo &c. & hoc confirmat p pbm in. 2. de aia text 19. ubi sic inquit, sicut.n. in plãtis quædam vñr diuisa uiuẽtia & separata abinuicem, tanq̃ existente in his aia actu quidem una in unaquæq; planta potentia aũt pluribus sic uidemus & circa alteras aiæ drĩas accidere ut in enthomis decisis &c. Ex quibus constat q͛ si in planta, & in enthomo, est aia una actu, & plures potentia q͛ est quanta per accidens, aliter non diuideretur nec fieret actu plures ad diuisionem partium a toto.

Scd'o arguitur contra Sco. q̃tum ad hoc q͛ tenet in hoĩe formam specificam quæ est aia intellectiua: & formam corporeitatis distinguit realr, & formam corpeitatis p̃cedere tpe aĩam intellectiuam & remanere in aduentu aiæ, ita q͛ aia aduenit mãæ iam existenti & aduenit composito iã extenso p formam corpeitatis & p trinam dimensionem cõcomitantem formam corpeitatis. Contra hoc igitur sic arguitur. Aia quæ recipitur in subo existenti actu, & iam extẽso inq̃tum extenso, de necessitate fit extensa p accñs. Hæc patet, qm̃ non alia rõne albedo recepta in subo quanto fit extensa p accñs, nisi quia recipitur in extenso p supficiẽ inquantũ extenso. Sed ƒm Sco. aia intellectiua distincta realr a corpeitate recipitur in subo iam existenti actu & extenso inquantum extenso, qm̃ ƒm ipm recipitur in composito ex mã & forma corpeitatis, ergo de necessitate fit extensa per accñs, qđ est contra ipm Sco. & cõtra ueritatem, qm̃ cõiter tenetur, formam extensam educi de potentia mãæ, nõ ergo tenendum est formam corporeitatis distingui realiter ab anima intellectiua.

Vltimo soluendæ sunt rões p̃ncipaliores quæ solent induci pro opinione Scoti. & sequentium uiam suam.

Prima. Hõ uere est corpus & est p̃rio in. 1. mõ p se ergo essentialis, ergo per aliquam formam est corpus, & non per animam intellectiuam, ergo per formam corporeitatis distinctam ab anima intellectiua.

Ad hoc põt duplr rñderi p̃mo concesso q͛ hõ uere & essentialr & in. 1. mõ p se sit corpus nego hanc ɔ̃ñtiam, ergo

p aliquam formam, nam aliqua pta essentia sumunt a mã quæ est ps essentiæ in suba composita, sicut ibi hõ est corruptibilis non p formam quæ est aĩa intellectiua sed pp mãm subam puationi. Sic in pposito hõ est corpus pp mãm quæ licet non sit snþm trium dimensionum, est tñ rõ receptiua earum in hoĩe, & non forma hoĩs, ut diximus in. q. 2. huius octaui, scdo concesso q̃ hõ sit corpus p aliquam formam, nego quin p aĩam intellectiuam nec obstat quia est spũalis, nam licet inquãtum intellectiua sit mere spũalis, tñ quia sm subam equipollet formæ corpeitatis & ueg. & sensitiuæ. nõ incõuenit q̃ p ipsam hõ hẽat esse corpeum & sit corpus, nec est necesse ad hoc q̃ aĩa det esse corporeũm, sit formalr corporea. i. extensa siue quanta p se uel per accñs sed q̃ sit pars quanti p se, & qm suba aĩæ intellectiuæ est pars quãti per se .i. hoĩs qui est quantus per se, pp̃ter mãm, quã diximus esse rõnem recipiendi in hoĩe quantitatem, iõ per ipsam hõ est corpus. Qđ si aĩa esset spũalis ut suba separata nõ posset per ipsam hõ esse corpus, quia substantia separata non est apta esse pars essentialis rei qũante.

Scđo. Hõ componitur ex corpore & aĩa igitur aut corpus est mã sola & hoc non, quia possemus dicere elñtũ esse compositum ex corpore & forma sua qđ nullus dicit, aut est mã cum aliquo accñte puta cum quantitate & hoc non quia nullum accñs est de essentia hoĩs sed esse corpus est essentiale hoĩ, aut est mã cum aĩa intellectiua, & hoc nõ, quia cum dr̃ hõ est compositus ex corpore & aĩa intellectiua, ly aĩa condistinguitur ut pars cõtra ly corpus, ergo est mã cũ forma corporeitatis quæ est alia forma ab aĩa intellectiua.

Ad hoc dr̃ q̃ est aĩa intellectiua cum mã non pro gradu intellectiuo sed ut dat esse corporeum. Nec est uerum q̃ aĩa & corpus sint duæ partes ita condistincte, q̃ corpus non includat aĩam, imo dico q̃ ly corpus est qđdam totum cõpositum ex mã & aĩa intellectiua sm subam suam licet nõ sm intellectiuam, nec cõcedendum est hoĩem componi ex corpore & aĩa ut duabus partibus, quarum una non includit aliam, licet apud vulgus uideatur sic esse sed potius dicendũ

est ꝙ corpus est quoddam totum.& anima pars.

Tertio.Qñ aĩal moritur,materia ꝑ nullo instanti est sine forma corporeitatis,quæro ergo aut est eadẽ numero quæ fuit in materia dum aĩal uiueret aut noua introducta, non noua introducta,qm̃ nullus effectus unus s̃m spẽm ꝓducit indifferenter a quo uis agente uno uel pluribus s̃m spẽm, nec et̃ indifferenter s̃m quãlibet mutationem p̃uiam, sed a determinato agente & per determinatam mutationem p̃uiã.Sed uidemus ꝙ si aĩal moritur gladio uel fuste,uel suffocatur,uel morbo intrinseco, uel quocũqꝫ alio mõ, semper cadauer eius est eiusdem rõnis,ergo non tunc de nouo ꝓducitur illa forma corporeitatis sed p̃erat in uiuente, producta a determinato agente.

Ad hoc dr̃ ꝙ est ꝓducta de nouo ad improbationem nego maiorem qñ effectus est uia ad definitionẽ rei. Talis.n. effectus ordinatur ad formam cadaueris,quæ est forma uilis.& cum sit uilis non inconuenit ꝙ a diuersis agentibus,& diuersis modis siue mutationibus ꝓducatur p̃cipue quia cõueniunt in hoc,ꝙ licet diuersimode agant, tñ semper cãnt alterationem,qua disponitur materia ad remotionem aĩæ & receptionem formæ cadaueris,quæ ex uilitate sua de facili ꝓducitur&,ueluti nãli sequella sequitur obieictionẽ aĩæ.

Quarto.Mortuo aĩali, remanent eadẽ accidẽtia ut quãtitas figura color &c.ergo remanet eadem forma corporeitatis,per quam insunt.

Ad hoc negatur antecedens, licet.n. sĩlia introducantur concomitantia formam cadaueris non tamen sunt eadem, licet sensus alr̃ iudicet.Sicut non sunt eadem accidentia p̃cedentia & concomitantia formam generandam. sed similia, ut diximus supra.

Alia argumenta recitat Pau.Sonci.in.8.meta.q.& soluit contra Scotum ac sequentium eũ quæ uidebis ad placitum. Mihi sufficit soluisse ea,in quibus principaliter se fundat opinio Scotistica.

Quantum ad tertium mẽbrum diuisionis aduerte ꝙ & Auicen.& Commen.ponunt in elementato ultra formam

ſpecificam,remanere formas elementorum actu. Sed diffe renter,qm̄ Auicen.uoluit eas remanere integras.Cogitauit enim ꝙ cum ſint ſubſtantia, non recipiunt magis & minus unde cum conſiſtāt in indiuiſibili,neceſſe eſt in mixto dum generatur aut eas corrumpi aut remanere integras. Sed non eſt dicendum ꝙ corrumpantur quoniam hæc eſſet fal ſa,elementatum componitur ex elementis partes.n.componentes neceſſe eſt ſaluari in cõpoſito, remanent igitur integre uerum quia aduertit ꝙ ſi formæ elementorum remanent integre in mixto,& ſi qualitates eorum remanerent in ſuis excellentiis intenſe non poſſet fieri mixtio(neceſſe eſt.n. mixta iuxta naturam ſuam eſſe temperata pro quanto unum declinat magis ad ſiccitatem, alterum ad oppoſitum,unum ad caliditatem,alterum ut oppoſitum), iō uoluit Auicen.qualitates elementorum corrumpi per alterationem adinuicem. & ex eis conſtari qualitatem unam, quam dicebat cõplexionalem continentem in ſe uirtualiter omnes quatuor qualitates non tamen equali gradu, ſed ꝓ diuerſa complexione aliqñ declinat ad calidum aliqñ ad oppoſitum.Hæc fuit imaginatio Auicen.contra quam arguemus infra & ſoluemus rationes ſuas.

Auerroes autem licet in.1.de gñone comment. ultimo uideatur tenere cum Auicen.tamen in.3.lib. de cœlo commen.67.penitus recedit a uia Auicen.Et dicunt commentiſtæ id non eſſe mirum, quoniam in iuuentute compoſuit ſuper lib.de gñone,in ſenectute autem ſuper libr. de cœlo. Igitur ut ſuſtineret mixtionem non eſſe corruptionem, poſuit elementa & formas eorum ſaluari actu in mixto. Credidit.n.ꝙ ſi non ſaluantur actu mixtum non eſſet mixtum quæ.n.miſcentur non corrumpuntur.Nam dicit pħs in. 1. de gñone te.84.Quæ miſcentur neq; corrumpuntur neq; unum neq; ambo,ut autem ſuſtineret mixtionem non ſolum ſm ſenſum ſed ueram mixtionem in qua ſm doctrinā pħi in.1.de gñone tex.85.&.86.nulla pars diſtinguitur ſitu ab alia ſed fit mixtio ſm totum ita ꝙ miſcibilia conueniunt in unam formam compoſiti quod ſit unum per ſe &

aduertens hoc esse impossibile si formæ elntorum remanerent actu integre in mixto ut magis declarabitur quando arguemus contra Auicen. posuit ipsas remanere refractas siue remissas. Dicit.n.q̃ suscipiunt magis & minus & sunt contrarie: & sunt medie inter formas substantiales & accidentales propter suam imperfectionem, cum sint ꝓpinquissimæ mãæ primæ. & ideo non est mirum si ut accedunt ad nãm formarum accidentalium possunt intendi & remitti. Hæc fuit imaginatio Commen. contra quem arguemus. & soluemus fundamentum suum.

Contra Auicen. arguitur duabus rõnibus quas tangit. b. Tho. in. 1. de gñone in expositione te. 84. & sustinebo eas.

Prima est si elementa sunt actu in mixto inesse integro uel non saluatur uera mixtio uel plura corpora sunt in eodem situ, quorum utrunq; est falsum & reprobarũ ab omnibus. Contra probatur. Quæro de formis elemẽtorum existentium actu in mixto, aut sunt informantes eandem partem materiæ aut diuersas non eandem qm̃ licet apud multos eadem materia possit informari simul pluribus formis quarum una est ordinata ad aliam, ut corporeitas ad aĩam & forma generis ad formam speciei tamen nullus ponit eam posse informari simul pluribus formis specificis quarũ una non ordinatur ad aliam, constat autem formas elementorum esse formas specificas quære &c. Si informant diuersas, ergo constituunt distincta corpora, qm̃ non diuiditur materia nisi per quantitatem. Sed ex forma substantiali & materia quanta constituitur corpus. Cum igitur sint distinctæ materiæ & distinctæ formæ erunt distincta corpora. Tunc ultra aut ista distincta sunt in distincto situ & sic non erit uera mixtio, sed distinctorum iuxta positio quam pħus in. 1. de gñone dicit esse mixtionem ad sensum, aut sunt in eodem situ & tunc sequitur multa corpora esse simul quod apud omnes tenetur impossibile ut probatur in. 4. physic.

Secunda est si Auicen. debet saluare ueram mixtionem, necesse est ut ponat quatuor formas elementorum informare eandem mãm aliter ut deduximus in prima ratione

non esset mixtio ſm totum sed per iuxta positionem. Sed si informant eandem mām cum quælibet forma requirat ꝓprias dispositiones. i. tantum quātitatem & tales qualitates & in tanto gradu & formæ elementorum requirant vnam qualitatem contrariam qualitati alterius elementi uel utrā que sequitur ꝙ in eodem subiecto erunt contraria intensa ut pro forma ignis calidum & siccum & ꝓ forma aquæ humidum & frigidum.

Rationes autem Auicen. ut tangit. B. Tho. in. 1. de gñōne super tex. 84. fuerunt duæ quas intendo simul soluere.

Prima est si elementa non remanent actu in mixto ergo corrumpuntur si corrumpuntur ergo non miscentur. ergo mixtio non erit mixtio sed corruptio & hæc ratio uidetur fundata in doctrina pħi i. 2. de generatione in tex. 82. ubi inquit pħs. Altero autem corrupto non mixta esse sed hoc quidem esse hoc autem non esse mixtionem autem similiter habentium esse.

Secunda est si elementa non manent actu in mixto amittunt rationem elementi & falsum erit dicere mixtum compositum esse ex elementis, nam diffinitio elementi est hæc elementum est ex quo aliquid primo fit cum insit & est indiuisibile in diuersas species ut declaratum est in. 5. metaph.

Ad utranq; simul respondendo negatur consequentia stat enim ꝙ actu non remaneant & tamen non simplr̄ corrumpantur. & ꝙ ex eis fiat mixtio dicit enim pħus in. 1. de gñōne tex. 84. neq; manent actu ut corpus & album neq; corrumpuntur neq; alterum neq; ambo saluatur enim uirtus eorum ex quibus habetur ꝙ saluantur uirtute in mixto & propterea non dicuntur corrumpi nam illud proprie corrumpitur ꝙ simpliciter desinit esse. s. actu & uirtute. Qualiter autem saluantur virtute declaro ſm doctrinam nostram quam sequitur Greg. in 2. sen. dis. 15. q. 1 & Herueus in. qō. de pluralitate formarum & resolutio stat in hoc. Mixtio sumitur triplr̄ primo pro congregatione elētorum abinuicē, quæ ut sic nec est generatio nec corruptio elementorum, secundo pro elētorum alteratorū unione quæ nec sic est cor

ruptio sed alteratio tantum. 3. pro gñone mixti consequente duos modos prædictos mixtionis. & in ea necesse est elementa desinere actu & saluari uirtute. Quod qualiter fiat aduerte ꝙ elementa simul congregata. alterant seinuicem ita ꝙ corrumpuntur quo ad formas substantiales & qualitates suas. Quibꝰ corruptis resultat uirtute alicuius agẽtis alteriꝰ ab elemẽtis per se incẽdentis gñonẽ alicuius mixti siue illud agens sit aliqua uirtus existens incontinente uel aliquis calor. uel ꝯm. b. Tho. uirtus corporis cœlestis resultat inꝗ aliquod mixtum & aliqua qualitas media inter extrema differens ab eis. Quæ quidem ꝯm Herueum est simplex ꝯm essentiam suam continens in uirtute omnes qualitates elementorum, sicut mollicies continet in uirtute humiditatem & siccitatem ꝯm autem aliquos Thomistas illas qualitas media est composita, ita ꝙ formaliter continet aliquid de caliditate & fri. & sicci. & humi. & ratione huius qualitatis medie dicũtur qualitates elñtoꝝ remanere ĩ mixto remisse qa continẽtur formaliter in gradu remisso in illa qualitate media, cuius sunt partes. & quãdoqꝫ una pars remittitur & alia intenditur & ꝯm hoc mixtum magis appropinquat huic elemento quam illi sicut cum calor dominatur ꝓpinquat igni qñ frigiditas aquæ unum autem in qnalitate media seruentur extreme formaliter quæ sunt cõtrarie determinabimꝰ in lib. 10 & pro nunc teneo cum Herueo. s. ꝙ talis qualitas media non est composita ex pluribus partibus ꝯm rem sed tantum uirtualiter quia habet aliquid inquantum conuenit cum uno extremo & aliquid inquantum conuenit cum alio & hæc media qualitas est dispositio ad formam mixti, & diuersificatur in diuersis mixtis. & in ea seruantur uirtualiter qualitates elementares quæ agunt in mixto in uirtute formarum subalium elementorum, ita ꝙ uirtualiter sunt elementa sicut calor naturalis generans carnem est uirtualiter anima & uirtus formatiua seminis est uirtualiter generans & ratione huius qualitatis medie sapientis naturam qualitatum elementarium quæ continẽt uirtutem formarum substantialium elñtorum, dicuntur elementa manere in mixto

uirtualiter quia sunt & operantur ac si essent realiter in eo & hac de causa licet in mixtione uera contingat elntorum corruptio, tamen non proprie dicitur corruptio. Quia corruptio proprie est quando fit transitus ab uno extremo ad aliud totaliter. Hic autem non fit talis transitus quia generatur medium continens uirtute extrema, nec obstat ꝙ dicit pħus. Mixtio est miscibilium alteratorum unio intendit enī de mixtione. 2. modo & non. 3. modo in quo nos nunc loquimur. Patet igitur ꝙ neutra ratio concludit. & ad hoc qđ ratio elementi saluetur in elementato, sufficit ipsum inesse actu uel uirtute.

Contra Commenta. arguitur rationibus. b. Tho. 1. de generatione in expositione text. 84. & sunt tres quas intendo defensare contra commentistas.

Prima est si forma substantialis elementorum est media inter substantiam & accidens, ergo datur medium inter affirmationem & negationem ꝙ est impossibile ut probatum est in. 4. lib. consequentia probatur, nam omne ens praecipue reale & absolutum est substantia uel accidens, sed accidens est non substantia & ſm Commenta. forma elementi est media inter substantiam & accidēs, ergo est media inter substantiam & non substantiam.

Ad hoc respondent, quidam cōmentistae praecipue Aug. Suessa. ꝙ Commenta. intendit medium ſm conditiones uel ſm assimilationem sicut simia est media inter brutū & hominem & non intendit medium per participationem quasi ꝙ forma elementi participet de substātia & de accidēte ſm naturam & esse suum.

Sed haec responsio non est ad mentem Commenta. nam si uidebis Commenta. in. 3. coeli comment. 67. ibi si igitur aliquis dixerit &c. illic inuenies ꝙ apud Commenta. esse formae elementaris est medium inter formas. s. substātiales cō positorum & accidentia. Tunc sic si esse formae elntaris est medium inter substantiam & accidens. etiam natura talis formae erit media quia natura rei & esse eius sunt eiusdē generis. Intendit ergo Commen. ꝙ sint mediae ſm esse. & non

tantum per asſimilationem.

Secunda eſt. Medium eſt inter extrema eiuſdem generis ſed ſubſtantia & accidens ut patet nõ ſunt eiuſdem generis ergo uanum eſt dicere formam elemẽti eſſe mediam inter, inter ſubſtantiam & accidens.

Ad hoc dicit Sueſſa. ꝙ maior non eſt uera niſi de medio ꝑ participationem & non de medio ꝑ asſimilationem & q̃m tenet ꝙ forma elementi eſt media per asſimilationem, ideo dicit ꝙ ratio. b. Tho. non concludit.

Sed hæc reſponſio peccat ut prima. Dictum eſt enim ex uerbis Commenta. ꝙ arbitrat̃ eam eſſe mediam ſm participationem & non ſolum per asſimilationem, dicit. n. ubi ſupra ꝙ habent eſſe medium. & cum ſint formæ diminute ad miſcentur adinuicem. & fit ex eis forma compoſiti ſicut cũ admiſcentur albedo & nigredo fiunt multi colores hæc Cõmentator ex quibus clare conſtat quod loquitur de medio per participationem, aliter ſimilitudo de coloribus, ei non deſeruiret.

Tertia eſt ſi forma elementi intenditur & remittitur, ergo ſuccesſiue acquiritur, quia erit partibilis gradualiter ſi ſuccesſiue acquiritur ergo per motum, ergo gñõ & corruptio ſubſtantiæ erit motus proprie dictus & ſic cõcedis motum in prædicamento ſubſtantiæ contra pħm in. 5. phy.

Ad hanc Sueſſa. reſpondens. & nolens concedere gñonẽ eſſe motum proprie dictũ, declinauit ad hoc inconueniens ꝙ de ratione motus non eſt ut ſit ſuccesſiuus quod tamẽ uidetur eſſe contra pħm & Commenta. in. 4. phyſi. in capi. de uacuo. & in lib. 6. probat ꝙ omne quod mouetur, mouetur in tempore, ergo de ratione motus eſt ſuccesſio. Præterea motus ſicut & tempus eſt de genere ſuccesſiuorum, ergo repugnat motui non eſſe ſuccesſiuum, ſtando ergo in principiis pħi non poteſt Sueſſa. ſubterfugere quin ponat motum proprie dictum in ſubſtãtia & ſic ratio b. Tho. ſtat inſoluta.

Rationes aũt Commenta. quæ ſtant in hoc ꝙ ſi non remanerent actu, non fieret mixtio ſed corruptio. & ſi remanerent integre, non fieret uera mixtio ergo remanent refra.

cte, soluuntur clare ex solutione data rationibus Auicenne ut uidere poteris.

Et aduerte ꝙ cum uia nostra concordat Scotus in.2.dist. 15.q.1.& Gregorius in.2.di.15.q.1.& Herueus in.2.disti. 15.q.1.& Capræolus in.2.di.15.qō.1.conclusione secunda quos uidere poteris.

Quantum ad quartum mēbrum diuisionis aduerte ꝙ nō inuenio opinionem solēnem pro parte affir. solus Iandunus apparuit qui in.1.de anima.q.8.& in.2.metaph.in. qō 10. id tenet de mente Commenta. cum tamen Commentat. in nullo loco id expræsse dicat, suum fundamentum accipit a Commenta. in.1.metaph. commen.17. ubi dicit ꝙ materia primo accipit formas u'es, & mediantibus illis formas usq; ad indiuiduales, ergo uidetur Commentator distinguere inter formam genericam & specificam cum nihil sit medium recipiendi seipsum.

Sed ex hoc dicto Commenta. nihil potest concludere cō tra pluralitatem formarum simul in materia, nam quocun que modo intelligat Commenta. illas fomas u'es non dicit Commenta. illas formas esse simul in materia sed ꝙ unam recipit mediante alia quia prius unam, puta in g̃none homi nis, formam uegetatiuam, deinde aliam quia facta dispōne pro sensitiua, abiicitur uegetatiua, & recipitur sensitiua con tinens uegetatiuam. & sic procedendo usq; ad indiuidualem .s. specificam, quam dicit indiuidualem, quia est indiuisibilis per gradus formales aliud fundamentum facit Iandunus ī 1. de anima.q.8.& est ꝙ forma generica est ut potentia siue potentialis respectu formæ specificæ, eo ꝙ genus est ut ma teria, potentia autem & actus distinguuntur realiter, sed nec id cogit, quoniam ut alias dicemus potentialitas illa non debet intelligi realiter sed conceptibiliter qui tamen cō ceptus habet correspondētiam ex parte rei. Tu igitur ut te resoluas pone conclusionem negatiuam, quam sufficienter probat Gregori. in.2.dis.16.&.17.q.2.& quoniam Paulus Soncinas in lib.8. metaphysi.q.12. quasi ad literam probat conclusionem & soluit argumenta in oppositum ut Grego.

ideo nolo immorari in hoc,uide quem uolueris, quoniam uterq; determinat Thomisticæ,nec aliquid noui dicendum occurrit.Tu tamen aduerte q in.2.meta.in q.7.soluimus pncipalem rationem Ianduni conantis probare hmõi pluralitatem formarum fm prædicata quidditatiua.

Quantum ad sextum membrum diuisionis iam resoluimus in libro.7.in qõ.19.ideo reuide illic. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Quæstio.5.si forma est separabilis a materia fm esse,uel secundum conceptum.

EXPEDITIS quæstionibus quæ motæ fuerãt circa materiam transeũdum est ad dubia quæ accidunt circa formam.Diuidentes autem præsentem considerationem in tres partes primo considerandum esset quid sit forma,& quæ sit causalitas sua.Sed id iam expediuimus in lib.5.secundo an sit separabilis a materia fm esse uel saltem secundum conceptum,tertio an esse intensibilem & remissibilem ita conueniat formæ accidentali quod repugnat formæ substantiali.

Nunc igitur quærentes an sit separabilis a materia fm esse uel saltem fm conceptum sic procedemus. Primo ponit distinctio de formis.Secundo tres conclusiones responsiue. Tertio soluetur dubium.

Quantum ad primum aduerte q formarum unibilium materiæ de quibus in hôc octauo proprie intendimus ut pseruemus nos a formis abstractis de quibus considerabimus in li.12.quædam est immaterialis.i.quæ licet sit unibilis materiæ tamen fm esse non pendet a materia,nec educitur de potentia materiæ,& hæc est sola anima intellectiua de cuius immaterialitate & incorruptibilitate determinauimus in.3.de anima. Quædam est materialis.i.cuius esse pendet a materia & educitur de potentia materiæ. & istæ sunt omnes formæ substantiarum inferiorum tam uiuentium quã non uiuentium excepto homine,uerum quia euidentia huius distinctionis pendet ex eo q sciatur quid sit formam

educi de potentia materiæ, ideo id declarandum est, anteq̃ ponantur conclusiones responsiue.

Tu igitur aduerte ꝙ hæc ꝓpõ, forma educitur de poten tia mãæ põt hẽre triplicem sensum. Primo quia est in mã ẽm esse ĩchoatum & imperfectum & quasi potẽtiale de illo esse educitur ꝑ agẽs nãle ad esse ꝑfectũ ẽm qđ ꝑfecte actuat mãm, & hic sensus est falsus, qm̃ in lib. 7. reprobauimus for mã gñandam impfectam ẽm ꝑtem uel ẽm totum ꝑexiste re in mã. Scđo quia ꝓducitur ab aliquo ꝑncipio actiuo mãli & corpali indito rei mãli, quõ dicerentur forma grani edu ci de potentia mãæ, quia ꝓducitur a uirtute actiua quæ est in semine. & ẽm hunc modum facile esset oñdere quæ for mæ educuntur de potentia mãæ & quæ non, ut dicãtur ille educi quæ ꝓducuntur ab agente uel a uirtute corpali. & il le non educuntur quæ sic non ꝓducuntur. Tertio & ꝓprie educi de potentia mãæ est quia in potentia pasiua mãæ est siue in ipsa mã pasiue est ꝙ talis forma tendat ad esse & nõ alr, ita ꝙ sicut dicimus ꝙ in sole est illuminare actiuæ, quia ab eo actiue dependet lumen, sic etiã dicimus ꝙ in potentia mãæ est forma, quia in potentia pasiua illius est ut deducat̃ ad esse, siue a potentia pasiua illius dependet ꝙ forma ꝑtin gat ad esse. & hic est uerus modus quem clarius sic manife stare potes ut Grego. in. 2. dist. 16. & 17. q. 1. ar. 1. ad sextũ educi formam de potentia mãæ non est eã recipi actu ĩ mã quæ prius erat receptibilis. sed est ꝑ nãles transmutationes mãæ, & ꝑ agens nãle exire ad actum & in hoc distinguitur aĩa intellectiua ab aliis formis, qm̃ ille exeũt in actum. i. de ducuntur ad esse & recipiuntur in mã. i. informant mãm ꝑ transmutationes nãles & ꝑ agens nãle. Aĩa uero intellecti ua non deducitur ad esse nec exit in actum ꝑ hmõi transmu tationes nec ꝑ agens nãle, licet ꝑ tales transmutationes & ꝑ agens nãle disponens recipiatur in mã & informet eam.

Quantum ad scđm pono tres conclõnes rñsiuas quæsito.

Prima est. Nulla forma nãlis mãlis est separabilis a mã ẽm esse ꝓbatur quia innititur mãæ & educitur de potentia mãæ. 3. mõ sup̃ posito, ergo repugnat ꝙ possit eẽ sine mã.

Præterea esset incorruptibilis & p se exñs si adhuc posset eē separata a materia. Præterea ſm Cōmen. in. 8. phy. cōmē. 79. & in li. de ſuba orbis cap. 1. Oīs forma materialis est cō stituta in esse p materiam ergo est inseparabilis a materia. Præterea nullam habet opationem eleuatā oīno ſup māni cum nec id competat aīæ sensitiuæ, in cuius oī sua opatiōe cōicat corpus, ut declaratum est in li. de aīa, ergo &c. patet. ꝯñtia qm̄ pħs in. 1. de aīa tex. 13. non ex alio uenatur separabilitatem aīæ intellectiuæ, nisi ex hoc ꝙ si est aīæ aliqua opatio ꝓpria in qua non cōicat corpus, contingit eam separari. Si aūt non est aliqua opatio ꝓpria, non contingit eam separari. Cū igitur non possit assignari aliqua opatio ꝓpria forme nālis mālis non erit separabilis a materia ſm esse.

Scđa est forma naturalis imaterialis qualis est aīa intellectiua est separabilis a materia ſm esse ꝓbatur quia non educitur de potentia materiæ. 5. mō ſup exposito. & non cōstituitur in esse p materiam. & est incorruptibilis. & habet operationem ꝓpriam quæ est intelligere, ergo &c. Sed aduerte ꝙ hoc aūs non potes firmare nisi p resoĺonem q̄ fecimus in 3. de aīa in. q. qua determinamus icorruptibilitatem aīæ ad mentem pħi. Constat tantum ꝙ si est incorruptibilis est separabilis a materia ſm esse.

Tertia est nulla forma naturalis siue materialis siue imaterialis est separabilis a materia ſm conceptum ꝓbatur, nō diffinit diffōne physica sine materia. vñ pħs in. 7. meta. tex. 34. ponens dr̄iam inter formas naturales qualis est simitas, & formas mathema. qualis est cōcauitas siue curuitas, dicit ꝙ naturales cōcernunt materiam in diffōne sua, ille aūt abstrahunt ſm rōnem licet non ſm esse. Et confirmatur quia si aliqua forma naturalis abstrahit a materia ſm rōnem, maxime esset aīa quæ vr̄ eleuata ſup materiam formæ aūt corporales totalr̄ sunt imersæ in mā, & tñ pħs in. 2. de aīa tex. 7. formans diffōnem aīæ, diffinit eam p esse actum corporis physici. Patet ergo ꝙ nulla forma naturalis nec ēt imālis abstrahit a materia ſm conceptum. Et si quæras cum forma sit actus quare non pōt concipi abſq3 oī ꝙ non est de essen-

tia eius. Dico id esse qm̄ licet sit actus, tn̄ non est ens cōpletū in spē sed solum compositum. & iō necesse est ut in cōceptu suo, concernat propriam materiam, sicut accidēs quod est ens diminutum respectu subæ. concernit subiectum.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ contra determinationē factam vr̄ esse pħs qui in hoc. 8. in tex. 3. loquens de forma inquit. Alr̄ uero & forma & rō quia aliquid ens rōne separabile est. ergo falsum est formam non esse separabilem a materia ſm rationem.

Ad hoc dico ꝙ si sumatur materia, ꝓ materia indiuiduali forma specifice sumpta est separabilis ab ea ſm rōnem quia non diffinitur ꝑ illā sir̄ si sumatur materia sensibilis ēt cōis forma mathema. est separabilis ab ea ſm rōnē. & in utroq; sensu pōt intelligi dictum pħi. Hic aūt determinauimus de forma ut forma. & de materia ut materia & sic diximus ꝙ non separatur a materia ut materia ſm rōnem, qm̄ licet forma specifica naturalis abstrahat a materia sensibili īdiuiduali non tn̄ a materia cōi sensibili. Et licet forma mathemati. abstrahat ab oī materia sensibili, non tamen ab ītelligibili. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Qō. 6, Si intensio & remissio ita conuenit formæ accidentali ꝙ repugnat substantiali.

PRO resolōne huius quæsiti. 4. agēda sunt. Primo inuestigabitur vn̄ habet forma ꝙ possit intendi & remitti & ꝑ oppositum ꝙ non possit intēdi & remitti. Scdo ꝑ quem modum forma intenditur & remittitur. Tertio ponet conclo rn̄siua. Quarto posito ꝙ repugnet formæ subali intendi & remitti inuestigabitur si repugnat duabus formis substantialibus quæ sunt eiusdem speciei inequalitas essentialis perfectionis.

Quātum ad p̄mum aduerte ꝙ ſm doctrinam Thomisticam radix intensionis & remissionis informis est indeterminatio uel indr̄ia formæ ꝓ qua sciendum ꝙ forma accn̄talis pōt imaginari sub triplici indeterminatiōe. Primo ꝙ sit indeterminata ad exn̄dum in diuersis subiis & hæc non facit

eam intensibilem & remi. sed dat ei q̄ sit accn̄s cõe. & oppositum dat ei q̄ sit accn̄s ꝓprium. Scd̄o q̄ sit indeterminata ad esse & ab esse a s̄bo. & hæc non facit eam inten. & remi. sed q̄ sit accn̄s separabilæ & oppositum facit eã esse an̄s inseparabile. Tertio q̄ sit ideterminata ut participetur a sub̄o magis p̄fectæ & minus p̄fectæ & sit acquisibilis p̄ motum in sub̄o. & ex hac indeterminatione habet forma originẽ intẽsionis & remi. nam formam intendi & remitti ꝓprie est esse talis nãæ q̄ est apta diuersimode siue diuisibl̄r p̄ motum recipi in sub̄o, ex ꝯn̄ti actuare ip̄m s̄m magis & minus & educi actione agentis de imperfecto ad p̄fectum stante unitate non solum specifica sed numerali ipsius formæ ut declarabimus infra. Ex opposito aũt forma redditur non intensibilis nec remissibilis, vñ cuicunq; formæ repugnat acquiri per motũ. & diuersimode participari in sub̄o &c. repugnat intẽdi & remitti. & breuiter quæcunq; consistunt in esse in diuisibili ut numeri & quãtitates denoĩate a numero & quæ largiũtur esse sub̄ale non possunt intendi nec remitti. quoniam stant sub opposito indeterminationis. 3. modo dictæ.

Quantum ad scd̄m aduerte q̄ licet oẽs conueniãt in hoc q̄ forma iõ intẽditur, quia diuersimode actuat sub̄m & magis p̄fectæ p̄ticipatur a sub̄o, non t̄n cõueniunt in mõ nam aliqui ut recitat Herue. in. 1. di. 17. q. 4. ar. 2. & Greg. in. 1. di. 17. q. 4. ar. 1. dicunt q̄ intensio fit p̄ additionem gradus ad gradum in esse formæ, ꝓ quo aduerte q̄ isti dicunt dũ intenditur calor, non additur calor calori, quia in essentia caloris non dantur gradus. sed additur esse p̄fectius calidum, esse minus p̄fecte calido, quæ diuersa esse dantur formal̄r a calore sub̄o receptiuo s̄m qđ est magis uel minus dispositum, & p̄ ꝯn̄s magis uel minus participat ip̄m, & hanc suam opinionem conantur sic ꝓbare, intensio & remissio aut fit s̄m gradus in essentia formæ aut inesse formæ quia non est imaginabile q̄ fiat alio mõ, nõ in essentia ut ꝓbabitur, ergo inesse. Qđ gradus non sint in essentia ꝓbatur quatuor, p̄mo si forma intensa est maior & p̄fectior s̄m gradus in essentia q̄ qualitas remissa, hoc est quia forma remissa uirtute cõtinet

in intensa, sicut sensitiuum in intellectiuo aut quia gradui pexistenti additur alius gradus non pmo mō, quia gradus essentiales quorum unus continetur in alio, differunt spē ut patet in exemplo dato de sensitiuo & intellectiuo. Sed forma intensa & remissa sunt eiusdem spēi ꝟm oēs, ergo &c.

Scdo forma diffinitur ꝙ est simplici & inuariabili essentia consistens. ergo non habet gradus in essentia, repugnat enim ꝙ habeat gradus in essentia. & sit simplex & inuariabilis secundum essentiam.

Tertio ex. 8. meta. tex. x. formæ rerum sunt sicut numeri, sed in essentia numeri non dantur gradus, ergo &c.

Quarto res p formam habet certitudinem, & est determinate nāæ. ergo est indiuisibilis ꝟm essentiam, pbatur ꝯña qm̄ ꝟm plm̄ in. x. metaph. id a quo res habet certitudinem debet esse minimum & indiuisibile ut patet de mensura certificante mensuratum.

Sed hæc opinio ut sonat vr̄ irrōnabilis. & arguit sic subm qd̕ fit magis tale p aliq̄ formam, trāsmutatur ꝟm illam, alr̄ non magis hēret illam q̄ pus si transmutatur aut transmutatur ab illa aut ad illam patet ꝯñtia, qm̄ in tranlmutatione ois terminus est uel a quo uel ad quem, non ab illa, quia nō fieret magis tale p illam sed minus, supponimus aūt ꝙ fiat magis tale. ergo ad illam, ergo in termino intensionis habet magis illam. Sed non pōt imaginari qūo subm hēat magis illam, uel pticipet illa uel illa magis actuet aut ihereat subo aut magis radicetur in eo, aut ꝙ ipsa det subo perfectius esse formalr̄ nisi ipsa fcā sit pfectior, qm̄ nobilitas effectus formalis pendet a nobilitate cāæ formalis. Si ergo tu cōcedis gradus inesse, ꝯcedes gradus in essentia formæ intensibilis.

Præterea, latitudo pprietatis maxime intime rei consequitur latitudinem quæ est in re q̄ consequitur, uidemus. n. ꝙ in silitudine non datur latitudo, nisi quia in fundamento puta in qualitate datur latitudo. Sed esse est pprietas maxie intima formæ quia est imediatus eius effectus formalis. ergo non datur inesse nisi quia datur in forma. Nec ualet dicere ut quidam dicunt ꝙ non est eadem rō de esse formæ acci

dentalis. & de ipsa forma qm̃ esse respicit subm. est.n.esse accñtis inesse subo forma aũt non respicit subm, cum igitur non detur intensio & remi.nisi quia subm magis & mi. participat esse formæ, iõ datur latitudo inesse, & non in forma. Hoc inq̃ nõ ualet qm̃ cum esse fluat nãlr a forma qualis est forma, tale dabit esse ei cui inest. ergo si forma est indiuisibilis nullam habẽs latitudinem, dabit ei cui inest esse uno modo. ergo non secundum magis & minus.

Rñdendo aũt rõnibus factis ꝓ hac opione aduerte ꝙ oẽs soluuntur hac distõne, forma intensibilis puta albedo duplr consideratur, ꝑmo ut est forma specifica condistincta ꝯtra aliam spẽm, & constituta ꝑ dñiam suam essentialem, scd'o ut est forma indiuidualis puta hˀ albedo apta actuare manum, ꝑmo mõ est non intensibilis, qm̃ ut spẽs stat indiuisibilis nõ .n. posset diuidi nisi ꝑ gradus formales, qui non stant cũ unitate specifica vñ ut spẽs, habet esse indiuisibile. & est sicut numerus ut ponit phs. 8. meta. tex. x. scd'o mõ est intensibilis quoniã ut respicit subm ꝑfectibile pt magis & minus ꝑficere illud fm ꝙ & ipsa ꝑ actionem agentis educitur de potentia ad actum & quæ ꝑus fuit imꝑfecta, postea fit magis ꝑfecta, & ut sic dat subo esse imperfectum, deinde perfectius, ipsa facta magis perfecta non fm se & specifice considerata, sed ut recipitur diuersimode in subiecto.

Ad ꝑmam igitur dico ꝙ forma ut remissa continetur uirtute in seipsa intensa, quia qnamcunq; ꝑfectionem habet ut remissa habet ut intensa. & plus non tñ continetur ut sensitiuum in intellectiuo, qm̃ illa differũt & spẽ & gñe forma aũt remissa est eiusdem spẽi cum intensa, negatur aũt ꝙ vlriter gradus essentiales quorum unus continetur in alio differãt spẽ, hoc.n. non est uerum nisi sumantur ex ꝑte formæ fm se, qñ aũt sumantur ex ꝑte formæ ut respicit mãm q̃ actuat non est uerum ut magis declarabitur infra, & quoniam forma non intenditur nisi ut respicit subiectum, ideo magis & minus non differunt specie.

Ad secũdam dico ꝙ illa distõ datur de forma fm se & in suo esse specifico & non ut diuersimode actuat subiectum,

ideo non concludit.

Ad tertiam dico ut ad secundam.

Ad quartam dico q assumptum nõ est uerum nisi de forma substãtiali, per quam res locatur in specie determinata.

Remota hac opione, aduerte q alii dicunt intensionem & remi. fieri p additionem gradus ad gradum qui sunt in essentia formæ non quidem ut est specifica, sed ut indiuidualis qm sm rõnem specificam est ut numerus ex. 8 metaph. tex. x. sm aũt q est indiuidua ponunt in ea q̃dam latitudinem graduum ex hoc q si non hėret ut indiuidua latitudinem graduum non posset esse simul in diuersis subis sm aliã & aliam rõnem, uidemus aũt in niue & in pariete albedinẽ sm aliam & aliam rõnem, ergo &c. Et hæc est opio Scoti & Ant. and. ĩ. 8. meta. q. 6. Quæ q̃tum ad hoc q forma ut specifica non habet latitudinem stat cum. b. Tho. & qd ut indiuidua habet latitudinem ꝑ quãto actuat hoc uel illud subm magis uel minus. stat cum. b. tho. Qd aũt hæc intensio fiat p additionem graduum ita q isti gradus distinguãtur realr & signate & q scd's adueniat pmo distincto actu a scd'o & ex illis constituatur forma una p se, est ꝯtra. b. Tho. & intẽdo arguere contra hanc uiam, deinde soluam rõnes suas.

Arguo igitur sic, si intenditur calor ĩ aqua per additionẽ gradus caloris ad gradum caloris qui sunt distincti & signabiles, puta quia pmus est tantus calor, & scd's est tantus, ergo in aqua erũt duo calores graduales de quibus quæro aut differunt spẽ, aut numero non pmo, quia non fieret intẽsio fit. n. intensio per suum sile quæ aũt differunt spẽ non sunt siria talr q unum augeat alterum, vñ sicut per dulcedinem non augetur amaritudo sic nec ibi si est distĩo specifica, non scd'o, quia duo accñtia eiusdem spẽi acquisibilia per motum sm Sco. necessario distinguuntur subo. Constat aũt q idem subm & eadem pars subi põt intendi sm calorem, ergo impoŀe est duos calores distinctos numero inesse eidem. Et aduerte q Sco. & Ant. and. vñr non posse saluare hanc realem distõnem graduum. quin sibi contradicant. Nam Ant. and. in. 5. meta. q. 8. tenet q est ipoŀe duo accña absoluta educta

de potentia mãæ per motum dña solo numero, esse in eodem subo quia termini motus sunt incompões. Cõstat aũt φ si intensio fiat per additionem gradus ad gradum q sint realr distincti & unus non corrumpatur adueniente alio ut tenet Sco. duo accñtia realia absoluta quæ sunt dña solo numero, & acquisibilia per motum erunt iu eodem subiecto, ergo sibi contradicunt.

Rões ꝓ hac opione recitat Cap. in. 1. di. 17. q. 2. contra septimam conclonem & Her. in. 1. di. 17. q. 5. & recitantur ꝓ scđa opione. Pau. aũt Sonc. in. 8. meta. q. 21. resoluit format in pnci. qõnis & soluit cõformiter Capo. & Her. & qm rñsiones sunt Thomistice, iõ uide eas in Paulo, ne tps consumeramus ex quo nihil noui super addendum occurrit.

Alii ut Burl. dñr φ intensio fit per successionem graduũ ita tñ φ adueniente posteriori, ꝑor corrumpitur. Sed cõtra hãc opinio. arguit subtilr & calculatoriæ Greg. in. 1. di. 17. q. 4. ar. 2. per totum ubi & soluit rões eius, uerum hæc opinio iã periit, iõ nolo ĩmorari contra eam, sed uide tu Greg.

Relictis his opinionibus, inuestigandũ est quæ fuerit mẽs b. Tho. unde aduerte φ ex tota doctrina sua elicio tria.

Primo forma non intenditur per additionem partis formæ uel gradus ad præexistentem formam, qm ẜm pħm & Cõmen. in. 4. phy. tex. 84. calidum fit magis calidum absq eo, φ in eo efficiatur aliqđ calidum, qđ ante nõ erat calidũ, ubi & Cõmen. inquit mã ueniet ex hac caliditate demõstrata ad maiorem caliditatẽ, nullis partibus calidis in actu aduenientibus sed transfertur in maiorem caliditatem ex intensione caliditatis. & silr mã transfertur de minori qtitate ad maiorem, nulla quantitate in actu adueniente. Ex quibus constat φ mens pħi & Cõmen. fuit φ dum intenditur forma nihil noui aduenit subo, distinctũ realr a ꝑcedẽti forma.

Secundo forma non intenditur præcise ex hoc φ magis radicatur in subiecto, ita φ non augetur essentialiter. Hæc enim duo implicant cõtradictionem, nulla enim forma potest intelligi magis radicari in subiecto nisi quia habet maiorem uictoriam super subiectum, maior autem uictoria indi-

cat maiorem uirtutem maior autem uirtus est a perfectiori essentia quoniam cum distinguatur ab essentia, oportet qđ cōmensuretur essentiæ, sicut effectus causæ proxime. Cum igitur formam magis radicari subiecto, inferat maiorem pfectionem in essentia formæ hæc duo contradicunt, forma magis radicaē, & non efficitur perfectior in essentia sua non ergo tali modo intenditur.

Tertio forma intenditur ex eo q̄ educitur de imperfecto ad perfectum. quod intelligas & ſm essentiam & ſm esse quod dat subiecto, pro cuius euidentia aduerte ſm doctrinam. b. Tho. in. 1. sent. dis. 17. q. 2. art. 2. q̄ qualitates secundæ intenduntur ſm intensionem primarum, sicut sapor & odor & alie intenduntur ad proportionatam intensionem caliditatis & fri. sicci. & humi. Qualitates autem simplices siue primæ intenduntur ex causis suis ut ex agente & recipiēte. Nam agens intendit reducere patiens de potētia ad actū suæ similitudinis quantum potest unde non contentatur calidum inducere in calefactibili calorem imperfectissimum quem possumus dicere primum gradum sed postquam reduxit calidum omnino in potentia ad calorem imperfectissimum iterum conatur de imperfectissimo ad perfectiorem reducere, non addendo calorem calori sed magis educendo de potētia ad actum, nam sicut per actionem calidi efficitur de non calido calidum, ita efficitur de calido imperfecto perfectius calidum & sic ordinate usq; ad summum calidum, ī quo ordine, calor præcedens comparatur ad sequentem ut potentia ad actum, quolibet enim imperfectum respectu pfectioris, est ut potentia. Calor igitur intenditur ex eo quod actione calidi, educitur calor qui erat in subiecto ut imperfectus actus ad maiorem perfectionem. & sic calor factus est pfectior quia magis actu, & facit subiectum perfectius calidū quod est dare perfectius esse calidum Ex quibus sequuntur tria primo quod formam intendi per eductionem de potentia ad actum, idem est q̄ eam magis radicari in subiecto. & eam magis participari a subiecto. & eam educi de imperfecto ad perfectum. & eam magis actuare, siue dare magis esse

subiecto.nam hæc omnia in doctrina.b.Tho.quo ad sensum equipollent secundo sequitur ꝙ in uia nostra non dantur gradus distincti realiter.sed apud nos gradus dicūtur ipsa forma ut diuersimode educitur de minus perfecta ad magis perfectam usq; ad summum nō per additionem sed per nouos modos habendi ipsam formam puta quando subiectum educitur de potentia calidum ad actu calidum quantumcunq; imperfectum dicitur habere primum gradum caloris & quando adhuc calefit & recipit perfectiorem calorē habet secundum gradum ita ꝙ primus calor qui est terminus a quo non distinguitur realiter a secundo qui est terminus ad quem,nisi ex nouo modo & perfectiori tertio sequitur ꝙ omnes rationes probātium formam intensam distingui a remissa per additionē partis aut gradus aut noue realitatis,alioquin per motum intensionis nihil acquireretur, nec intēsum & remissum possent esse termini motus &c.soluuntur ex hoc ꝙ licet nulla pars nec gradus nec noua realitas acquiratur,acquiritur tamen eadem forma nouis & perfectioribus modis.In his puto consistere modum intēsionis & remi.ſm doctrinam.b.Tho.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ alio modo respondendum esset quæsito ſm Comment.& alio modo ſm Scotum & alio modo ſm.b.Tho.Nam ſm Commenta.ponenda esset conclusio hæc non solum forma accidentalis sed & substantialis simplex qualis est forma elementi est intensibilis & remissibilis uerum quia hanc opinionem pertractauimus in.q.præcedenti & reprobauimus eam,ideo non est immorandum in ea.Scotus autem & Ant.and.ut patet in.11.metaphysi.q.1.tenent ꝙ indifferenter omnis forma substantialis,præter animam intellectiuam intenditur & remittitur eo ꝙ forma generanda ſm eos successiue introducitur & corrumpenda successiue abiicitur.& quoniam hæc opinio directe est contra uiam nostram ideo imorandum est contra eam.& sic ꝑcedemus.Primo ponentur fundamēta sua. Secundo rationes suæ.Tertio arguetur contra fundamēta sua.Quarto soluentur rationes suæ.Vltimo ponemus con-

clusionem responsiuam in uia.b.Tho.

Quantum ad primum aduerte q suum primum fundamentum est hoc. Tenent q forma substantialis licet quo ad esse specificum non intendatur nec remit. tamen sm q est indiuidua intenditur & remit. eo q intrinsecæ continet plures gradus indiuiduales quibus diuersimode & successiue potest informare materiam. & dicunt id esse de mente phi in 8. metaph. tex. 10. ubi inquit. & queadmodum nec numerus habet magis uel minus, nec quæ sm speciem substantia .i. forma substantialis ut specifica. Sed si quidem cum materia. i. inquantum indiuidua, secundum est hoc. Tenent qd gnõ est motus, & est successiua ut gnõ est. Ita q non distinguitur a motu in. 5. phy. ex eo q gnõ sit instantanea. & motus successiuus sed ex termino & ex subiecto, nam gnõ proprie est ad subam motus autem ad accidens & subiectũ gnõnis est ens in potentia subiectum autem motus est ens actu. Hæc sunt fundamenta eorum.

Quantum ad secundum, aduerte q Ant. and. 11. metap. qõ. 1. ponit hanc conclusionem forma substantialis habet gradus intrinsecos essentiales secundum quos suscipit magis & minus, & intrinsecam diuisionem. Hanc probat quatuor rationibus.

Prima est calidũ intenditur in igne, ergo & forma ignis. Antecedens patet de igne generato ex quercu, & generato ex palea siue ex alia materia rara. Contra autem probatur si effectus naturalis dissimiliter se habet & causa naturalis dissilr se habet quia oĩs cã naturalis agit quantum potest. Sed calor ignis qui est effectus naturalis formæ ignis dissimiliter se habet ut dictum est in antecedente. ergo & forma ignis quæ est cã nãlis dissilr se habet ex consequenti potest esse minus & magis perfecta.

Secunda est in alteratione præcedente corruptionem aquæ in ignem introducitur calor, ergo & forma ignis, non intensa ergo remissa. Antecedens patet ad sensum. Prima autem consequentia probatur, nullum proprium accidens est sine forma sui proprii. subiecti quoniam consequitur ipsam

uel est ad ipsam. Sed calor est ꝓprium accns ignis ergo &c. se cunda autem consequentia probatur. qm̄ impossibile est for mas specificas repugnantes esse simul in eodem materia ẜm esse intensum sed forma aquæ & forma ignis sunt repugnã tes vt patet ex suis contrariis dispositionibus ergo cum in al teratione præcedente &c. introducatur forma ignis & ad huc sit in mã forma aquæ, necesse est uel utranq; esse remis sam uel saltem formam ignis esse remissam.

Tertia est, omne quod mutatur ex. 6. phy. est partim in termino a quo & partim in termino ad quem tunc quæro ly partim & partim; aut accipitur pro diuisibilitate formæ ẜm q̄ est motus aut pro diuisibilitate subiecti quod mouetur non secundo quia ex. 8. physic. contingit aliquod totum si mul alterari ergo primo modo, ergo forma substãtialis est diuisibilis & sic habetur propositum.

Quarta est, omnis perfectio quæ potest numerari in plu ribus maiorem perfectionem dicit in pluribus quam in vno sed forma ignis est numerabilis in pluribus indiuiduis ut pa tet. Si igitur duo ignes iungantur & fiat unus non est du bium quin ille ignis perfectiorem & intensiorem formam habeat, quam duo ex quibus componitur seorsum sumpti: nam duo perfecta simul iuncta, perfectius aliquid ponunt q̄ unum tantum cæteris paribus.

Quantum ad tertium sic arguitur contra primum funda mentum forma ẜm quam aliquid constituitur sub specie est indiuisibilis, quoniam ẜm pl̄m in. 8. metaphysi. text. 10. se habet ut unitas ad numerum quæ licet sit minima & indiui sibilis addita uel subtracta uariat speciem numeri. Sed per formam substantialem indiuidualem, indiuiduum consti tuitur sub specie, qm̄ aut constituitur sub specie per formã specificam aut per indiuidualem, non per specificam, quoniã specifica constituitur species non potest autem eodem con stitui species & indiuiduũ, cum se habeant ut totum & pars subiectiua, si est indiuisibilis ergo non habet gradus intrinse cos essentiales nec suscipit magis & minus, quoniam in do ctrina Scoti intensio fit per additionem graduum & dictum

pỗi in.8.metaph.tex.10.ubi inquit.Sed si quidem cum materia &c.non fauet ei,nam sensus pỗi est q forma substantialis siue specifica siue indiuidua non habet magis & minus in essentia sua.Sed si quidem cum materia.i.si consideretur cum dispositionibus quæ tenent rationem & modum materiæ quia sunt ratio recipiendi formam potest dici recipere magis & minus non quidem ẜm se sed ratione dispositionũ quæ sunt qualitates intensibiles.Sed quia Commenta. in.8. metaph. textum prædictum exponens uidetur fauere uiæ Scoti.Dicit enim ita forma substantialis non recipit magis &minus non enim est homo maioris humanitatis quã alius homo ẜm formam.Sed si fuerit:erit ẜm quod forma est in eo in materia ideo declarandum est q pro ueritate non fauet ei.Aduerte igitur q Commen intelligendus est,sicut intendit pỗs,pỗs autem loqtur de formis cõtra Platonẽ q dicebat formas eẽ numeros & esse separatas.& licet ẜm pỗm non sint numeri,tamen assimilantur numeris in quatuor ꝓprietatibus quæ patent in eodem tex.&.4.similitudo est,q sicut numeri non recipiunt magis & minus, sic nec forma ẜm speciem, quoniam ut species non habet principium intrinsecum,nec gradum quo diuersificetur.Sed si habet magis & minus,est cum materia.i.Quoniam materia est principium diuersificãdi formam specificam ratio maioris apparentiæ suscipiendi magis & minus est ipsa materia q̃ sumpta ut species uel ut separata,sicut accipiebat Plato.Tamen ex hac conditionali non sequitur q pỗs aut Commenta.concedant eam suscipere magis aut minus nec posse suscipere, sed solum sequitur q habeat minorem repugnantiam ex materia quam ex se si susciperet magis aut minus non inconuenit autem conditionalem esse ueram cuius antecedens & cõsequens sunt imposibilia.Constat autem q pỗs dum dicit. Sed si quidem loquitur conditionaliter.& non ui unius termini,de Commenta.autem constat q format conditionalẽ ut patet intuenti dictum suum supra positum, non ergo super dictum pỗi possunt Scotus & Anto.and. ponere fundamentum opinionis suæ.

Contra 8m fundamentum arguitur sic,motus ut distinguitur contra mutationem proprie dictam quæ est gño & corruptio simplr nullo modo est in substantia, gño autem & corruptio est in substantia ergo gño non potest dici motus proprie dictus. Minor patet,qm gño est uia ad substantiam maior probatur ubi est motus proprie dictus ibi est cõ trarietas ex.5.physi.te. 10.sed in substantia non est contrarietas ut patet in p̃ntis & in,5.physi.tex.10.ergo &c. forte dices licet plis neget contrarietatem proprie dictam in substantia,non tamen cõmuniter dictam.& hæc sufficit ad motum,Contra hoc est expresse contra Commenta.in.5.phy. commen.10.qui tenet q̃ ad motum requiritur contrarietas propriæ dicta & ait,& intendit Aristo. hic per contraria &c.usq; ibi & quõcunq; concedatur q̃ in substantia est contrarietas destruetur signum plĩ &c.Patet ergo q̃ si in substantia non est motus proprie dictus q̃ ibi non est introductio formæ successiua, & per consequens non est ibi intensio nec remissio.

Quantum ad quartum soluende sunt rationes eorũ quas supra recitauimus.Ad primam negatur consequentia,ad p̃bationem dico ad minorem q̃ calor qui est intensior i igne genito ex materia magis solida puta ex quercu non est effectus solius formæ ignis:sed prouenit ex materia solida in qua magis uigoratur.Vnde dico q̃ ex parte formæ non est intensior ex consequẽti dissimilitudo caloris in diuersis ignibus generatis ex diuersa materia, non arguit magis & minus intrinsecæ in forma ignis.

Ad secundam nego primam consequentiam ad probationem dico ad min.q̃ calor non pro quolibet gradu est proprium accidens ignis sed calor pro tanto gradu sub quo nõ potest stare nisi forma ignis,unde in casu proposito dico q̃ calor in alteratione productus pro generatione ignis & corruptione aquæ est subiectiue in aqua,mediãte forma aquæ quæ non repugnat ipsi calori nisi pro tali gradu,sub quo nõ posset saluari forma aquæ.& pro tunc non est in materia nisi forma aquæ & nullo modo forma ignis.& ideo de secun:

da consequentia nõ curamus. Et aduerte ꝙ eos decepit hæc consequentia, forma aquæ repugnat calori pro tãto gradu ergo pro omni gradu, patet ꝙ non ualet.

Ad tertiam dico ſm doctrinam .b. tho. ꝙ dictum pħi nõ uerificatur eodem modo in omni mutatione. Sed primo & proprie uerificatur in mutatione locali, & in alteratiõe quæ est inter contraria mediata, ut quod mutatur de albo in nigrum, prius peruenit ad fuscum quod participat de albo & nigro, in illis uero mutationibus, inter quorum terminos non est aliquod medium, dictum pħi non saluatur respectu principalis termini sed respectu alicuius adiuncti, ut dũ mutatur materia de forma aquæ ad formam ignis est quidem toto tempore alterationis usq; ad ultimum instans exclusiue sub forma aquæ & nullo modo sub forma ignis ſm ipsam formam, potest tamen dici esse partim sub forma ignis non ſm seipsam, sed ratione dispositionum quæ sunt ꝓ forma ignis introducenda, & pro forma aquæ remouenda. Ad argumentum igitur nego diuisionem, quoniam non est partim & partim ratiõe formæ substantialis, nec rõne subiecti, sed ratione dispositionum in generatione substantiali.

Si dices ꝙ Commen. uult dictũ pħi uerificari in quatuor generibus mutationum, ergo in mutatione substantiali.

Rñ. si Commen. intendit ꝙ uerificatur in mutatione substantiali modo quo dictum est .s. ratione dispositionum, acceptatur, si autem intendit ratione formæ substantialis, negatur auctoritas sua, quam nec .b. Tho. tenet in .6. physico. exponens tex. 92. & approbat dictum Alexandri quod omnis mutatio est diuisibilis .s. uel secundum seipsam, uel ſm motum ei adiunctum.

Ad quartam dico ꝙ non concludit formam substantialem intendi & remitti, sed quod una est perfectior altera, licet sint unius speciei, quod & nos concedimus ad sensum quem dicemus infra in hac met quæstione. Ratio autem quare non intenditur ponetur in probatione conclusionis sequentis.

Quantum ad quintum ponitur hæc conclusio responsi-

ua in uia.b.Tho.nulla forma substantialis ex intensibilis in tensione proprie dicta, nam in uia b.Tho.ad ueram intensionem tria requiruntur. Primo quod a tali forma res non sortiatur speciem. Secundo quod illa met forma numero sit apta diuersimode actuare suum subiectum.s.modo imperfecto deinde perfectiori & perfectiori scdm q ab agente magis & magis educitur de potentia ad actum. Tertio q sit diuisibiliter acquisibilis per motum.sed ut probauimus contra Scotum & Ant.and.quaelibet forma substantialis constituit id cuius est forma in propria specie, nec est apta diuersimode actuare materiam cum non habeat gradus intrinsecos essentiales ut probauimus contra Scotum, nec est acquisibilis per motum sed per instantaneam transmutationem substantialem, quam probauimus contra Scotum, non esse motum, ergo &c. Dixi autem intensione propria dicta qm sumendo intensionē cōmuniter dictam quae ponitur in duabus formis eiusdem speciei & informantibus distincta substantia non inconuenit formam substantialem intendi & remitti prout una est perfectior & alia imperfectior, ut declarabimus in parte sequenti.

Sed contra hanc determinationem uidetur esse Aristot. qui in.5.physi.tex.3, antequam diuidat motum cōmuniter dictum in suas species.s. in mutationem proprie dictam & in motum proprie dictum dicit q in omni motu est tempus ergo successio. Sed generatio est motus cōmuniter dictus, ergo in generatione est tempus, ergo successio, ergo forma substantialis est successiue acquisibilis ergo intensibilis.

Ad hoc respondetur per Commentato in.5.physi.comment.3.ubi inquit omnem motum esse in tempore declarabitur etiam perfecte in lib.6.constat autem quod in libr.6. dicet phs omnem motum esse in tempore tam motum proprie dictum quam mutationem in substantia, non quidem ratione instantaneae introductionis formae substantialis sed ratione praeuie alterationis, ideo dicet, omne quod generatur, prius generabatur. Quare &c.

Quantum ad quartum principale.s.posito q repugnet formae

formæ substantiali intendi & remitti utrum repugnat duabus formis subalibus eiusdē spēi inequalitas pfectiōis subalis, aduerte ꝙ inter Thomistas est discrepantia, nam Cap. in 2. di. 32. q. 1. tenet hāc conclōnem in aīabus intellectiuis licet oēs sint eiusdem spēi, sunt diuersi gradus essentiales. Hāc pbat de mente. b. Tho. in. 1. sen. di. 8. q. 5. arti. 2. & intendit talem rōnē formæ nālr ꝑportionatæ suis subis fm inequalitatem suorum susceptiuorum hnt inequalitatem inter se, sed aīæ uniuntur corpibus ut formæ ꝑportionatæ cū actus recipiatur in mā fm dispōnem māæ, constat aūt ꝙ corpa nō sunt equalr disposita pp inequalitatem uirtutis gnātiū & complexionum, ergo ex inequalitate essentiali corporū pōt cōcludi inequalitas essentialis aīarum. Tu tn̄ aduerte ꝙ hæc inequalitas non competit aīæ ex se. qm̄ induceret distōnem specificam. Sed competit huic aīæ & illi put hæc respicit hoc corpus & illa illud & iō licet hæc distō possit dici formarum non tn̄ formalis sed potius mālis non. n. conuenit aīæ ex se quæ tn̄ est forma, sed rōne māæ q̄ respicit. Et hæc est mens Cap. ubi su. q̄ sequuntur excellētiores Thomistæ. Sed Pau. Sonci. non placet ut patet in. 8. meta. q. 26. ubi in fine declarat ꝙ unam aīam esse pfectiorem alia non est fm essentiam nec fm esse sbale sed fm nobiliores dispōnes ꝯseruātes eam in mā, sed nos dicimus declarationem suam esse ueram, sed non sufficientem. Admittimus. n. pfectionē accidentalem inequalem inter aīas q̄ nullus habet negare sed ultra illam tenemus inequalitatem pfectionis essentialis, eo ꝙ unaquæq; aīa in suo ꝑprio susceptiuo habet esse determinatum fm mensuram pfectionalem corporis qd̄ informat & hæc est expssa snīa. b. Tho. i. 1. sen. di. 8. q. 5. ar. 2. ad sextū. Constat aūt ꝙ corpa humana non hnt equalem nobilitatē & iō una aīa quæ creatur ut unibilis huic corpori digniori, sortitur a Deo nobilius esse, & illa opposito modo.

Qm̄ igitur tenemus ptē affirmatiuā, soluēdæ sunt rōnes quæ inducuntur a Pau. Sonci. ubi supra & sunt tres.

1 Prima, aīa itellectiua pus natura habet esse q̄ uniat mãe, ergo una non dat nobilius esse quā alia. Aūs patet quia aīa

cõicat suum & ꝓprium esse mãæ, ꝓus aũt est rem hẽre pfe-
ctionem in se, quã cõicare eam alteri. Contra aũt sic ꝓbat: si
una aĩa dat nobilius esse quã alia, aut hoc est qa entitas uni⁹
aĩæ est pfectior entitate alterius, & hoc ẽt tu negas, aut est
pp dispões ut tu dicis, & hoc non, quia sequitur ꝙ aĩa ex
sui unione ad mãm consequeretur impfectionẽ in suo esse,
qđ est falsum, qa forma nõ unit mãæ nisi pp bonũ formæ.
Ad hoc dico ꝙ peccat ex fundamento falso, qm̃ imagina
tur ꝙ Deus creet aĩam, & det illi esse non respiciẽdo mãm
sic uel sic dispositam quã debet informare. Hoc quidem est
falsum, nam Deus dum creat hanc aĩam respicit hoc corp⁹
& ꝓportionalr terminat eam ad talem gradum essendi, &
ex hoc patet ꝙ sua ꝯñtia non ualet, & ad ꝓbõnem dico ꝙ ẽ
pp ꝓmuni, sed illa pfectior entitas non conuenit aĩæ ut aĩa
sed ut huic, est aũt hæc ut respicit hanc mãm, & has dispõ-
nes. Et cum dicit, ergo aĩa ex sui unione ad mãm consequit
impfectionem, negatur ꝯñtia, quæ utiq; ualeret, si aĩa hẽret
esse ante unionem & ꝓduceretur a Deo, non respiciẽdo ad
hanc mãm, imo dico ꝙ ex unione pficitur, eo ꝙ non hẽret
aliquod esse nisi uniretur, quoniam rõ occasionalis creandi
hanc aĩam, est ut uniatur huic corpori.

Scđa, ꝓducat Deus aĩam unam separatam a mã deinde
uniat eam mãæ optimæ dispositæ. Tunc quæro si esse illius
aĩæ est factum pfectius ex unione uel nõ: si sic, ergo illud eẽ
est intensum, quia ad intensionem in uia Thomistica sufficit
ꝙ actus deducatur de impfecto ad pfectum, si non, ergo ille
summæ & optimæ dispões non faciunt ꝙ una anima det
perfectius esse quam alia.

Ad hoc dr̃ ꝙ peccat eodem fundamento ut pcedens. Di
co igitur ꝙ Deus non crearet unam aĩam ante informatio
nem, nisi respiciendo dispões mãæ, quæ sunt uel futuræ
sunt in tali mã, & iuxta illas terminat hanc aĩam ad tale eẽ
sibi inuariabile, siue sit unita mãæ siue non. Et si daretur ca-
sus ꝙ Deus crearet unã aĩa; sine hitudine ad mãm determi
natã dico ꝙ illa nõ esset aĩa nisi equiuoce. Nam de rõne aĩæ
est esse actum corporis, ergo de ratione huius animæ, est

esse actum huius corporis.

Tertia sequitur q forma subalis possit intendi & remitti quod est contra doctrinam Thomisti. Contra probatur sequit q forma subalis possit, hēre pfectius esse quā hēret ergo pt intendi & remitti. Contra est clara i uia. b. Tho. ut patet ex pdictis in hac. q. Añs probatur, esse formæ subalis, sm te est tā to pfectius quanto dispōnes p forma introducenda & quæ simul introducūtur cum forma sunt pfectiores, sed iste pñt intendi postquā forma est introducta & effici perfectiores, ergo forma poterit habere perfectius esse quam prius, ex consequenti fieri intensior.

Ad hoc dico q ut recitat Cap. ubi sup fuit argm Durandi, & est quintum in ordine & Cap. soluens inquit, negatur ɔsñtia ad pbōnem non oportet q si sm diuersitatem dispōnum pcedētium formam in mā uel simul oī forma incipiētium sit inequalitas formarum subalium, q a simili sm diuersitatem dispōnum sequentium formam, forma ipsa intēdatur uel remittatur posito q post introductionem formæ fiāt pfectiores uel impfectiores. & rō huius est qui dispōnes pcedentes, uel simul incipientes cum forma, hñt aliquē modum cālitatis respectu formæ subalis non aūt posteriores, iō ad uariationem sequentium non uariatur forma nec esse eius, sed bene accidentaliter uariatur ipsum compositū mō do in melius, modo in peius.

De responsione quā dat Pau. & contra quā arguit nō curamus, qm non est ad uiam nrām. Diximus. n. q ad intēsionem pprie dictā requiritur q forma sit acquisibilis per motum & per eam non constituatur res in spē, & q eadem nūmero sit apta plus & minus actuare subm, & non indiuisibiliter. & q actōe agentis magis & magis educatur de imperfecto ad perfectum, quæ oia repugnant formæ subali ut patet in supradictis. Tenemus igitur inequalitatem subalē duarum formarum subalium eiusdē spēi, non tamen intensionem & remissionem. Hæc de ppræsenti quæsito dicta sint.

Qō. 7. Si ex materia & forma fit unum per se, & propter quid & an immediate.

EXPEDITIS qõnibus euenientibus circa mãm & formam, resoluenda est nunc qõ quæ accidit circa naturam compositi, & est hæc utrum ex mã & forma fiat unum per se & ꝑpter quid & an imediate. Pro resolõne tria agenda sunt. Primo declarãdum est quid sit, fieri unum per se. Scd'o ponentur duæ conclõnes responsiuæ. Tertio assignabitur rõ quare ex subiecto & accidente communi non fit unum per se.

Quantum ad ꝑmum aduerte ꝙ aliud est esse unũ per se & fieri unum per se, nam esse unum per se est esse indiuisibile ex sui natura, & hoc mõ res simplex est una per se sicut, punctus sicut intelligentia, & in suꝑmo gradu est ꝑma causa fieri unum per se est ex pluribus adunatis resultare unam naturam quæ reponitur in determinato gñe & determinata spẽ unde aduerte ꝙ ad fieri unum per se nõ sufficit ex pluribus adunatis resultare quid unum, alr' aceruus lapidum & hõ albus possent dici scã unum per se. Sed requiritur ꝙ ipm totum cõstitutum reponatur in gñe & spẽ determinatis vt numeri & quantitates ꝯtinue, & figuræ. & sube ꝯposite &c.

Quantũ ad scdm ponuntur duæ conclõnes prima est ex materia & forma fit unum per se ꝑbatur sicut sba simplex seipsa est una per se quia non habet ꝑncipia intrinseca ex qbus fiat una. Sic per oppositum suba composita fit una per se qa habet ꝑncipia intrinseca ex quibus fit una per se. Hæc aũt principia non sunt nisi materia & forma quæ sole sunt causæ intrinsecæ ergo &c.

Scd'a conclõ ꝑpter quid ex materia & forma fit unum per se. nulla est cã intrinseca nisi quia materia est potentia & forma est actus. Hæc conclõ non põt demõstrari alr', nisi quia de natura potentiæ & actus est ut ex eis coniunctis cõsurgat unũ per se. Sed materia & forma sũt actus ergo &c.

Quod si quis negat ex potentia & actu fieri unum per se non est disputandum cum eo, sicut nec cum negante ꝑncipia per se nota, dico aũt cã intrinseca ad dñam cãæ agentis, quæ iõ necessaria est quia educit materiam de potentia ad actũ, & sua actione disponit materiã ad receptionẽ formæ.

Ex hac aũt determinatione eliciuntur duo corrolaria primum est ꝙ ex subo & accñte cõi nõ fit unum ꝑ se. Dico ex accñte cõi qm̃ ex subo & accñte ꝓprio siue ex ꝓpria passione licet non fiat unum ꝑ se entitatiue ut declarauimus in.4. lib.tñ fit unum ꝑ se ꝑtiuæ qđ nõ contingit nõ ĩ accñte per accñs siue cõi. Rõ aũt ꝑꝑ q̃ non fit unum ꝑ se ſm Ant.andr. non est alia nisi quia subm & accñs cõe sunt tales nãæ ꝙ ex se non constituunt unum ꝑ se sicut ex opposito mã & forma sunt tales nãæ ꝙ constituunt unum ꝑ se. Sed hoc nihil ẽ dictu, imo cã est, quia ex actu & pura potentia, aptũ est fieri unum per se, non aũt ex duobus, quorum unum est actu, & alterum est actus, siue quia utrunq; est actu. Et hanc cãm assignauit pħs contra Plato. in lib.7.tex.49.ubi iquit. Duo nãq; sic actu, nunq̃ sunt unum actu, actus.n. separat. Scdm est ꝙ ex mã & forma fit unum ꝑ se ĩmediate.i. nullo interposito medio, & rõ quidem hui⁹ est, qm̃ ut inquit pħs ĩ hoc 8.lib.tex.ulti.postq̃ reprehendit antiquos, qui diuersimode assignabãt medium, quo ex mã & forma fit unum ꝑ se nullum est assignandum medium eo ꝙ forma adueniens mãæ sicut seipsa dat esse & constituit ens aũmõ agens moueat potentiam ad actum.s.disponendo mãm ad actum, sic seipsa adueniens mãæ facit unum & confirmatur, qm̃ cum ens & unum sint idem, ut determinatum est in libr.4.eodem res fit ens & fit una, cum igitur forma, seipsa det esse, seipsa faciet unum, & non per medium.

Sed contra ꝑdicta sunt tria dubia, ꝓmo dubitatur quõ sit poſe ꝙ ex mã & forma fiat unũ ꝑ se, cum maxime distet, quoniã sunt ut potentia & actus, quæ sunt extremæ distãtiã quæ autem sunt conformia uidentur magis unibilia ex cõsequenti magis facere unum.

Ad hoc dr̃ ꝙ aliud est aliqua fieri unum & aliud est ex aliquibus fieri unum. Item ex aliquibus fieri unum, contingit dupl'r. Primo ꝙ illud unum sit eiusdem rõnis cũ his ex quibus fit, sicut est totum omogeneum. Scdo ꝙ illud unum sit alterius rõnis ab his, ex quibus fit, ut est totũ etherogeneũ, stantibus his distõnibus, dico ꝙ si poneremus actũ & poten

tiam fieri unum ut sit si ex potẽtia & actu fieret unum eiusdẽ rõnis, sicut ex duab⁹ aquis fit una aqua. argm̃ pcederet, qm̃ quæ minus distant & sunt magis cõformia sunt magis apta fieri unum, & ex eis resultat totum q̄ est eiusdem nãæ cũ his ex quibus resultat ut patet qñ duæ lineæ coniunguntur, duæ aquæ, duo ignes &c. Sed nos ponimus ex mã & forma fieri unum quod est alterius rõnis, & nõ illa fieri unum. Ad hoc aũt constituendum, dico q̄ quæ magis distant sunt magis apta, dũmõ unum sit ut pfectibile, & alterum ut perfectiuum. & quoniam forma ut actus, & materia ut potentia sic se habent, ideo non inconuenit ex eis fieri unum per se.

Scd'o dubitatur si hæc est vl'iter uera, qñ ex aliquibus fit unum p se necesse est unum esse potentiam & alterum esse actum, nam vr̃ hẽre instantiam in toto q̃titatiuo ut in linea bicubitali, quæ constituitur ex cubitali & cubitali, quæ cum sint eiusdem rõnis, non vñr se sic hẽre q̄ una sit actus, & altera sit potentia, sed uel utraq; est actus, uel utraq; est potẽtia. & tamen constituunt unum per se. s. lineam bicubitalẽ.

Ad hoc dr̃ q̄ illa ppõ. Qñ ex aliquibus &c. non est vl'iter vera, nisi in cõstõne unius p se qd' est alterius naturæ a suis pncipiis componentibus. Instantia aũt pcedit de uno per se qd' est eiusdem nãæ cum suis componentibus, nã tunc suffi cit q̄ oĩa componentia sint ut potentia, unde qñ A & B cõponunt C sicut duæ lineæ tertiam dico q̄ A & B sunt partes potentiales. Quando aũt ex elñtis componitur elñtatum, di co q̄ elñta sunt ut potentia & forma mixti est actus. Vt igit fiat pncipium qd' teneat in oĩbus, formetur sic. Qñ ex aliquibus fit unum p se necesse est uel illa esse potentialia, uel unum esse potentiam & alterum esse actum.

Tertio dubitatur qũo sit poĩe, q̄ ex materia & forma fiat unum sine medio cum uideamus ea quæ multum distãt nõ uniri sine medio, unde & duo extrema contraria non uniũ tur nisi in medio ut calidum & frigidum in tepido constat autem q̄ materia & forma multum distant, ergo &c.

Ad hoc dicimus q̄ si sunt duo multum distantia quorum utrunq; habeat esse separatim sicut duo corpa illa nõ uniun

ur sine medio colligante ut patet in edificatione domus si aūt illa duo non hēant esse seorsum. Sed unum actuat alterum. & nullum habet esse nisi p illud non est necesse q uniātur p medium, & qm materia nullum habet esse. s. actuale. sed ipm accipit a forma nec forma habet aliud esse nisi illud qd̄ cōicat materiæ, iō non inconuenit q uniantur sine medio. Argm̄ aūt pcedit ac si materia & forma hērent distincta esse sicut duo extrema contraria habent distincta inesse. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Qō 8. Si nomen spēi in subiis compositis, significat solā fomam, & dato q non si prius significat formā q̄ pposit ū.

Oportet autem non ignorare &c. Tex. 7.

IAM expeditis qōnibus, quæ emergebant circa considerationem materiæ & formæ & compositi, nunc super est discutere qōnes aliquas sup̄ tex. pb̄i &. 1. sup̄ tex. 7. oportet aūt non ignorare &c. in quo pb̄s intendit determinare, q in subiis compositis nomen spēi non significat formā solam, sed formam in materia, cuius rōnem pncipalem assignat in tex. 8. ubi inquit, nam qd̄quideratesse &c. & intēdit talem rōnem si nomen spēi in subiis compositis significat solam formam, ergo in eis idem erunt res & qd̄quidest rei, qd̄ est falsum qm̄ ut dicit pb̄s in tex. 8 aīa & esse aīæ idem, hoīs uero esse & hō non idem, nisi & aīa hō dicatur. Quærit igitur si nomen spēi in subst̄atiis compositis significat solam formam, & posito q non, utrum significet prius formam quam compositum.

In hac. q. sic pcedendum est. Primo pbandum est q nomen spēi in suba composita ut hō, non significat solam formam sed compositum. Scd̄o ad declarandum q p̄us significat compositum q̄ formam, ponent aliquæ distōnes. Tertio respondebitur quæsito. s. an p̄us significet formam quā compositum. Quarto soluetur rō tenentium oppositum.

Quantum ad pmum sic pbatur ppositum. Qd̄ p̄dicatur in recto de idiuiduo, significatur noīe spēi, quoniam spēs de indiuiduo p̄tur, Sed non sola forma p̄tur in recto de indiui

duo sed in obliquo, compositũ aũt p̃tur in recto de indiui-duo. Hæc.n.est uera. Sortes est quid compositum ex corpore & aĩa, ergo compositum & non sola forma significatur noie spẽi. Præterea significatum per nomen spẽi, & significatum p diffõnem sunt idem, quoniam spẽs est quæ diffinit & rõ quam significat nomen est diffõ. Sed significatum per diffõnem, non includit solam formam imo & formam & materiã, quoniam subã composita naturalis diffinitur per formam et materiam ex.7.huius tex.33.ergo &c.

Quantum ad scd'm aduerte & aliqui sic solent distinguere, forma est duplex.s.forma totius ut humanitas, quæ includit formam & materiam & forma partis ut aĩa Item sic distinguunt, nomen põt considerari quantum id qđ significat, uel quantum ad id qđ est rõ sigñandi, uel breuius, i noie põt considerari qđ & quo, ut hõ põt significare id qđ est hõ & id quo hõ est hõ. Item alii sic distinguunt. nomen põt ꝯsiderari quantum ad id cui nomen imponitur & quantum ad id a quo nomen imponitur.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ sequentes Commentatorem tenentem solam formam esse totam essentiam substantiæ composite ut uisum est in lib.7.dicunt ꝙ nomen speciei primo significat formam partis, quæ dicitur esse ratio significandi, & id a quo nomen imponitur, secundario autem significat compositum quod est id quod est, & cui nomẽ imponitur. & inter istos est Iandunus in.8.lib.in.q.3 Et probat intentum suum sic. Quando duo sic se habent qđ unum est causa alterius. & aliquod nomẽ debetur eis, principalius & dignius debetur causæ quam causato. Sed forma est causa compositi. & nomen speciei debetur utriq;, ergo principalius & dignius significat formam quam compositum maior nota. & minor, quo ad primam partem. Quo ad secundam partem probat per Commenta. qui in hoc.8.lib.in comen. 7.inquit. Hoc nomen animal dicitur principalr̃ per formã, & dicitur de congregato ex materia & forma secundario aliquid dicitur de forma, nomen enim non significat rem nisi sm ꝙ est in actu, & causa actus in composito est forma, &

cum duo fuerint quorum alterum est causa alterius, illud quod est causa dignius habebit nomen. Illud enim nomen est secundi propter primum uerbi gratia. Res calide, quoniã nõ habent nomen caloris nisi propter calorem ignis qui est in fine & ideo cum fuerint plura, quæ non habent idem nomẽ nisi propter aliud, illud aliud est dignius habere illud nomẽ & erit causa illorum hæc Commenta. Patet igitur quod fuit intentio p̃bi & Commenta. nomen speciei prius significare formam quam compositum, nos autem qui sequimur. b. Tho. tenentem ut declarauimus in lib. 7. mãm & formam esse partes quidditatis in substantia composita, sustinemus nomen speciei prius & dignius significare cõpositum quam forma, nam nomen impositum ad significandum essentiam & quidditatem rei, prius & dignius significat totam quidditatem q̃ partem. Sed nomen speciei impositum est &c. Significat .n. homo id quod est homo ergo prius & dignius significat totam quidditatẽ quam partem, tota autem quidditas non est forma ut ꝓbatum est in. 7. lib. Sed quid resultans ex materia & forma quod signatur per compositum, ergo nomen speciei prius & dignius significat compositum quam formam, & aduerte quod tota uis in hoc est ut sustineas quod forma non est tota quidditas, & nos conati sumus sustinere in li. 7. in. q. nona.

Quantum ad quartum soluenda est ratio Ianduni. Ad q̃ b. Tho. responderet quod minor pro secunda parte est falsa. s. quod nomen speciei conueniat in recto formæ & composito, nam hæc est falsa. Anima est homo, nisi anima esset tota quidditas, quod nos negamus. Ad probationem quæ est sententia Commenta. b. Tho. qui in hoc tenet contra Comment. diceret quod illa propositio, cum duo fuerint quorum unum est causa reliqui &c. non est uera nisi inter causam effectiuã uniuocam & effectum suum puta quia hoc nomen calidum dicitur de igne & de aqua calefacta principalius & dignius dicitur de igne quam de aqua & non dicitur de aqua nisi ꝓpter ignem, non autem uerificatur de causa formali non. n. sequitur quod si homo est homo propter animam rationalem,

q̄ anima sit principalius & dignius homo & si tu aduertis Commenta. non notificat propositionem suam nisi in causa effectiua uniuoca. Constat autem q̄ forma non est cā cōpositi in gñe causæ efficientis igitur ratio Ianduni nulla est. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Quæstio. 9. si numerus habet esse reale extra intellectum & si est unum per se & entitas distincta a rebus numeratis.

Et quemadmodum nec a numero aliquo addito aut ablato. Textu. 10.

PHILOSOPHVS in hoc loco comparat quidditates rerum significatas per diffinitiones & præsertim per differentias specificas numeris ſm quatuor ꝓprietates quæ patent in expositione. b. Tho. & quoniam p̄hus in tota sua metaphysica de numero parum pertractat nisi in præsenti tex. & in lib. 10. ubi aget de uno & suo opposito in vn̄i, ideo expediens est hic discutere quæstiones quæ cōmuniter pertractantur circa naturam numeri & primo pertractabitur. si numerus habet esse reale extra animam & si est quid unum per se & si est entitas distincta a rebus numeratis secundo queretur de forma numeri. 3. si numerus de p̄nto quantitatis inuenitur in abstractis.

Quantum ad primum quæsitum, considerabitur quo ad singulas partes & quo ad primam partem. s. si numerus habet esse reale extra intellectum sic proceditur. Primo ponitur opinio tenens partem negatiuam, Secundo determinabitur contra eam. Tertio ponentur rationes illius opinionis & soluentur.

Quantum ad primum aduerte q̄ ut recitat Grego. in. 1. sent. dis. 24. q. 2. in. 1. arti. Opinio Petri Aureoli fuit, q̄ q̄uis multe unitates rerum sint extra animam quoniam ad sensum patet esse in rerum natura hunc unum lapidem & illum unum, & illum unum, tamen istæ unitates non sunt nec faciunt numerum in rerum natura extra animam quo

niam ille unitates sunt tantum materia numeri, quantitas autem siue summa siue conclusio est forma numeri. Hec autem summa siue conclusio, non est nisi ab anima summante & concludente dictam multitudinem unitatum, ita qđ secundum prædictam opinionem nullus numerus quo ad formale suum, habet esse extra animam, sed solum quo ad materiam.

Quantum ad secundum ponitur conclusio opposita, non omnis numerus etiam quo ad suum formale est per solam appræhensionem animæ probatur & accipio rationem Gregorii ubi supra. Aliquæ res esto ꝙ non appræhendantur ab anima sunt tot & tot finite, puta. 4. uel. 6. & sic de aliis, ergo aliquæ res esto ꝙ non appræhendantur ab anima sunt numerus, ex consequenti non omnis numerus habet esse tãtum per apprhensionem animæ utraqꝫ consequentia est nota, & probatur antecedens non plus depẽdet ab anima multitudo rerum in esse tot & tot quam dependeat magnitudo in esse tanta uel tanta puta cubitalis uel bicubitalis &c. Sed constat quod magnitudo in hoc non dependet ab anima, ergo & cætera.

Alias rationes adducit Paulus in libro. 10. qõ. 8. quas uide ad placitum.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ Petrus Aureoli multipliciter conatur probare intentum suum cuius rationes recitat & soluit Gregro. ubi supra. Sed solutiones suæ usqꝫ ad sextam non sunt Thomisticæ ideo uide eas in Cap. in. 1. di. 24. q. 1. contra primam cõcl'onem quarto loco, quas & Paulus recitat ac soluit ut Cap. in lib. 10. qõ. 8. uide Paulum & sufficit tibi, quoniam non possunt aliter solui stando in uia Thomistica.

Tu tamen aduerte ꝙ Paulus non recitat nec soluit rationem sextam Petri Aureoli, quæ uidetur apparens quia fundatur in dicto pħi & Commentato. Hanc igitur formabimus & soluemus.

Sic ergo arguit, Dicit pħs in. 4. physi. tex. 131. ſm translationem Commenta. Dicamus uerbi gratia ꝙ cum nume

rans non fuerit numerare non erit ergo manifestum est et ꝙ numerus non erit & cum nihil aliud aptum natum sit nu merare quam anima & animæ intellectus imposſibile est ut sit numerus cum anima non fuerit. Hæc uerba adeo clara sunt inquit Aureolus ut non indigeant expositione ergo po nere numerum quo ad suum formale habere esse extra a ni mam est contra philosophum.

Idem confirmatur per Commentat. in eodem lib. in cō men. 13 1. qui ait numerus non est nisi actio numerantis in numerato & manifestum est ꝙ cum numerans non fuerit actio eius non erit. Imposſibile est autem aliquod aliud nu merare præter animam & animæ intellectum ergo manife stum est ꝙ cum anima non fuerit non erit numerus (& in- fra) esse uero numeri in anima non est esse omnibus modis quoniam esset fictum sicut chimera. Sed esse eius extra men tem est in potentia propter subiectum proprium esse uero eius in anima est in actu quando. s. anima egerit actionē quæ dicitur numerus in subiecto præparato ad recipiendum il- lam ex quibus patet quod numerus non est actu absque ap- præhensione animæ.

Pro solutione huius præmitto duas distinctiones quarum prima est numerus est duplex quidam est multitudo unita tum non continuarum seu discretarum in rerum natura ut duo homines duo lapides de quibus constatꝙ adinuicē non continuantur quidam est multitudo unitatum quæ in rerū natura sunt continue sed fiunt non continue seu discrete ꝑ signationem seu diuisionem animæ sicut multitudo partiū quantitatis continue seorsum & diuisim signatarum per de signationem animæ notantis illam & illam partem sine di- uisione actuali & reali abinuicem.

Secunda est numerare quod est actio animæ dupliciter sumitur, primo ut idem est ꝙ aliquam multitudinem discre tam per replicationem unitatis mensurare & eius quantita tem cognoscere & hoc modo dicitur in. 10. metaph. tex. 2. ꝙ numerus mensuretur & numeratur per unum, secundo ut idem est ꝙ aliquod unum diuidere & multiplicare quasi

ꝙ idem sit numerare ꝙ de uno numerum facere. Vnde Cō menta. in. 4. physi. commen. 104. ubi pħs uult ꝙ instās mul tiplicet ſm esse dicit ꝙ numeratio eius. i. instantis est ex hoc ꝙ translatum numeretur. i. multiplicatur, ecce ꝙ exponit numerare per multiplicare.

Ex his distinctionibus dico ad argumentum ꝙ confirma tionem simul quod non est intentio pħi & Commenta. loqui de quolibet numero nec de numero primo modo sumpto sed secundo modo sumpto qualis numerus est tempus de quo concedimus quod quo ad suum formale pendet ab anima. i. quo ad numerare secundo modo sumpto quia tem pus non est nisi prius & posterius motus continui diuisa & numerata seu multiplicata per animam numerantem unde Commentat. in commento. 131. inquit. Tempus nihil aliud est quam prius & posterius in motu ſm ꝙ sunt nume rata & diuisa siue discreta, & ideo indiget in hoc quod sit actu anima scilicet secundum quod est prius & posterius nu merata hæc Commenta.

Ex his autem patet ꝙ non sequitur omnem numerum habere esse per solam appræhensionem animæ, nam nume rus primo modo sumptus qui simpliciter & ueræ est nume rus proprie dictus habet esse perfectum extra animam eo ꝙ aggregatur ex rebus non continuis, ut duo lapides &c. quorum quilibet est unus & simul sumpti remota omni ope ratione animæ sunt tot & tot, patet igitur quod aliquis nu merus habet esse per appræhensionem animæ ut numerus quo numeramus de quo inquit Auicen. in. 3. suæ metaphy. capit. 5. uerum est ꝙ numerus expoliatus. i. non applicatus rebus signatis non habet esse nisi in anima, & numerus applicatus rei continue & maxime rei successiue quale est tem pus & numerus instantis materiale. n. solum est in re forma le autem quod est numeratio est per animam aliquis autem habet esse extra animam quo ad materiale & formale vt nu merus rerum permanentium non continuarum adinuicē. Hæc de prima parte quæsiti dicta sint.

Quantum ad secundam partem. s. si numerus est unum

per se an tantum per accidens ut aceruus lapidum inuenio duas sententias, prima est. b. thó. quam defendit Capræolus in. 1. sent. dis. 24. q. 1. & est conclusio. 5. & stat in hoc ꝙ numerus est unum simplr & non solum ſm quid & est unum per se & non solum per accidens ut aceruus lapidum & fundamentum suum ut patet in. 8. metaphysic. in expositione tex. 8. stat in hoc si numerus esset unum ſm quid & per accidens, non esset genus nec aliquis numerus esset species entis quod est falsum quoniam reponitur per se in p̄nto continetur enim sub quantitate discreta, quicquid autem reponitur per se in p̄nto est genus aut species aut differentia, contra probatur quoniam tam genus quam species dicit certā & determinatam nām, ergo unum per se, præterea sicut de ente per accidens non potest esse scientia sic nec de uno per accidens ergo de numero non esset scientia nec demonstratio nec assignabiles proprietates & sic destrueret Arithmetica & aduerte ꝙ licet Commenta. teneat numerum sicut & aīa composita non esse quid resultans ex partibus sed esse suas partes simul iunctas tamen non negaret quin sit unum per se, put ly per se opponitur per accidens eo ꝙ componitur ex potentia & actu siue ex mā & forma. Quō autē quilibet numerus componatur ex materia & forma declarabimus agentes de forma numeri.

Secunda sententia est Grego. qui in. 1. sent. dis. 24. qō. 2. arti. 2. tenet ꝙ nullus numerus proprie loquendo est aliqua entitas per se una sed plures, ita ꝙ sicut nulla res per se una est populus uel exercitus sic nulla res una inquantum hmōi est numerus & sententiam suam conatur probare dictis pħi & Commenta. nam in. 10. metaph. in tex. 4. dicit pħs ꝙ numerus est pluralitas unitatum. i. plures unitates ut illa sit cō structio intransitiua. & in. 3. physi. tex. ſm nouam trāslationem dicit ꝙ numerus est plures unitates ubi Commenta. dicit ꝙ numerus est coaceruus unitatum, & in. 10. metaphy. commen. 21. dicit. ꝙ numerus est multitudo composita ex unitatibus & in. 4. physi. commen. 132. dicit ꝙ quia unū est mensura omogenea numero, numerus est plures unitates:

constat autem ꝙ plures unitates nec coaceruus vnitatum est aliquod unum per se ergo nec numerus.

Ab aliquibus autem sic probatur ꝓpositum, omnes unitates componẽtes numerum realem.i.applicatum rebus ut decem canes uidentur esse actu & unaquæq; hoc aliquid & separatim ex stens, sed ex.7.metaph.tex49.ex entibus huiusmodi in actu non fit unum per se ergo numerus.10.canũ non est unum per se.

Pro solutione istorum præmitto distinctionem quam tãgit.b.Tho.in.7.metaph.exponens tex.60.& est talis composita quæ sunt unum per se, sunt in triplici differentia quædam sunt quæ sortiuntur speciem ab altera parte qua comparata alteri parti est forma eius, & hoc modo quæcunque componuntur ex materia & forma & elementa & elementata & animata sunt unum per se, quædam sunt quæ sortiũtur speciem ab ipsa compositione ut quæ continuantur adinuicem, sicut linea tricubitalis in qua tres cubitales componuntur ita ꝙ continuantur, quædam sunt quæ sortiuntur speciem non a continuatione sed ab ordine partium & sunt illa quorum partes sunt discontinue sed tamen sunt ordinate ita ꝙ tandiu stat totum quandiu seruatur ordo inter partes, & hoc modo exercitus oratio sillaba numerus sunt vnũ per se, quæcunq; autem constituũtur ex multis partibus discontinuis non habentibus ordinem adinuicem, dicuntur unum ſm quid & per accidẽs ut turba inordinata cumulus lapidum, multitudo arene in litore maris.

Ex hac distinctione dico ꝙ Gregor.deceptus fuit ex hoc ꝙ credidit nullum compositum eẽ unum per se nisi compositum ex forma & materia quod nos non admittimus ut patet ex distinc.data ad dictum ergo ex.10.metaph.dico ꝙ sic debet exponi, numerus est pluralitas unitatum.i.pluralitas consurgens ex ordinatis unitatibus, & nego ꝙ illa constructio sit intransitiua, ad illud de.3.physi.dico ꝙ sic debet intelligi, numerus est plures unitates quo ad materiam, sicut domus est multi lapides quo ad materiam, negatur autem hæc consequentia numerus est plures unitates mate-

rialiter, ergo est plures unitates formalr, immo est quid resultans ex pluribus unitatibus ordinatis ad dictum Commēta. in. 3. physi. dico q per aceruum unitatum, intendit unitates ordinatas adunatas quia ut declarauimus in lib. 7. tenet Commenta. q totum non est aliud quam partes simul sumpte, idem dico ad dictum eiusdem in. 4. physi. ex hoc autem q tenet Commenta. compositum esse partes suas & numerum esse unitates, non sequitur qd' negaret numerum esse unum per se, nam tenet compositum ex materia & forma esse unum per se & tamen est partes suæ fm ipsum.

Ad rationem autem diceret. b. Tho. falsum esse unitates ut componunt numerum applicatum puta. 10. lapidum esse actu & hoc aliquid, immo ut sic habent rationem partiū quamdiu stant sub tali ordine & omnes unitates componentes comparate ad ultimam se habent ut materia ad formam ut dicemus infra. Et si dicas q lapis A est hoc aliquid & lapis B &c. ergo ut componunt numerum sunt hoc aliquid negatur consequentia, nam licet in se sit hoc aliquid & perfectum in spē tamen ut componit est pars, & est quid imperfectum ex consequenti ut componens nō est hoc aliqd. Hæc de secunda parte dicta sint.

Quātū ad tertiā partē, aduerte q nō quæriē de nūero trāscēdenti, sed tm de nūero qtitatiuo an sit entitas realr distincta à rebus numeratis ī hoc igit inuenio duas senias, una est Grego. in. 1. di. 24. q. 2. arti. 2. qui tenet partem negatiuam altera est. b. Tho. quam prosequitur & defendit Cap. in. 1. di. 24. q. 1. in prima conclusione & est pro parte affir. & aduerte q utraq; opinio pendet ab una radice. s. a nā unius q est principium numeri, nam quia gre. tenet unum quod est principium numeri nihil superaddere rei quæ est una, nec fm ipsum est accidens de pnto quantitatis, consequenter tenet q numerus quantitatiuus qui fm ipsum non est aliud q plures unitates, ut patuit supra nihil addit, nec distinguitur a rebus numeratis, & quia. b. Tho. de uno quod est princi. numeri sentit oppositum ut declarauimus in. 4. li. consequēter tenet oppositū de numero quantitatiuo ita q sicut unitas

tas q̃titatiua huius lapidis est accñs & lapis est sub̃a, sic binarius q̃titatiuus lapidum est accñs utpote q̃titas discreta, lapides aũt sunt sub̃a. & aduerte ꝙ in uia. b. Tho. hæc cõclõ, numerus q̃titatiuus addit aliquid reale sup̱ res numeratas. & distinguitur realr̃ ab eis, non põt alia uia efficaciter ꝓbari. nisi sustinendo ꝙ unum ꝑnc. numeri distinguitur realr̃ ab uno transcendente, & addit aliquid reale sup̃ ens, nam bene sequitur ꝙ si unitas q̃titatiua quæ est componens numerum quantitatiuum, addit quid reale sup̱ sub̃am rei quæ est una quantitatiue, ẽt numerus cõstans ex hmõi unitatibus, addit quid reale sup̱ res numeratas, & distinguitur realr̃ ab eis. Qd̃ aũt unum ꝑnci. numeri distinguatur &c. determinauimus in. 4. lib. in. q. 7. Nec facies fundamentm in rõnibus, q̃bus conatur Pau. sonc. in lib. x. q. 11. ꝓbare dictam ꝑclonẽ q̃m Greg. ubi sup̃ format eas contra se ad lr̃am & soluit ex suis ꝑncipiis, qb᷒ tenet nõ oẽm q̃titatẽ distingui realr̃ a sb̃a.

Relinquitur ergo ut soluamus rationes Greg. quas format ubi supra & sunt duæ.

Prima est, quæcũq; sunt tot & tot sunt seipsis & non per aliquam entitatem superadditam eis inherentem tot & tot, ergo nullus numerus addit entitatem rebus numeratis cõtra nota ꝓbatur añs unũqd̃q; eorũ, quæ sunt tot & tot est unum seipso & non p̱ entitatem sibi supadditam ut ꝓbatum est al̃s, ergo unumqdq; eorum & quodlibet aliud, puta A & B sunt duo seipsis, & nõ per entitatem superadditam idem dico de quolibet alio numero quantitatiuo ergo &c.

Confirmatur quia si aliqua essent tot, puta duo p̱ entitatẽ supadditam, accipio unum illorum duorũ & ipsam dualitatem, tũc sic, illud unũ & dualitas sunt duæ entitates quæro aut sunt duæ seipsis, aut entitate supaddita, si seipsis ergo eadem rõne ꝑnia duo, & quælibet alia duo sunt seipsis duo, si entitate supaddita, ergo sil̃r illa & illud ꝑmo sumptũ sunt duæ entitates p̱ aliam entitatem supadditã, & sic i infinitũ.

Pro solõne huius aduerte ꝙ Greg. in hoc decipitur ꝙ credit sicut unum transcendens & numerus transcẽdẽs, nihil addunt reale sup̱ rem unam & res numeratas sic nec unum

p̄nc.numeri quantitatiui, nec ipse numerus, p̄p̄ea ad argm̄, nego añs ad p̄bōnem nego añs qm̄ unum p̄nc.numeri, addit super substantiam rei accidens quid autem sit illud accidens, determinauimus in.4.lib.in.q.8.

Ad confirmationem dico q̄ illud unum & dualitas sunt duæ entitates seipsis, sumendo illud unum unitate transcendenti nam in quolibet quanto est unitas transcēdens & unitas quātitatiua, & nego illam p̄ñtiam si seipsis, ergo eadem rōne p̄ma duo, quoniā unumqđ q̄ p̄morum duorum est quantum & unum quantitatiuæ dualitas autem nō est una quantitatiuæ, sed transcendenter.

Scđa est si numerus dicit entitatem distinctam realr̄ a rebus numeratis, quæro aut est entitas oīno simplex & indiuisibilis aut est composita & diuisa in p̄tes nō p̄mum quia numerus non esset quantitas discreta, cum oīs quantitas sit diuisibilis non secundum quia uel ille partes sunt adinuicem continuæ & hoc non quia numerus esset quantitas cōtinua uel sunt non continuæ & hoc non quia uel sunt numeri uel unitates, nō sunt numeri quia oīs numerus diuideretur in numeros qđ est falsum ut patet in binario, non sunt unitates quia de illis quæretur aut sunt seipsis numerus aut p̄ aliqđ eis additum, si p̄ additum quærendum est utrum sit simplex uel compositum ut p̄us si seipsis ille unitates sunt numerus cum unitates numerales non sint res sup̄addite reb⁹ numeratis, sed quælibet talium rerū sit una seipsa sequit̄ q̄ numerus non dicat rem superadditam rebus numeratis.

Ad hoc dr̄ q̄ illa entitas sup̄addita est composita & diuisibilis in p̄tes & q̄ p̄tes non sunt c̄tinuæ sed discretæ & q̄ sūt unitates qm̄ numerus est multitudo aggregata ex unitatib⁹ & qñ arguitur q̄ uel sunt seipsis numerus uel p̄ aliqđ additum, dico q̄ non sunt numerus, sed ex eis est numerus & q̄ addunt entitatem distinctam de gñe quantitatis sup̄ res numeratas, ut diximus in lib.4.& falsum est rem quantā esse unam unitate quæ est p̄n.numeri quantitatiui per seipsam, hoc enim tantum uerum est de re una unitate transcēdenti. Hæc de præsenti quæsito dicta sunt.

Qō.x.Si ultima unitas est forma numeri.

IN pnc.hujus.q.aduerte q in uia nr̄a pcipui mouētes hāc .q.sunt Io.Capo.in.1.di.24.q.1.in.5.conclone,& Pau. Sonc.in lib.x,q.9.fundant aūt se sup.b.Tho.in.8.meta, ubi exponens tex.x.inquit est.n.p se unū numerus,inquātum ultima unitas dat numero spē & unitatem sicut et ī rebus compositis ex materia & forma per formā est aliquid unum & ab ea unitatem & speciem sortitur,hæc ille.

In hac aūt.q.sic pcedem⁹.Primo ponet distō de forma. Secundo duæ conclusiones responsiuæ. Tercio soluentur quædā argumenta,quibus uidetur posse probari oppositū.

Quantum ad pmum aduerte ut notat Capo.ubi supra ī pbōne.5.conclonis,q si ut est duplex forma hois.s.forma ptis,& hæc est aīa quæ mā actuat & forma totius,& hæc ē humanitas resultans ex aīa & ex forma sua, sic in numero apphendere possumus duplicem formam.s. formam partis quæ uere est pars numeri & non est totus numerus, sed ab ea numer⁹ sortitur spēm,sicut hō ab aīa,& formam totius quæ resultat ex eo qd' est forma ptis in numero & ex illis unitatibus ex quibus ut ex materia aggregatur numerus.

Quantum ad scd'm ponuntur duæ conclones,pma ultima unitas, non est in numero forma totius. hanc licet oēs concedant declaro sic,forma totius in uia nr̄a in qua nūc loquimur est tertia entitas distincta ab oībus ptibus diuisim& simul sumptis ut diximus in lib.7.Sed ultima unitas nō est distincta ab oībus unitatibus componentibus numerum alr distingueretur a seipsa,quia & ipsa componit.

Scd'a conclo,ultima unitas est forma ptis in numero. Hanc pbo esse de mente pħi & Cō.in.8.li.meta.in tex.x.& arguo sic numerus sortitur spēm ab ultima unitate ergo est forma numeri non totius ut pbatum est,ergo ptis ɔn̄tia patet,qm̄ unūqd'q sortitur spēm sicut & esse a ppria forma. Añs aūt est de mente pħi & Cōmen.in eodem loco, nā ēm pħm p aduentum ultimæ unitatis constituitur talis spēs numeri puta ternarius & si subtrahitur mutatur spēs,sicut in rebus p aduentum & subtractionem ultimæ drīæ, mutatur

spēs unde dicit illic Cōmen. & quemadmodum qñ alicui numero additur unum, aut ab eo diminuitur unum transfert ad aliam nām numeri, silr diffōnes compositæ ex. 1. gñe. & pluribus drīis, qñ ab eis diminuitur aliqua drīa transfertur diffō ad diffōnem alterius nāe, & silr cum additur eis aliqua drīa. v. g. qm cum dixerimus in diffōne aīalis ꝙ est corpus nutribile sensibile, si diminuerimus ultimam drīam remanebit diffō uegetabilium & si additur alia drīa, puta rōnale fiet diffō hoīs & silr quatuor cum eis additur unum fient quinqȝ & cum ab eis diminuitur unum, fiunt tria. hæc Cōment. ex quibus constat, ꝙ sicut ultima differentia dat spēm rei, & ea mutata, mutatur spēs, sic ultima unitas dat spēm numero, & ea subtracta, fit alia species numeri ex consequenti est forma partis in numero.

Sed hic remanēt duo declaranda. Primum est. Si ultima unitas non est forma totius in numero, uidendum est quæ sit forma totius. Scdm est. Cum ultima unitas sit pars compones numeꝝ sicut aliæ, quare est magis forma nūeri q̄ aliæ.

Quantum ad ꝑmum aduerte ꝙ ſm Auic. in. 3. suæ meta. ca. 5. forma totius in numero est id qd signatur noīe abstracto illius numeri, puta forma ternarii est ternitas & quaternarii quaternitas sicut in nālibus forma lapidis lapideitas, forma hoīs humanitas & si quæras quid importat ternitas & quaternitas. Dico ꝙ non importat solum multitudinem consurgentem ex tribus unitatibus, nec solum ordinem & discretionem trium unitatum. Sed multitudiuem trium unitatum discretarum & ordinatarum adinuicem uel multitudinem trium unitatū ut stant sub discretione & ordine.

Quantum ad scdm aduerte ꝙ ultima unitas non est forma numeri ut unitas, sed ut ultima. i. ut habet ordinem ad ꝑcedentes tanquam terminus & complemento numeri, & ut stat sub tali ordine et sub rōne termini comparatur ad als unitates ut formale ad māle. Qd. n. rē terminat et complet est formale in re, et ex hac declaratione uidebis quam facile soluentur argumenta Petri Aureoli tenentis oppositum.

Quantum ad tertiū ꝑncipale, aduerte ꝙ ut recitat Capo.

in.1.di.24.q.1.contra.5.conclonem.Pet. Aure. arguit.4. rónibus q ultima unitas non sit forma numeri ex quibus Pau.Sonc.accipit ab pbõnem sui intenti.4.5.&.6. rõnem quas format in li.x.q.9.uerum quia Cap.soluit eas & Pau. contra solutiones non instat ideo sibi nihil proficiunt.

Prima rõ nulla forma entis realis quale tu ponis numer est incerta & uoluntaria, sed determinata ex nã rei. Sed ultima unitas quã tu ponis esse terminum & concludere numerum est incerta & uoluntaria, nam quæcunq ponatur unitas terminans põt numerans incipere ab ea & sic quæ erat ultima fiet prima. ergo &c.

Ad hoc rñdetur.& negatur minor ad pbõnem dico q añ opus aiæ numerantis in numero applicato est aliqua unitas ultima fm rõnem &c. ordinem realẽ ad als unitates si aũt numerans incipiat numerare ab ultima unitate non seruatõ reali ordine quem hñt unitates inter se non iõ ultima fiet pma nec econuerso, loquẽdo de numero applicato de numero aũt quem facit aia secus est quia ille non est numerus de gñe qtitatis. sed habet esse p apphensionem aiæ, non autem est necesse q sic sit in re sicut appræhendimus.

Scda rõ. Ois forma alicuius totius est in eo ubi est suum totum patet.n.q ubi est hõ, ibi est aia hois. sed ultima unitas non est in eo ubi est numerus. est.n. numerus in oibus unitatibus simul sumptis. Sed ultima unitas ut patet nõ est in omnibus præcedentibus unitatibus ergo &c.

Rñdetur. Maior nõ est uera nisi de forma intrinseca nãli nõ aũt de forma extrinseca, unitas aũt ultima est forma numeri extrinseca, non.n.est forma quia uere actuet pcedẽtes unitates sed quia habet rõnem termini & concludentis. Nõ aũt est necesse terminum esse intrinsecum rei quam terminat ut patet de loco & locato.

Tertia rõ si ultima unitas est forma numeri uel inqtum unitas uel ipsa distantia siue ordo ad pcedentes unitates fundatus in ipsa unitate uel unitas cum tali distantia non pmũ quia inquantum unitas est æque mãlis sicut & alie non fm quia distantia siue ordo est rlo numerus aũt est ens absolu-

tum cum sit de pñto absoluto. Rño aũt non põt esse forma absoluti non tertium quia tale aggregatum cum sit ens aggregatum ex rebus diuersorum pñtorum esset ens p accñs ẜm metaphy. qđ non põt esse forma entis p se numerus autem est ens per se cum sit in pñto quantitatis ergo &c.

Rñdetur negatur diuisio nam datur quartum .s. unitas ut stat sub tali distantia uel ordine ad pcedentes & ut sic est forma numeri. unde si remoueatur talis ordo p aduentum alterius unitatis desinit esse forma. Rõ. n. ꝙ sit forma non sumitur ab ipsa unitate simplr. sed ut stat sub tali ordine & si arguas ꝙ id qđ est forma semper & cuicunq; comparata est forma, dico ꝙ hoc non est uerum nisi de forma intrinseca quales sunt formæ rerum naturalium.

Quarta rõ. Inter unitates componentes numerum non seruatur aliquis ordo, ergo ultima unitas non est forma numeri, ut stat sub tali ordine uel distantia, ꝯñtia nota, añs pbatur unus numerus puta quaternarius non respicit unitates in quibus cõsistit ẜm pus & posterius sed simul & sine ordine qui. n. intelligit trinitatem non concipit unam unitatẽ pcedere aliam. sed absolutæ apphendit unitatẽ in tribus ergo ultima unitas non est forma numeri quaternarii cum ibi non sit unitas ultima nec prima nec aliquis ordo.

Rñdetur, negatur añs ad pbõnem, nego assumptum, ad pbõnem dico ꝙ licet apphendens ternarium, nõ intelligat ordinem unitatum puta pmam scđam & ultimam tñ supponit talem ordinem, sine quo non esset ternarius, sicut qui ĩtelligit hoĩem nõ intelligit unionem aĩæ & corpis, licet supponat illam quia nisi aĩa uniretur corpi non intelligeretur nã hoĩs. Sic in pposito. Patet igitur ꝙ rõnes Petri Aure. nõ concludunt contra uiam nrãm & scias me in hac determinatione, secutum fuisse doctrinam Capreoli ne forte credas: me determinasse ex propria imaginatione. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Quæstio. i i. Si numerus quantitatiuus reperitur solum in rebus corporeis, an etiam in abstractis.

IN HAC.q.inuenio duas opiones. Prima est.b.Tho. cui⁹ mens est q̄ sicut unum qd' est pncipium numeri q̄titatiui non inuenitur nisi in re q̄ta,qm̄ tale unum ut declaraui in trac de transcendentibus,uel est ꝯtinuitas rei quāte, uel est esse quantitatis continue,quo res corpea est indiuisa in se,& diuisa ab alio sic numerus quantitatiuus aggregatus ex unitatibus numeralibus non inuenitur nisi in rebus quātis & corpeis. Et fundamentum.b.Tho. est quia pħs in.3. phy.docuit quantitatem discretam cāri ex diuisione continui,ubi ergo non est rō cātiua numeri quantitatiui, non est talis numerus.Constat aūt q̄ in separatis non est continuitas,ergo &c.Et si quæras.Cū de separatis uerificentur unū & termini nūerales ut una itelligētia due tres &c.qualis numer⁹ & quæ unitas ē i illis.Rn̄deret.b.Tho.q̄ est unum trāscendēs & multitudo trāscēdēs.& de hoc locuti sum⁹ i li.4.

Scd'a opinio est Greg.in.1.di.24.q.2.ar.3.qui tenet ptē affir.Pro cuius resolōne tria agenda sunt.Primo declarabit mens sua.Scd̄o soluentur rōnes suæ, ꝑ quanto sunt contra b.Tho.Tertio sustinebimus fundamētum.b.Tho. sumptū ex.3 physi.qd' Grego.conatur destruere.

Quantum ad ſecundum dico q͏ non aliunde habent niſi ex natura ſua,& non eſt quærenda alia cauſa intrinſeca, unde ſicut iſta eſt per ſe in ſecundo uel quarto modo,calidum calefacit,ſic hæc eſt per ſe potentia rationalis poteſt in oppoſita:potentia irrationalis eſt tantum ad unum oppoſitorum.Sic enim exigit natura earum.Tu tamen aduerte q͏ ſi quæratur particulariter de potentia perfecte libera q̄ diximus eſſe uoluntatem in uia.b.Tho. reſpondere poſſumus ideo eſſe liberam quia ſequitur cognitionem intellectus,qui non determinatur nec artatur ad unum genus intelligibi-

minari & agere alterum oppositum, tamen semper dicitur posse in opposita pro eodem instāti, quia est talis naturæ, ꝙ pro eo instanti pro quo fuit determinata ad A, potuit determinari ad B, quod non datur in potentia irrationali, nam ignis ita est determinatus ad calefaciendum qđ non potest determinari ad oppositum, tamen difficile est saluare hanc conclonem nam si pro eodem instanti potest in opposita cū in eodem instanti non detur prius & posterius sed simultas uidetur necessario sequi ꝙ possit simul in opposita quod ex falsum ut patet, aliter contradictoria possent simul esse uera puta ꝙ Sortes sedet & non sedet, uel contraria possent esse simul in eodem, puta ꝙ Sortes amat & odit Platonem, ergo & antecedens est falsum. Contra probatur quia habēs potentiam, potest in illud cuius est illa potentia ergo habēs pro hoc instanti potentiam ad opposita, potest pro hoc instanti in opposita sed in hoc instanti non datur prius & posterius ergo potest simul in opposita.

Sed aduerte ꝙ Aristo. in lib. 9. in tex. 10. respondet huic difficultati & dicit, non enim ita simul habent ipsorum. s. cōtrariorum potentiam nec est simul faciendi potentia, quasi dicat potentia rationalis non est oppositorum simul agendorum sed est quia potest determinari tam ad hoc q̄ ad illud & in hoc distinguitur a potentia irrationali, quæ quādo exit in actum, exit determinate in hoc ita ꝙ non potest determinari in oppositum.

Sed adhuc instatur, sumo potentiam rationalem determinatam in hoc instanti ad A, & quæro si pro hoc instanti pōt in B aut nō si sic ergo pōt simul in A & in B si non ergo non pro quolibet instanti potest in opposita.

Respondetur & dico ꝙ potest in. b. & ad consequentiam dico ꝙ ly simul potest dupliciter accipi. Primo ut determinat actum & sic nego consequentiam impossibile est enim contrarios actus esse simul in eodem. Secundo ut determinat potentiam & sic concedo consequentiam sensus. n. est ꝙ eadem potentia simul. i. pro eodem instanti potest in opposita non in sensu composito sed diuiso. Quod est dictū, si

cet potentia rationalis ut est sub A non possit esse sub B quod est oppositum ipsi A quia res dum est necesse est esse, tamen potentia considerata in natura sua potest in A & in B quoniam cum ex natura sua semper sit libera nõ repugnat sibi posse in opposita. Et aduerte quod distinctionem quam fecimus de simul innuit Commenta. in. 1. cœli commen. 119. ubi inquit. Duplex est simultas. s. simultas potentiæ quæ est uera quam & phs concedit in. 9. lib. metaph. tex. 19. Dicit enim posse quidem contraria simul existit & potentia simultatis. & hæc est impossibilis quoniam respicit actus incompossibiles contrarios, & hãc etiam negat phs in. 9. meta. eodem tex. ubi inquit. Contraria uero impossibile simul existere. Patet igitur quomodo potentia rationalis potest in opposita pro eodem instanti & quomodo non.

Quantum ad quartum aduerte quod potentia rationali loq. possumus uel de intellectu quem diximus supra esse potentiam liberam radicaliter. Vel de uoluntate quæ est complete & formaliter libera si loquimur de intellectu est sententia phi quod determinatur a uoluntate seu ab electione quæ est actus uoluntatis. Vnde inquit in tex. 10. necesse, ergo alterum aliquid esse quod proprium est. Dico autem hoc appetitum aut proheresim Vbi Commen. sic exponit. Ergo necesse est ut in istis sit principium prius potẽtiis mouentibus, quod sit causa in hoc quod agunt alterum contrariorũ quandoque, & alterum quandoque & uliter necesse est ut aliquid sit quod faciat magis agere alterum contrarium quam alterum & hoc est uerum principium & hoc est appetitus & uoluntas quæ est ab intellectu. i. electio, appetitus enim cum fuerit alterius contrariorum tunc actio agentis pendet ex illo contrario & sit a uoluntate. Iste n. potentiæ non agunt de contrariis nisi illud quod magis appetunt aut appetitu intellectus aut appetitu imaginationis, hæc Commentã. & confirmatur propositum ratione A causa indeterminata non procedit determinatus effectus nisi ab aliquo determinetur hæc patet ex se. unde uidemus quod causa ulis & indeterminata nõ producit determinatum effectum, nisi per causam proxi-

mam & determinatam determinetur puta Sol qui est causa vl̃is horum inferiorum non producit effectum talis uel talis speciei nisi determinetur per generantia particularia, ut sol & homo generant hominem. Sed intellectus qui est potentia rationalis est causa indeterminata ad intelligendum hoc uel illud, ergo necesse est ut determinetur ab aliquo ut determinate intelligat hoc uel illud, uel magis hoc q̃ illud. Hoc autem determinans nõ est nisi uoluntas & electio, qm̃ ut diximus supra uolũtas est motiua intellectus & aliarum potentiarum ad actum suum in genere causæ efficientis. Si motiua ad actum ergo determinatiua. quare &c. Si loquimur de uoluntate aduerte qđ in hoc est discrepantia inter uiam Scoti & uiam. b. Tho. Nam Ant. and. de mente Scoti ut patet in lib. 9. metap. q. 2. tenet nullum extrinsecum determinare uoluntatem, sed ipsa seipsam determinat, quod declarat assignans duplicem indeterminationem, una quidem est ex insufficientia quæ est ex potentialitate & defectu actualitatis. Sicut materia non habens formam est indeterminata ad actum formæ. Alia est ex superabundanti sufficiẽtia quæ est ex illimitatione actualitatis uel simplr̃ uel quodãmodo, primo modo indeterminatum non reducitur ad actum nisi prius deteminetur per formam ab alio. scđo modo indeterminatum potest seipsum determinare, alioquin Deus qui est summe indeterminatus ad q̃cunq; actionem indeterminatione illimitationis non posset aliquid agere qđ est falsum. Indeterminatio autem quæ ponitur in uoluntate nec est materialis nec imperfectionis, inquantum ipsa est actiua sed est excellentis perfectionis & potentiæ aliqualiter illimitate non alligate ad determinatum actum & ideo potest seipsam determinare. Hæc est opinio in uia Scoti, cui cõtradicit uia nostra quam intendo declarare & probare, deinde soluere fundamenta Anto. and. quibus motus est ad ponendum uoluntatem determinare seipsam ad alterum oppositum.

Tu igitur aduerte s̃m doctrinam. b. Tho. in. 1. parte. q̃. 82. arti. 4. qđ uoluntas respectu mediorum quæ non habẽt

aũt determinat intellectum in gñe cãæ efficiẽtis puta imperando ut hoc intelligat nunc & non illud, uel hoc intensius ꝙ illud. Hinc patet ꝙ fundamenta Ant. and. nihil sunt. Dicit .n. ꝙ indeterminatio uoluntatis non est ex defectu actualitatis, qualis est indeterminatio mãæ pmæ sed est ex supabũdanti sufficientia &c. Hoc inq̃ non ualet, q̃m uoluntas p̃cise sumpta non est sufficiens pncipium agendi nec eliciẽdi actũ suum, nisi actuetur bono cognito apphenso p intellectum, ergo hæc indeterminatio non arguit supabundantem sufficientiam uoluntatis quocunq; alio remoto. Et q̃n pbat intẽtum suum ex ꝯñtia. Alioquin Deus &c. negatur ꝯñtia, q̃m non est eadem comparatio uoluntatis diuinæ ad actum & obm suum, & uoluntatis create ad actum & obm suum, nã in Deo uolũtas & actus eius idem sunt iõ non est necesse eã ab alio determinari, nec uoluntas Dei pficitur aliquo uolito extra Deum. & iõ illa indeterminatio in Deo arguit oĩmodam sufficientiam. utraq; aũt condõ ut patet deficit in uolũtate creata & ideo merito negatur consequentia.

Quantum ad quintum aduerte ꝙ ex determinatis vr̃ seq̃ pcessus in infinitum in intelligere & uelle ita ꝙ non erit status in aliquo pmo intelligere, nec pmo uelle, nam ex determinatis quodcunq; uelle p̃cedit aliqd' intelligere, quia uolũtas non fertur in incognitum, ergo pmum uelle p̃cedit aliqd' intelligere. & qd'cunq; intelligere p̃cedit aliqd' uelle, q̃a intellectus non exit in actum, nisi moueatur effectiue à uolũtate, uoluntas aũt mouet p uelle, ergo pmum intelligere p̃cedit aliqd' uelle, ergo ante pmum uelle datur pus uelle. Et non datur hoc pus uelle, nisi p aliqd' intelligere, ergo ante pmum intelligere datur pus intelligere. Et sic patet ꝙ si uoluntas determinat & mouet intellectum. & intellectus determinat ac mouet uolũtatem erit pcessus in infinitum ĩ uolitionibus & intellectionibus qd' est impossibile.

Pro soɫone huius dubii aduerte ꝙ in doctrina. b. Tho. ut uitemus pcessum in infinitum, necesse est ut reducamus primam apphensionem intellectus practici, quæ est de ultimo fine non in uoluntatem sed in pmum mouens exterius quĩ

est Deus. & id manifestæ dicit in.1.pte.q.82.art.4.ad tertiū. silr pmam uolitionem quæ est de ultimo fine reducimus nō in intellectum simplr sed in Deum sicut & pmam apphēsionem, & id claro dicit in pma scdæ.q.9.ar.4. Vt igitur pateat talis reductio. Primo declarabimus de prima appræhēsione. Secundo de prima uolitione.

Quantum ad pmam apphensionem dico cum Arist. i li. de bona fortuna ibi. Aut est aliqd pncipium, cuius non est aliud extra ipm &c. q cā huius reductionis est ordo inter mouentia & mota, siue inter ipsos motus, uidemus.n.oēs motus corpeos reduci ad pmum. & oīa mota corpea ad pmum mouens, ergo pportionalr oēs motus intellectuales ad pmum qui est diuina intellectio, & oēm intellectum secūdum ad intellectum pmum. & ppea Arist. illic reducit intelligere & consiliari in Deum ut in pmum, quod & pbat triplici rōne. Primo quia Deus semp actu intelligit, ergo pōt mouere intellectum nrm ut nunc intelligat & intelligat hoc, & deinde illud. & incipiat ab hoc, puta ab vli bono. & pōt facere impetum in aīa nra ut sic cōsiliemur, & sic eligam. Scdo quia sicut Deus est motor vlis in mundo quo ad motus corpeos, sic conuenit ut sit motor vlis in aīs & in mundo intellectuali qui est creatura intellectualis. unde inquit. Mouet.n. aliquo mō oīa. Tertio quia pncipium rōnis nō est rō, nec sciæ scia, nec consilii consilium, nam esset pcessus in infinitum, ergo aliquid melius rōne, hoc aūt Deus inqt Ari. unde concludit illic q intellectus se habet ad Deum sicut organum ad pmum agens. ergo sicut oīs uirtus & actio organi pendet a pncipali agente sic oīs uirtus & actio intellectus pendet a Deo, Connexio igitur & ordo seruandus inter motus duxit Arist. ad pōnem huius reductionis, q.b. Tho. accepta in. 1. pte ubi supra. & p ipsam saluat non esse pcessum in infinitum in intellectiōibus nris. sed est deuenire ad pmā cuius causa motiua intellectus non est uoluntas sed Deus ut primus intellectus.

Quantum ad pmam uolitionem quæ est uolitio ultimi finis, dico ex doctrina.b.Tho. in pma scdæ.q.9. artic.4.q

eadem rõne qua pma apphensio reducitur in Deũ ſm Ari. 1 li. de bona fortuna, reducatur & pma uolitio, q. a. ſ. oẽ agẽs aliqñ in potentia aliqñ in actu, indiget moueri ab agente pmo qd ſemp eſt actu. Sed intellectus & uoluntas nra, aliqñ ſunt in potẽtia aliqñ in actu. ergo &c. Reductio aũt pmæ volitionis in Deum, põt imaginari fieri duobus modis. Primo q reducaĩ mediante pma apphenſione, ita q Deus moueat quo ad exercitium ipm intellectum ad apphenſionem ſumi boni & intellectus apphẽdens ſummum bonum & primũ appetibile offerat illud uoluntati & uoluntas inclinet ſe ad illud p actum ſuum qui eſt uolitio. & hoc mõ tam pma apphenſio q̃ pma uolitio reducuntur in Deum. Sed pma apphenſio imediate, pma aũt uolitio mediante pma apphenſione. Aliæ uero apphenſiones & uolitiones non reducuntur in Deum niſi ut in cãm agentem vlem coagẽtem cuilibet cãæ ſm modum nãæ ſuæ, nam in aliis apphenſionibus mouet intellectus p impium uoluntatis iam actuatæ pma uolitiõe qua vult ultimum finem, & uolũtas in aliis uolitionibus mouetur ab intellectu offerente ſibi hoc uel illud medium qd eſt bonum ad finem, quod intellectus appræhendit imperãte ſibi uoluntate.

Scd'o põt imaginari fieri hæc reductio in Deum imediate, ſed alia & alia rõne, nã in pma apphenſiõe mouet Deus intellectum in gñe cãæ efficientis quia impellit & excitat ipſum ad pmum actum intelligendi practicum, puta ad conſiderandum ſummum bonum. & ſic pma apphenſio eſt elicitiuæ ab intellectu, & impulſiuæ ſiue excitatiuæ a Deo. In pma aũt uolitione Deus mouet uoluntatem in gñe cãæ finalis. ſ. eo mõ quo intellectus. ſ. pponẽdo ſibi bonum ſummũ & in tali motiõe ac ppõne Deus ſupplet uicem intellectus & talis ppõ obi, conſtituit uoluntatem in actu primo & ſic conſtituta pducit in ſe uolitionem pmam, ex his duobus modis reputo pmum eſſe magis conſonũ doctrinæ. b. Tho. nam p pmum modum ſaluatur ſubordinatio uoluntatis ad intellectum ut ſuum ordinarium motiuum in gñe cãæ finalis, & ſic ſaluatur q oĩs uolitio ẽt pma reducitur ad apphen

sionem pcedentem, sed non econuerso quia pma apphesio non reducitur ad uelle pcedens sed ad Deũ diximus, & hæc est doctrina.b.Tho.in.1.pte.q.82.ar.4.ad tertium ubi inquit, non oportet pcedere in infinitum sed statur in intellectu ut in pmo. Oẽm.n. uoluntatis motum necesse est q pcedat apphensio. Sed non oẽm apphesionem pcedit motus uoluntatis. Sed pncipium consiliandi & intelligendi est aliqd intellectiuum principium altius intellectu nostro quod est Deus ut etiam dicit Arist.in lib.de bona fortuna.

Ex his rñdetur ad argm & negatur pñtia ad pbõnem pcedo q oẽ uelle pceditur ab aliquo intellige, & ẽt pmũ uelle quia repugnat uolũtati ferri in penitus incognitum. Sed nego q oẽ intelligere pcedatur ab aliquo uelle qd sit uoluntatis nfæ qm pmum intelligere nfm reducitur in Deum ut in pmum intellectum, & cum arguitur, quia ex determinatis intellectus non exit in actum nisi moueatur effectiuæ a uoluntate, uoluntas aũt non mouet nisi p uelle, ergo oẽ intelligere pceditur ab aliquo uelle. Rñdetur q añs non uerificat nisi in intellectionibus scdis. & qñ nos determinauimus uoluntatem determinare ac mouere intellectum intelligimus quo ad apphensiones sequentes apphensionem pmam quæ sunt circa media consideranda quibus cõsequamur summũ bonum apphensum pma apphensione, & uolitum pma uolitione. Patet igitur q non est necesse pcedere in infinitum in apphesioib⁹ & uolitionib⁹. Hæc de pñti quæsito dcã sint.

Qõ.6. Si potentiæ rõnales sunt actiuæ uel mere passiuæ.

IN HAC .q. aduerte q ex uarietate opinionum difficilis est ad resoluendum ne aũt ex multiplicitate opĩonũ confundaris sic pcedes, sequendo uiam in qua concordant.b.Tho.& Sco.& reputatur esse ad mentem pbi & Cõmenta. pones pmo duas concl̃ones, scdo postq pbaueris q licet uoluntas sit actiua uolitionis nõ tñ ipla sola sufficit sed requiritur noticia obti, declarabis pp quid hmõi noticia requiritur, tertio solues quoddam dubium.

Quantum ad pmum sit hæc pma conclo. Potentia rōnalis respectu actus sui non est mere passiua sed et actiua,pbat si e mere passiua,ergo actus ei° e effectiuæ a solo obo q est falsum.Contra patet falsitas pñtis pbatur, nullum agens p se elicit actionem quæ transcendit spēm suam, quia effectus non transcendit cām suā.Sed intellectio & uolitio sunt operationes uitales transcendentes opationem cuiuslibet agentis non uiui.Constat aūt q obm intelligibile & uolibile abstrahit a uiuo & non uiuo, ergo impole est hmōi obm esse causam actiuam actus potentiæ rationalis.

Præterea actus imanens ut dicetur infra fm pbum est subiuæ in suo agente.Sed non est subiuæ in suo subo,sed circa obiectum,ergo est subiectiuæ in potentia rationali ex cōsequenti est effectiuæ & actiuæ ab ea.

Præterea si solum obm esset cā pductiua actus potētiæ rōnalis,sequitur q non pōt gñari aliquis hitus uoluntarius, qm si solum obm sit agens,mouebit mō nāæ, si mouet mō nāæ agit actum mere nālem, sed ex actibus nālibus nō pt gñari nisi hitus nālis.& tunc destruetur maior ps sciæ moralis.Tenendum est ergo,q licet potentia rōnalis sit passiua.i.receptiua sui actus est et actiua eiusdem , & hoc est qd dicunt aliqui potentiam rōnalem esse essentialr actiuam , & concomitanter passiuam.

Scda conclo.Potentia rōnalis ex seipsa sola non est sufficiens pncipium pductiuum actus sui.Hanc cōcedunt oēs tenentes potentiam rōnalem esse actiuam & non mere passiuam ut sunt.b.Tho.Sco.Her.Capo. & rō pcipua eorum est hæc si potentia rōnalis sola est sufficiens pncipium pductiuum actus sui,sequitur q aīa uel semp intelligat, uel intelligat quotiens & qñcunq3 uoluerit,quod est falsum ut experimur.Contra pbatur.Cum non sint nisi.4.gña cārū,oportet q in quocūq3 pori ponitur cā nālis effectiua,& mālis disposita & approximata sequatur actio uel saltem possit seq est cā uoluntaria quia cum cā formalis & finalis ingtum huiusmodi sequātur pductionem, ipse necessario psupponunt actum.Cum igitur p se intells solus sit actiuus & sufficiens

pncipium pductiuum actus intelligendi, & ipse intellectus fm se semp sit ultimatæ subm receptiuum actus sui dispositum & approximatum sibiipsi, sequitur q semp intelligat uel saltem quotiens & qñcunq hõ uoluerit. Qd cum sit falsum ut expimur necesse est ut concurrat obm p spẽm intelligibilem actuantem intellectum. & repñtantem obm intelligibile, & q concurrat noticia obiecti cum uoluntate ad productionem uolitionis.

Quantum ad secd'm aduerte q licet Sco. & oēs Thomistę teneāt q ad uolitionem necessaria est noticia obi, quia sicut appetitus sensitiuus sequitur noticiam sensitiuā de obo suo, sic appetitus intellectiuus sequitur noticiam intellectiuam de obo suo discordant tñ in mõ põnis. Nam Capo. in. 2. di. 24. q. 1. in rñsione ad argumenta contra. 5. conclonem tenet q noticia obi non concurrit cum uoluntate ut cā ptialis pductiua uolitionis sed solum ut rō agendi. i. nõ qua formalr uoluntas agit, sicut ignis formalr agit calore, sed qua uoluntas specificatur, uel actus uoluntatis recipit specificationem ut dictū est in. q. pcedenti ubi declarauimus intellectum determinare uoluntatem quo ad specificationem, & non quo ad exercitium. Her. quoq in. 2. dis. 24. q. 1. vr declinare ad hāc uiam. Pau. aūt Sonci. in. 9. lib. q. 13. dicit q concurrit ut cā ptialis effectiua, minus tñ ptialr q̄ uoluntas ita q ex uoluntate & noticia obi constituitur una sufficiens cā uolitionis, & intentionem suam manifestat dicto. b. Tho. & pluribus dictis Cōmen. uerum quia dicta illa pñt interpretari tam de cā ptiali effectiua q̄ de rōne agendi, iō tenere potes q̄ ptem uolueris si sustinere uolueris q noticia obi nō est cā ptialis sed rō agendi dices q sicut se habet spēs intelligibilis ad intellectionem sic noticia obi ad uolitionem. Sed spēs non coopať ad subam itellectionis sed ad determinationē ut tenet Cap. in. 1. di. 35. q. 1. ad argumenta in. 2. loco contra. 1. pclonē, ubi inquit spēs non est pnc. elicitiuum actus sed determinatiuum, nam cum obm intellectus sit intelligibile vl'o nō magis hoc q̄ illud intelligeret nisi determinaretur a spē sic repñsentante hoc q non illud, A simi tota suba uolitionis est a uo

luntate determinatio aūt a noticia obi, nam cum obm uolū tatis sit bonum vle, non magis hoc q̄ illud uellet, nisi determinata esset ab obo cognito sub rōne bōi ꝑ tali uel tali gradu, & si dicas ꝙ oīs forma intentionalis iō ponitur ut sit p̄ncipium alicuius actionis, non.n. alia rōne ponitur spēs sensibilis nisi ut sit p̄ncipium sentiendi, nec alia rōne spēs sensate reseruantur in phantasia, nisi ut sint p̄ncipium phantasiādi & memorādi ut declaratum est in libris de aīa. Rn̄deo & dico ꝙ forma intentionalis est ꝑ opatione quæ elicitur a solo subo in quo recipitur talis forma, ut spēs uisibilis recipit in oculo, non ut ipsa ptialr nec ſm totum eliciat uisionem, sed ut oculus uideat. Qui tn̄ cum respiciat colorem in cōi ꝑ obo non exiret in actum nisi determinaretur hac spē rep̄ntatiua tm̄ huius coloris, & illa illius. Idem intellige de spē intelligibili respectu intellectus & de noticia obi respectu uolūtatis. Concedo igitur oēm formam intentionalem esse p̄ncipium actionis nō tn̄ elicitiuū sed sufficit esse determinatiuū.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ contra. 1. conclōnem, fiunt multa argumenta ab his qui tenent potentiam rōnalē esse mere passiuam quæ formantur & soluuntur a Capo. in 2. di. 24. q. 1. contra. 5. conclōnem, ea in pte format Paul⁹ Son. in lib. 9. q. x. & soluit, uide quē uolueris. Contra scdam conclōnem solet fieri argm̄ apparens quo ꝓbatur ad actum uoluntatis non semꝑ requiri noticiam obi, & arguitur sic, uolitio aliqn̄ p̄cedit noticiam ut patet qn̄ uolumus addiscere incognita, sicut artem q̄ penitus ignoramus, ergo uolitio p̄t eē sine noticia obi. Sed forte dices ꝙ licet uolitio possit p̄cedere noticiam distinctam & pfectam obi, non tn̄ cōfusam quia oportet habere aliqualem, licet. n. nesciam p̄biā & medicinam quas uolo addiscere, scio tn̄ saltem quid nois, quo cognito desidero addiscere, & tunc uoluntas impat intellectui ut incumbat & addiscat, contra, sumo p̄mam uolitionem & quæro aut cātur ab obo cognito saltē confusæ, aut non, si non, hr̄ intentum, si sic, ergo ante p̄mam uolitionem datur uolitio, qđ implicat, cōtra ꝓbatur quia intellectus nihil intelligit nisi moueatur effectiuæ a uoluntate ut uisum

est supra, ergo si pma uolitio cātur a noticia obi saltem cōfusa, necesse est ante primā uolitionem dari priorem, eā. qua uoluntas imperat intellectui ut distinctius cognoscat obiectum cognitum solum in confuso.

Ad hoc argumentum licet iam responsum fuerit in. q. pcedenti iterum uolo respondere, non recedendo a responsione data sed addendo. Aduerte igitur q si tenueris primā uolitionem causari a Deo modo quo in. q. præcedenti declarauimus uidebis q prima uolitio reducitur imediate in primam appræhensionem & prima appræhensio non reducitur in priorem uolitionem sed in Deum, & illic est status. Si autem tenueris primam uolitionem causari ab intrinseco. i. ab aliqua potentia animæ cognoscitiua dices q causatur a noticia obiecti, sed hæc noticia non est imperata a uoluntate qm̄ licet ordinarium mouens effectiue intellectum sit ipsa uoluntas, tamen aliquando excitatur ad intelligendum a sensu iteriori puta cogitatiua, nam cum habeat maximam propinquitatem ad intellectum ita q dicitur ratio particularis appræhendit rōnem boni particularis. & bonum particulare cognitum offert appetitui sensitiuo & appetitus sensitiuus inclinat uoluntatem ut illud acceptet & quærat. Tūc uoluntas imperat intellectui ut circa illud consideret, quo diligentius & vl̄ius considerato ab intellectu, intellectus efficacius mouet uoluntatem ostendens ei bonum sub perfectiori cognitione q̄ fuerit ostensum a cogitatiua & in tali ordine patet q prima noticia obiecti intellectiua causatur a pma uolitione & prima uolitio non a priori noticia intellectiua, sed a sensitiua quæ est a cogitatiua & illic est status manifestum est ergo q in omni uolitione necessaria est præcedēs saltem aliqualis noticia obiecti, quæ sit noticia habita per intellectum uel saltem per sensum interiorem mouentem appetitum sensitiuum, & ille moueat uoluntatem &c. Hec de præsenti quæsito dicta sint.

Quæstio. 7. si potentia rationalis producit actum suum in instanti uel in tempore.

IN HAC .q. aduerte antequam deueniamus ad decisionem ꝙ sua difficultas pendet ex natura actionis imanentis. Nam qui tenent actionem imanentem esse in p̄nto actionis dicunt eam esse uerae motum ex consequenti successiuam & sic de necessitate fieri in tempore. Qui uero tenent eam esse in p̄nto qualitatis, negant ꝙ sit uere motus, nisi sumendo motum metaph. l. ꝓ qualibet actione perfecta uel quae dicitur actus perfecti, cuius naturam manifestabimus in parte ultima huius quaesiti, & isti tenent ꝙ fit in instanti & non in tempore. & qm̄. b. Tho. tenet eam esse in p̄dicamento qualitatis, tenet ex consequenti ꝙ fit in instanti. Tu igitur ut defendas uiam Thomisticam sic procede primo ponitur conclusio ꝙ actio potentiae rationalis est in p̄nto qualitatis, secundo ponitur conclusio ꝙ fit in instanti, tertio declarandum est quare tantum laboramus & multum temporis expendimus in speculatione, si fit in instanti, quarto soluemus argumenta eorum qui tenent ꝙ non ponitur in p̄nto qualitatis sed in p̄nto actionis.

Quantum ad p̄mum ponitur haec conclusio. Actus potētie rationalis est in p̄nto qualitatis probatur. Hmōi actus est actio imanens ut patet infra in tex 16. Sed actio imanens est in p̄nto qualitatis ergo &c. probatur minor, & qm̄ eadē ratio est de una sicut de omnibus sumo delectationem de qua pertractat pħs in. 10. ethi. & arguo sic uel delectatio est in p̄nto actionis uel qualitatis, qm̄ constat ꝙ non est substātia nec q̄titas nec relatio, nec res de quatuor ultimis p̄ntis, sed non est in p̄nto actionis quod sic ꝓbatur. Actio p̄ntalis est motus physi. s̄m pħm in. 3. physi. tex. 19. sed delectatio non est motus physicus ut tenet expresse pħs in. 10. ethic. in cap. 4. ubi inquit, propter quod neq; motus est, s. delectatio. Quod etiam sic probat. Motus est de genere imperfectorum, cum sit actus imperfecti i. existentis in potentia, & est uia ad perfectionem, & non est motus perfectus, in omni parte temporis mensurantis motum, sed in ultimo. Sed delectatio est de genere perfectorum, quoniam in omni parte temporis in quo est habet complementum suae speciei, et

go delectatio non est motus physicus, ex consequenti non est actio physica. Vnde pħs illic concludens contra tenentes delectationem esse motum, dicit, ex his autem manifestum qm̃ non bene dicunt delectationem esse motum uel gñonē qm̃ ratio motus & gñonis non potest cuilibet attribui, sed solum diuisibilibus quæ non sunt tota .i. quæ non statim habent suum cōplementum. Non .n. potest dici q̃ gñō attribuatur uisioni ita .s. q̃ successiue compleatur, sicut etiā non potest attribui puncto nec unitati. Hæc enim non generantur sed consequenter quorundam gñonem, unde cum delectatio sit qd'dam totum .i. in indiuisibili habens perfectionē suam, non potest dici q̃ sit motus nec gñō Cum igitur delectatio ſm pħm non sit motus physi. & actio p̄ntalis sit motus patet q̃ non est in p̄nto actionis, ergo a sufficienti diuisione est in prædicamento qualitatis.

Quantum ad secundum ponitur hæc conclusio. Actus potentiæ rationalis fit in instanti. Hæc conclusio est de mente pħi in. 10. ethi. ubi agens de delectatione, sic argūit, uisio fit in instanti, ergo & delectatio, contra est manifesta, quoniā sicut uisio est actio īmanens sic delectatio. Antecedens autē sic manifestat. Quæcunq; fiunt in tempore, ideo fiunt quia non statim habent perfectionem suam, sed acquirunt eam terminato tempore mensurante eorum productionem sed uisio ſm quodcunq; tempus perfecta est, non enim indiget aliquo posterius adueniente, quod perficiat eam, sed in instanti completur eius productio, ergo non fit in tempore sed in instanti. & quod probauit de uisione applicans ad delectationem inquit. Tale autem uidetur & delectatio, totū enim quoddam est .i. est quid completum & perfectum in p̄mo instanti in quo incipit esse.

Præterea pħs illic p̄bans delectationem nō esse motum assumit hanc p̄pōnem .. Omnis motus est in tempore sub qua necesse est hanc subsumere. Delectatio non fit in tempore, & concludere, ergo non est motus.

Præterea, parum infra sic inquit, Non contingit moueri in non tempore. Delectari autem contingit in non tempo-

re, quoniam & in ipso nunc est quoddam totum .i. in instanti habet cōplementum suum. Manifestum est igitur quod mens pħi fuit actionem īmanentem fieri in instanti, cum igitur actus potentiæ rationalis sit actio īmanens, equum quod fiat in instanti, & si quæras, licet possit fieri in instanti nunquid est apta fieri etiam in tempore. Respondeo quod non, & ratio huius est: Actio īmanens est actus perfecti.i.agentis actuati, sicut uisio est actus oculi actuati specie uisibili & intellectio est actus intellectus actuati specie intelligibili ergo nō est apta fieri in tempore. Antecedens patet quoniam actio īmanens est motus metaph. qui est actus perfecti ut declarabitur infra. contra autem probatur, omnis actus qui fit in tempore est actus imperfecti.i.existentis in potentia ad perfectionē sicut.n.in tempore sunt partes successiue, ita actus factus in tempore successiue perficitur & successiue perficit suum receptiuum, ut patet in calefactione & sanatione sed actio immanens non est actus imperfecti, aliter esset motus physicus cuius oppositum probatum est de mente pħi ergo non fit, nec apta est fieri in tempore.

Et si quæras dato quod fiat in instanti & non sit apta fieri in tempore utrum possit conseruari in tempore. Respondeo quod sic, quoniam sicut illuminatio fit in instanti & tamen conseruatur in toto tempore in quo stat præsentia luminosi super illuminabile remoto impedimento sic uisio qua uideo Sortem licet fiat in instanti, potest tādiu conseruari quādiu stat species uisibilis ī oculo a stante obiecto ad extra debite proximato, remoto omni impedimento. Idem dico de intellectione & delectatione & tristitia. Temporis autem longitudo & breuitas in conseruatione hmōi pendet quidem per se ex imperio uoluntatis, per accidens autē a multis causis, puta a positione uel remotione impedimenti extrinseci uel intrinseci a bona uel mala dispositione corporali uidētis vel speculantis, uel delectantis &c.

Quantum ad tertium aduerte quod si nostrum intelligere esset sine phantasia administrante phantasmata & non essemus perturbati nec distracti a speculatione propter passio-

nes appetitus sensitiui trahentes nos ad sensibilia & delecta bilia s̄m sensum, nullus in esset nobis labor in speculãdo ita ꝙ in instanti & sine difficultate prauia eliceremus actũ intelligendi, & possemus in eo perseuerare ad libitum nostrũ, ita ꝙ intelligere nostrum esset sicut intelligere substãtiæ separate. Cum igitur intelligamus cum phantasmate & necesse est ordinare phantasmata ut deseruiant intellectui, sit ꝙ phantasia potẽtia organica similiter appetitus sensitiuus necesse est ut laboremus in phantasiando & insedando passiones. & hic multum expendamus temporis, in phantasiando quidem ut præparemus ordinata phantasmata deseruiẽtia intellectui, in sedando uero passiones, ut remoueamus impedimenta, unde aduerte ꝙ intellectio in nobis se habet ut illuminatio, quæ licet fiat in instanti, tamen necesse est p̄cedere motum localem solis donec contingat punctum orizontis nostri, qui motus fit in tempore ut patet & postquã attingit orizontem nostrum, necesse est remouere impedimenta si qua sunt puta caligo siue nubes aliter radius solis non apparebit, & hæc remotio necesse est ut fiat in tempore puta per uentum spirantem, aut per consumptionem uaporum sole calefaciente, sicut igitur aer pro quolibet instanti est aptus illuminari peracta appropinquatione solis ad pũctum nostri orizontis & remoto impedimẽto caliginis aut nubis sic intellectus noster est aptus pro quolibet instanti recipere speciem intelligibilem, & elicere intellectionem facta ordinata præparatione phantasmatum & quietata perturbatione passionũ, patet igitur qua de cã t̃m laboramus & tantum t̃pis expendimus in speculatione cũ tamen actus intelligendi essentialiter fiat in instanti, & non sit aptus fieri nisi in instanti.

Quantum ad quartum aduerte ꝙ qui tenent actum potentiæ rationalis esse in prædicamẽto actionis faciunt conatum in argumentis.

Primo si non est in p̄nto actionis, hoc ideo est quia de ratione actionis p̄ntalis uidetur esse ꝙ per ipsam aliquid fiat sicut patet de edificatione calefactione sanatione &c. Se-

hæc conditio non est necessaria, quoniam licet phs in li. 9. meta. tex. 16. uideatur distinguere actionẽ transeuntem ab imanente ex eo quod imanens est finis. Transiens autem non sed aliquid operatum per eam tamen phs in. 1. ethic. distinguit actiones transeuntes assignãs quõ in aliquibus ipsa operatio est finis, in aliquibus autem finis est aliquod operatum exemplum pmi ut cytharizare & cantare exemplum secundi ut edificare.

Ad hoc dicitur quod illa non est ratio, sed est illa quam assignauimus in probatione primæ conclusionis, quia. s. ẽ motus physicus ut declarauimus de mente phi in quibus autẽ & in quot differant actio transiens & actio immanens, manifestabimus infra quando quæremus si actio immanẽs est subiectiue in agente.

Secundo si non est in pnto actionis hoc, ideo est qa actio potentiæ rationalis quæ est actio imanens, est motus q est actus perfecti actio autẽ pntalis est motus qui est actus imperfecti ex. 3. phys. tex. Sed falsum est actionem imanentem esse actum perfecti imo est actus imperfecti. Nam est perfectio agentis ut declarabimus infra, ergo agens cõparatur ad ipsam ut perfectibile ad suum perfectiuum, non ergo ut perfectum sed ut imperfectum, omne enim perfectibile ut sic imperfectum est.

Ad hoc conceditur quod illa est ratio, & negatur quin actio immanens sit actus perfecti. Ad improbationem dico quod nõ dicitur actus perfecti quia agens a quo est & in quo recipitur sit perfectum, immo ut dicitur in argumento perficitur tali actione, sed dicitur actus perfecti quia talis actio est perfecta, & est cõplementum & perfectio ut diximus de mente phi de uisione & delectatione quæ in uno instanti in quo producuntur habent omnem perfectionem suæ speciei & in hoc distinguitur ab actione transeunte, quæ dicit actus imperfecti, quia non est perfectio sed uia ad perfectionem per corruptionem contrarii. sicut calefactio est uia ad calorem per corruptionẽ frigiditatis. Et hæc actio est motus physicus quem dixit phs in. 3. phys. quod est actus existentis in po-

tentia ad ulteriorem perfectionem, & quoniam omne existens in potentia ut sic est imperfectum ideo dicitur actus imperfecti.

Tertio non est in pnto qualitatis, ergo est in prædicamento actionis patet consequentia quoniam non apparet ratio quare debeat esse in aliquo alio prædicamento antecedens autem est pbi in. 10. ethic. cap. 3. ubi inquit neq; enim uirtutis operationes qualitates sunt neq; fœlicitas. constat autem ꝙ opationes uirtutis & fœlicitas apud pbm sunt actiones potentiæ rõnalis aut essentialr aut participatiue si non sunt qualitates non sunt in pnto qualitatis.

Ad hoc dicitur ꝙ illam ꝓpositionem adduxit pbs nõ determinatiue sed potius afferendo instantiam apparentem contra eos qui argumentati fuerant delectationem non esse bonum quia non est qualitas quasi ꝙ bonum non inueniatur nisi in qualitate. Cui argumento respondens pbs inquit non tamen si delectatio non est qualitas ꝓpter hoc nõ sequitur ꝙ non sit bonum. q. d. stat ꝙ non sit qualitas & tamen sit bonum & dat instantiam quia operationes uirtutis & fœlicitas non uidentur esse qualitas & tamen sunt bonũ & ꝙ non sit loquutus determinatiue patet quia infra in ca. 4. pbat operationem ĩmanentem ut uisio & delectatio nõ esse motum physicum quia ille sit in tempore &c. & si non est motus non est actio ut declarauimus in prima conclusione ergo non est de mente pbi in pnto actionis ergo est in pnto qualitatis quia constat ꝙ non est substantia nec quantitas nec potest esse relatio, aliter non esset perfectio. De aliis quatuor ultimis constat quoniam in eis non continentur nisi corporalia. Dico ergo ꝙ sm doctrinam pbi q̃tum ad rem significatam ꝙ sunt qualitas, licet q̃tum ad modum significandi habeat modum actionis.

Quarto si sunt in pnto qualitatis non possunt esse nisi in prima specie quæ dicitur habitus & dispositio, quod est falsum consequentia patet quia non sunt in secunda: hmõi. n. non sunt naturalis potentia nec in potentia nec in . 3 . quia non sunt passio uel passibilis qualitas, hmõi enim qualitates

sunt sm quas fit alteratio sensibilis constat autẽ ꝙ sm actus potentiæ rationalis non fit alteratio sensibilis multo minus sunt in quarta specie ut de se patet ergo si sunt, sunt in pma uel in nulla falsitas autem consequentis probatur. intelligere & omnis actio imanens sunt actus secundi quia quo scimus ut actu primo est scientia, actu autem secundo est scire siue cõsiderare. Sed quæ sunt in prima specie qualitatis sunt actus primi & nõ secundi, ergo intelligere nec alia actio immanens sunt in prima specie qualitatis. Minor probatur, nã si ea quæ sunt in prima specie qualitatis essent actus secundi superflue pħs in. 7. physi. tex. 17. probasset speciali processu ꝙ ad ea quæ sunt in prima specie qualitatis non est motus cum speciali processu iam probasset in. 5. physic. tex. 10. ꝙ ad actum secundum. s. ad actionem non est motus sed una esset probatio utriusq;.

Ad hoc conceditur consequentia. & negatur falsitas consequentis, ad probationem nego minorem, qm̃ sunt in ea actus primi qui sunt habitus & actus secundi qui sunt dispositiones ad habitum. & qui etiam possunt esse ex habitu. Ad pbationem minoris, nego consequentiam quoniam alia uia processit in. 7. physi. & alia in. 5. nam in. 5. ut patet a text. 12. usq; ad. 17. probat de prædicamento actionis & passionis ꝙ in eis non est motus, qm̃ cum actio & passio sint motus, esset motus in motu, & mutatio in mutatione in infinitum. In. 7. autem aduertens ꝙ probatio facta in. 5. non concludebat de his quæ sunt in prima specie qualitatis, quoniã actus siue primi siue secundi illic repositi non sunt actio uel passio physica, ex consequenti nõ sunt motus præcessit alia uia puta uel quia sunt ad aliquid. uel quia consequuntur alterationem ut uirtutes & actus morales uel quia acquiruntur quiete & residentia passionum, ut habitus intellectuales, & eorum actus. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Qō. 8. si potentia actiua præcedit actum suum.

Sunt autem quidam qui dicunt ut megarici,

quando operatur solum posse. Tex. 5.

pħs hic improbat opinionem dicentium, nullum agens habere potentiam actiuam, nec posse agere nisi dum actu agit. Determinat autem pħs q̃ nihil prohibet potentiam actiuam præcedere actum suum. Circa quod quæritur an & quomodo sit uerum.

IN HAC quæstione non inuenio diuersitatem opinionum in uia peripatetica nec euidentem & magnam difficultatem. Tu igitur sic te resolue. Primo pones unam distinctionem de præcedentia. Secundo conclõnem responsiuam cum probatione sua. Tertio solues duo argumenta, quæ uidentur habere aliqualem apparentiam.

Quantum ad primum aduerte q̃ hæc propositio pħi, potentia actiua præcedit actum suum, est uera sub hac disiunctione, natura uel tempore. Nam datur aliqua potentia actiua semper coniuncta actiui ut potentia illuminatiua solis & potentia motiua intelligentiæ quæ ab eterno & in eternum continue mouet actu suum mobile & in his sufficit ut potentia actiua præcedat actum suum natura, sicut & causa ut causa est prior effectu saltem natura ut diximus in lib. 5. in. qõ. 1. ubi assignauimus distinctionem inter principium & causam. Datur insuper aliqua potentia actiua quæ necessario p̃cedit tempore effectum suum ut incorruptibilibus & in artificiatis. & prius tempore animal habet uisum q̃ uideat & potentiam gradiendi q̃ gradiatur.

Quantum ad secundum ponitur hæc conclusio, potentia actiua non solum natura, sed & tempore potest præcedere actum suum. Prima pars probatur, nihil cõmunicat seipsum alteri distincto essentialiter, nisi supponatur esse, sed agens p̱ potentiam actiuam cõmunicat se alteri distincto essentialr̃ quia effectui suo ergo agẽs supponitur esse cum potẽtia actiua effectui suo, actio autem siue actus est effectus agentis, ergo supponitur esse quod autem supponitur prius est saltem natura ergo &c.

Secunda autem pars probatur & pħo per totum textũ

quintum

quintum.4.rōnibus quas uidebis in epitomi nr̄a in.9.li.metaphy.tracta.unico ca.2.Illic resolute formauimus eas nec expedit hic inutilr̄ repetere.Ibidem uidebis rōnes motiuas opinantium megaricorum qui negant potentiam actiuam præcedere actum quas & illic soluimus.

Quantum ad tertium aduerte duo arguměta contra determinationem factam.

Primum est si potentia actiua p̄cedit actum aut est sufficiens aut non si sufficiens,ergo sicut postea p̄ducit actū eadē rōne & nunc quocunq̧.n.instanti ponitur cā sufficiens ponitur effectus,alr̄ non esset sufficiens. Si non est sufficiēs ergo ad hoc q̄ fiat sufficiens transmutabitur ut.s.alr̄ se hēat quā prius. Si transmutabitur ergo fiet passiua quia omne circa quod est transmutatio, est passiuum & sic potentia actiua erit passiua,qđ est impossibile cum sint opposita.

Ad hoc dr̄ q̄ aliqñ est sufficiens aliqñ insufficiens sicut potentia gñatiua in uiro & gñatiua in puero & qñ est sufficiens nego illam ꝯñtiam ergo sicut postea &c.qm̄ ultra sufficientiam uirtutis in cā requiritur debita approximatio & debita disp̄ō in passo,quæ non p̄ quolibet tp̄e adsunt sed aliq̄do sic,aliq̄do non & inde est q̄ non quocunq̧ instant ponī cā sufficiens ponitur effectus,quia non quolibet instanti ponūtur circūstantiæ requisitæ ad actionem,& q̄do est insufficiēs concedo q̄ necesse est ut transmutetur sumendo transmutationem p̄ quo cum mō alio se hēre puta q̄ uniatur cū alia potentia actiua ut in tractu nauis, in quo potentia unius nō sufficit uel q̄ intendatur,puta calor ut tria non est sufficiens ad calefaciendum aquam,& intensus ut.b. erit sufficiens & cum arguitur,ergo actiua fiet passiua,rñdetur q̄ nō est incōueniens diuersa rōne,ut declaratum est supra de agēte actione imanēti qđ est actiuū & passiuū respectu suæ actionis.

Scđm est,si potentia p̄cedit actum,ergo ut exeat in actū necesse est ut determinetur ab alio,sed hoc est falsum,quia oē determinans aliud habet potentiam actiuam.Tūc quæritur si illa potentia p̄cedit actum uel non si sic,ergo ut prius necesse est ut determinetur ab alio & sic erit p̄cessus i infini

tum, si non, ergo eadem rõne standum erat in pmo, prima aũt consequentia sic probatur quia ois potentia præcedens actum oportet determinari ad illum actum per aliud.

Ad hoc dr̃ q cum potentia actiua distinguatur in nãlem & rõnalem si argm̃ intendit de nãli, nego primam ꝯñtiam. ad pbõnem dico q illa ppõ. ois potentia pcedens actũ &c. non est uera de potentia nãli qm̃ ut dictum est supra, est tm̃ unius oppositi, ex ꝯñti ex nã sua est determinata ad illud & semp exit in actum, stantibus circũstãtiis requisitis ad actionem, ut debita approximatione & dispõne in passo &c. Si intendit de potentia rõnali conceditur prima consequentia & negatur falsitas consequentis. Diximus n. supra, q potentia rõnalis cognoscitiua ut intellis daterminatur ab appetitu intellectiuo quæ est uoluntas in gñe cãæ efficientis, uoluntas aũt determinatur ab intellectu in gñe cãæ finalis, & sic non est pcessus in infinitum. Qũo ẽt non sit pcessus in infinitum in intellectionibus & uolitionibus uide in. q. 5. huius libri. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Qõ. 9. Si diffõ posis est bene assignata a pħo sumendo pole ut distinguitur pcise contra impole.

Est aũt pole hoc cui si exciterit actus cuius dr̃ habere potentiã, nihil erit ipole, tex. 7.

Pħs in hoc tex. diffinit possibile qd' solet sic diffiniri. Possibile est illud ad qd' non sequitur impossibile. Item sic possibile est illud qd' qui ponatur in actu, nullum sit impossibile. Circa q quæritur si est uerum.

IN HAC. q. sic pcedetur. Primo ponentur duæ distõnes. Secundo conclusio responsiua cum probatione sua. Tertio soluentur duo argumenta.

Quãtum ad primum sit hæc prima distõ. Possibile est duplex. Quoddam in sensu diuiso tm̃, quoddam absolute, exẽplum primi, album possibile est esse nigrum, qd' tamen est falsum in sensu composito, nam si poneretur in actu, sequeretur impossibile. s. album est nigrum exemplum secundi, possibile est sortem esse regem nam absolute loquendo, ad istam sortes est rex nihil sequitur impossibile.

Distĩo. 2. Possibile iterum est duplex. Quoddam qđ ſm ſe totum est reducibile ad actum. ut ens positiuum pmanẽs finitum. Quoddam cui ſm nãm suam repugnat ſm ſe totũ reduci ad actum. qm̃ ex sui nã competit sibi actus admixtꝰ potentiæ, ut enti successiuo quale est tp̃s & motus & enti isinito ſm magnitudinem & multitudinẽ. Et aduerte ꝙ hæc distĩo tracta est ex. 3. lib. physi. tex. 57. ubi pħs declarat qũo infinitum in potentia est reducibile ad actum.

Quantũ ad ſcđm ex distĩonibus datis, ponitur hæc ꝯclo. Possibile est illud ad qđ si eo mõ quo ẽ possibile reducitur ad actum & non aliter, nihil sequitur impossibile. Hæc conclusio. qũo sit intelligenda patet ex distĩonibus p̃dictis, nam si id qđ est possibile in sensu diuiso tm̃, ponitur in actu ꝑ sensu diuiso, nullum sequitur impossibile, nam licet sit impossibile album ut album esse nigrum, tamen nihil ꝓhibet, subiectum qđ est album a mota albedine esse nigrum, similiter si id qđ est possibile in ente successiuo & in ente infinito q̃to ponatur in actu nõ quidem ſm se totum, sed cum admixtione potẽtiæ nullum sequitur impossibile. Sic ergo intellecta conclõ ꝓbatur. Possibile ut possibile respicit actũ. Dr̃. n. possibile, aliqua potentia possibile, oĩs aũt potẽtia respicit actũ, aliter esset frustra. Tunc ultra, si oĩs potentia respicit actum & ſm te ex hoc ꝙ ponitur actu sequitur impossibile, ergo potentia respicit impossibile. sed hoc est absurdum. Dicere. n. potentiam respicere impossibile, est negare potentiã qa respectu impossibilium nulla est potentia, unde pħus in. 3. phy. tex. 69. manifestans qũo potẽtia respicit actum inquit quantum. n. potentia contingit esse & actu contingit tm̃ eẽ.

Quantum ad tertium aduerte duo argumenta cõtra diffinitionem de possibile per quæ probatur ꝙ in aliquo casu si possibile ponitur in actu sequitur impossibile.

Primum est. Hæc est de possibili, possibile est oẽ corruptibile corrumpi, & tamẽ si ponitur in actu sequitur impossibile nam posito ꝙ oẽ corruptibile de facto sit corruptum sequitur ꝙ mã remanebit sine oĩ forma qđ est impossibile ut probatum est supra, ergo &c.

Ad hoc dr̃ q̃ hæc ꝓpõ, posſibile eſt oẽ corruptibile corrumpi eſt uera diuiſiue. Signato.n. quocunq; corruptibili põt corrumpi & ſi ponatur in actu non ſequitur impoſ. qm̃ ſi illud corrumpitur, aliud gñatur ex conſequenti nõ remanet mã ſine forma non aũt eſt uera collectiuæ ſiue ſimultaneæ ſenſus.n. eſſet q̃ ꝓ aliquo inſtanti oĩa corruptibilia ſimul ſumpta ſimul poſſent corrumpi qđ nõ admittitur qm̃ tunc argumentum ꝓcederet. Patet igitur q̃ ad posſibile eo modo quo eſt posſibile non ſequitur imposſibile.

Scđm eſt. Dictum eſt ſupra q̃ potentia rõnalis ꝓ eodem inſtanti põt in oppoſita, ex quo arguitur ſic, posſibile eſt uoluntatem ſortis in hoc inſtãti uelle ſtare & uelle ſedere. Sed ſi ponatur in actu, ſequitur imposſibile.ſ. q̃ in hoc inſtanti ſtabit & ſedebit, ergo &c.

Ad hoc reſponſum eſt ſupra in.q.5.huius lib. ubi declarauimus in quo ſenſu ſit uerum, potentiam rõnalem poſſe ſimul in oppoſita, & tamen q̃ de facto nõn ſint ſimul oppoſita, uide tu ne fiat inutilis repetitio. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Qõ.x. Si aliqđ eſt posſibile qđ tñ nunq̃ fuit nec erit.

Nihil prohibet posſibile aliquod ens eſſe aut fieri non eſſe uero aut non futurum eſſe. Tex.8.

Pħs in hoc tex. deſtruit opinionem eorũ qui tenent oĩa eſſe posſibilia, licet nunq̃ fierent aut eſſent unde ponebant coſtam cõmenſurabilem diametro licet id nunq̃ fieret, ꝯtra quos dicit pħus licet aliqua ſint posſibilia quæ tamen nunq̃ erunt, non tamen oĩa quæ nunq̃ erunt, ſunt posſibilia. Qm̃ aliqua nunq̃ erunt quia eis repugnat eſſe, & hæc dicuntur & ſunt imposſibilia, ut diametrum cõmenſurari coſte. Aliqua aũt nunq̃ erunt, licet eis non repugnet eſſe, quoniã aut cauſa eſt libera, quæ ẽt oĩbus diſpoſitis, põt agere & non agere aut ſi eſt nãlis põt impediri ut dicemus infra. Quæritur ergo ſi aliquod eſt posſibile, qđ tamen nunq̃ erit.

IN HAC quæſtione in qua intendo loqui mere metaphyſi. & non ut theologus inuenio duas opiniones, quarum una tenet ꝑtem negatiuam, alia affirmatiuam. Pri-

ma est Cōmen. conatur defensare Iandu.in li. 9. meta.q. 5.scd'a est.b.Tho. Tu igitur sic ꝑcedes. Primo declarabis qūo Cōmen.tenet ꝑtem negatiuā & formalis rōnes Iāduni in defensionem Cōmen-Scd'o declarabis qūo.b.Tho.tenet ꝑtem affir.q̄ ꝓbabis dictis pħi,& rōnibus fundatis in doctrina pħi,quas sustinebis contra solutiones Iandu. Tertio solues rōnes Iandu.formandas in defensionem Cōmentat.

Quantum ad primum aduerte ꝙ Cōment.in li.9.meta. in cōmen.8.in prin.sic inquit.Manifestum est qm̄ impossibile est ut aliquod possibile nunq̄ exeat in actum & in cōmē. 9.inquit alio uero mō utimur hac ꝓpōne q̄ intendit declarare in hoc cap.in hoc ꝙ nihil habet potētiam ad corruptionem quin corrumpatur & nihil habet potentiam ad gñonē quin gñetur ergo ſm Cōmen.oē possibile non esse aliqñ nō erit & oē possibile esse aliquando erit. Et hāc sniam Cōmē. conatur Iandu.in lib.9.meta.q.5.tribus rōnibus firmare.

Prima est si aliqd' possibile nunq̄ erit,aliqd' possibile est semꝑ non ens,qd' aūt est semꝑ non ens est impossibile quia sicut necessarium est semꝑ ens,ita impossibile sibi oppositū est semper non ens,ergo aliquod possibile est impossibile, quod implicat contradictionem.

Scd'a est semꝑ ens & semꝑ non ens sunt opposita & similiter necessarium & impossibile sunt opposita &.1.cœ.tex. 127.ex hoc sic arguitur.Oē semꝑ ens est necessarium,ergo oē semꝑ non ens est impossibile.Añs patet ex.1.cœ.ut supra,consequentia ēt patet,quia sicut propositum in proposito sic oppositum in opposito.

Tertia est ſm pħm in hoc distinguitur possibile ab ipossibili & a necessario,quia necessarium semp est,& impossibile semꝑ non est,possibile aūt non semꝑ nō est, ergo aliquo tpe est.& aliquo non est,ergo si ponis aliqd' possibile nunq̄ esse destruis rationem possibilis.

Iste sunt ꝓcipue rōnes ꝓ defensiōe Cō.quas soluem' ifra.

Quantū ad scd'm aduerte ꝙ.b.Tho.exponens tex.pħi, manifeste tenet ꝑtem affir.Nā in.9.li.meta. exponens tex. 8.inquit sunt.n.aliqua de quibus nihil ꝓhibet dicere ꝙ sunt

posſibilia eſſe aut fieri.cum tamen nunq̃ ſint futura nec unq̃ fiant.Et in lib.2.de gñone exponens tex.64.inquit. Aliqd tamen futurum eſſe non habens cām determinatam, nihil ꝓhibet contingere non eſſe.v.g. uerūm eſt nunc dicere de aliquo ꝙ eſt futurus incedere pōt tamen impediri ꝓpoſitū eius & ita non incedet.& rō huius eſt quia talis inceſſus poſſibilis fieri ꝓcedit ex uolūtate libera quæ ēt diſpoſita & determinata ad iter pōt recipe impedimentum. Hæc eſt mēs b.Tho.quæ fundatur ēt in dictis pħi, nam in.2. de gñone tex.64 tenet ꝙ aliquod eſt gñabile quod tamen nunq̃ gña bitur,ergo eſt aliqđ poſſibile qđ nunq̃ erit gñabile.n. dicit poſſibile gñari.Item inquit futurus quis incedere non incedet.Et hæc ſententia firmatur ratione ſic.

Si non eſt aliquod poſſibile quin erit, ergo oīa eueniunt de neceſſitate,qđ eſt falſum ut ꝓbatum eſt in.1.perier. Et Cōmen.dicit in.2.phy.cōmen.48.Sermo dicens oīa eueni re de neceſſitate eſt uan⁹ &c.Cōtra patet qa ſi oē poſe de neceſſitate erit,ergo oē futurum ex neceſſitate eueniet.

Et aduerte ꝙ Iandu in.9.meta.q.5.reſpōdens huic rōni diſtinguit de neceſſitate ſic.Duplex eſt neceſſitas.ſ. cōtinua & diſcontinua quæ ſolet dici interciſa.Continua eſt ſm q̃ ali quid habet eſſe in quolibet tpe,ita ꝙ in oī tpe & oi inſtanti uerūm eſt dicere ꝙ eſt in rerū nā ut hō ſm ſpēm habet neceſſitatem continuam.quia ſm ſucceſſionem ſemꝑ eſt hō. Diſcontinua eſt ſm q̃ res non habet eſſe in quolibet tpe,ſed in aliquo ſic in aliquo non ut roſa tpe ueris tantū & glacies tpe hiemis tantum.Sed diſcontinua eſt duplex quædam eſt determinata ſm nām & ſm cognōnem nrām, ut eclypſis ſolis & lunæ de quibus ſunt determinatæ cāæ in tpe determinato & tanta duratione quæ oīa cognoſcuntur a nobis certiſſimæ p ſciam aſtronomiæ.Quædam aūt eſt determinata ſm nām ſed non quō ad nos.Certum quidem eſt nālr quo & q̃to tpe res erit & quo & q̃to non erit ſed nobis eſt incertum quia non poſſumus nāliter cognoſcere tps illud nec durationem eius,& talem neceſſitatem habet inuētio theſauri in foſſione quia non eſt certum nobis quo tpe hoc

incipiet. & hoc pp raritatem pp q̃ expiri non possumus determinationem illius tpis. Ex his dicit ad rõnem adductam ꝙ ꝯñtia ualet qm̃ nihil euenit nisi ex necessitate uel ꝯtinua uel discontinua determinata ſm nãm & quo ad nos uel saltem ſm nãm licet non quo ad nos. & cum arguitur ꝙ hoc est falsum ſm pħm in. 2. pier. & Cõmen. dicit Iandu. ꝙ pħs non reputat hoc esse falsum nisi sumendo necessitatem discontinuam determinatam ſm nãm & quo ad nos. q. d. ꝙ oĩa eneniunt ex necessitate ex pte rei & cãrum eius, licet nos non cognoscamus talem necessitatem. Sed Iandu. non aduertit ꝙ pħs in 6. meta. ut patet in tex. 6. loquit̃ de põne & ordine cãrum ſm nãm suam & nõ quo ad nos illic. n. vr̃ cõcludere ꝙ si cuiuslibet effectus iam sunt posite oẽs cãæ ꝑ se de necessitate erit ſm nãm suam. Consequens aũt esse falsum, iam docuerat i fine ꝑmi pier. Præterea, qũo metaphysica ꝯsideraret connexionem cãrum ut meta. si tm̃ respectu nr̃i id accideret? Tenendum est ergo pħum sensisse ꝙ nullo mõ necessitatis oĩa futura de necessitate eueniunt sed quædam mere contingenter & libere.

Præterea ad ꝓpositum arguitur sic, si nihil est poře quin erit ergo nulla est potentia rõnalis & libera qđ est contra pħm in. 9. meta. tex. 3. contra ꝓbatur. Liberum est ꝙ põt agere & non agere contrariæ uel contradictoriæ, sed si nihil est possibile quin erit. oẽ agens de necessitate aget, qcqd potest agere, ergo nullum erit agens liberum.

Huic rõni rñdens Iandu. deducit se ad hoc ꝙ agens liberũ non dr̃ liberũ quia possit in opposita, sed quia agit ſm rõnẽ & gratia sui, dato ꝙ non hẽat potentiã non agendi ut Deus dr̃ libere mouere ſm Arist. qui est primum mouẽs, quia eligit & vult mouere grã sui, & non ꝙ ẽt eligat non mouere. quia non potest non mouere ſm Arist.

Sed non aduertit Iandu ꝙ sic dicens saluat solum libertatem oppositam coactioni siue uiolentiæ, non aũt libertatẽ contradictionis, qua põt agens in opposita ꝓ eodem instãti licet non coniunctim sed diuisim ut declarauimus supra, ꝗ libertatem exp̃sse posuit pħs in. 9. meta. tex. x. ubi assignãs

dñiam inter potentias cum rõne , & sine rõne inquit. Tales quidem potentias. s. sine rõne necesse est qñ ut pñt actiuum & passiuum ,ppinquant, hoc quidem agere illud uero pati, illas uero. s. cum rõne non necesse. Quem tex. declarans Cõmen. inquit. Aliæ uero potentiæ. s. quæ sunt cum rõne non est necesse qñ ,ppinquãt suis agẽdis ut agant, qm̃ unaquæq; illarum. s. quæ sunt sine rõne agit alterum contrarioꝝ tm̃, quæ aũt sunt cum rõne agunt duo contraria, qđ tu intelligas diuisim & non coniunctim. Patet ergo ꝙ apud plm̃ nõ dicitur potentia libera solum quia agat gratia fini , sed quia põt in opposita. unde Iandu sic rñdens cõtradicit plõ. Qũo aũt Deus moueat & agat ſm plm̃ an libere an ex necessitate nãæ declarabitur in lib. 12.

Quantum ad tertium soluendæ sunt rões supra inductæ quæ fuerunt Iandu. in fauorem Cõmen. & quidem pma ac scđa simul soluuntur hac distõne, semp non ens est duplex qđdam est qđ nunq̃ habet esse, & sibi repugnat esse. ut diametrum cõmensurari coste. & oẽ tale est impoẽ. Qđdã est qđ licet nunq̃ sit hiturum esse. aut ex defectu cãæ suæ ipeditæ, aut ex cã libera indeterminata, tamen sibi non repugnat esse, ut sortem esse pncipem , & sic nego ꝙ tale semp non ens sit impoẽ, sed tãtum. 1. mõ, & q̃do dicit plʹs ꝙ necessarium est semp ens & ipoẽ semp non ens, sumit ly semper non ens. 1. mõ, sicut n. necessarium dicitur semp ens q̃a non põt non esse sic impoẽ dicitur semp nõ ens quia nunq̃ est nec põt esse, eo ꝙ sibi repugnat esse.

Ad tertiam dicitur ꝙ illa diffõ de poĩ qua dicitur, poẽ ẽ qđ non semp non est, est uera de poĩ in se & ſm se considerato, nam ex quo aliquid est possibile nõ inconuenit q̃tũ sit ex se ꝙ aliquo tpe sit & aliquo non. Qđ aũt nunq̃ ponatur actu hoc non est ex natura possibilis sed aliunde, puta ex ĩpedimento cãæ agentis uel ex concursu cãrum contrariarum quarum una impedit aliam uel ex indispõne mãæ uel ex libertate ãgẽtis, qđ põt in opposita nec subiicitur actioni aut impssioni alicuius corporis ut hic oĩa declarat. b. Thom. in. 6. meta. exponens text. 8. Hæc de præsenti quæsito dcã sint.

Quæstio. 11. si in consequentia possibilium uel impossibilium antecedens & consequens debent esse similia.

Simul autem palam quia si A ente necesse B esse & possibili ente A & B necesse est esse possibile. Textu. 9.

Circa hunc textum quæritur quomodo se habent antecedens & consequens in consequentia uera, in materia possibilium & impossibilium. s. utrum possint esse dissimilia uel de necessitate similia.

IN HAC quæstione ut breuiter te resoluas sic procede. Primo pones distinctionem de possibili, q̄ tangit. b. tho. exponens tex. 9. Secundo pones tres conclusiones. Tertio solues dubium.

Quantum ad primum aduerte ꝙ pos͡e dupl͡r sumitur. Primo pro omni eo quod potest esse & non esse, & ut sic est idē quod contingens. & opponitur necessario & impossibili qm̄ necessarium non potest non esse & impossibile non potest esse. Secundo pro omni eo quod potest esse, & ut sic nō opponitur necessario, imo sequitur ad ipsum, nam bene sequitur A non potest non esse, ergo potest esse, opponitur autē tantum impossibili & dicitur possibile altum, quod prædicatur de possibili contingenti. & de necessario, p͡bs in præsenti tex. intendit comparare antecedens ad consequens in cō. sequentia uera in materia possibilium, sumendo pos͡e secundō modo, & non primo modo, qm̄ ut diximus, in secundo modo opponitur præcise impossibili.

Quantum ad secundum sit hæc prima conclusio, si alicuius consequentiæ ueræ antecedens est possibile, sumendo possibile altum & consequens est possibile in eodem sensu. Dico autem possibile altum, quoniam si in antecedente ponitur possibile contingens non est necesse quod consequens sit possibile contingens, imo potest esse consequens necessarium stante antecedente contingenti ut hic si Sortes est re

rum sortes est homo & hic si sortes disputat sortes est homo. Haec conclusio sic probatur ad mentem pbi si antecedens est possibile & consequens sit impole ergo ad pole sequit ipoleq̃ est contra diffinitionem supra positam de possibili. Dictum est enim, possibile est ad quod nihil sequitur impossibile.

Secunda conclusio, si alicuius consequentiae uerae consequens est impole necesse est antecedens esse impole probatur, stante consequente impossibili si antecedens est pole ergo ad possibile sequitur impossibile quod repugnat diffinitioni date de possibili.

Tertia conclusio si antecedens est impossibile non est necesse consequens esse impossibile imo potest esse possibile contingens & necessarium & possibile altum exemplum ꝓmi si homo est lapis homo est grauis, uel figuratus uel albus &c exemplum secundi si homo est lapis homo est substãtia & est corpus. Quod autem possit esse possibile altum patet quia possibile altum p̃tur de possibili contingenti & de necessario.

Quantum ad tertiũ aduerte q̃ pћs in tex. uidetur dicere oppositum huius tertiae conclusionis, nam inquit sed erat primũ impossibile ergo & scd'm &c. Manifestum est autẽ q̃ in consequentia primum sumitur pro antecedente & secundum pro consequente intendit ergo quod si antecedens est impossibile, consequens est impossibile, cuius oppositũ dicit tertia conclusio.

Respondetur in tex. Commenta. non cadit haec difficultas quia non habetur ly primum nec secundum. Sed & B & A ita q̃ sic intelligitur. sed B est impossibile. i. consequẽs ergo & A. i. antecedens & haec fuit secunda conclusio, si tamen inspicias tex. quem. b. Tho. exponit uidebis q̃ ly primum sumit pro B & ly secundum sumit pro A & format hanc consequentiam si B quod est consequens est impossibile A quod est antecedens est impossibile & tunc patet q̃ B est primum & A est secundum in consequentia praedicta. Ad argumentum ergo concedo q̃ primum stat pro antece-

dente, qm in prædicta consequentia, ponitur consequens q est B in antecedente, & secundum stat pro consequente qm in prædicta consequentia ponitur antecedens quod est A in consequente sic enim arguit si B consequens est impossibile A antecedens est impossibile, ex quibus patet q phs nõ facit expræssam mentionem nisi de prima & secunda conclusione, tertiam autem licet hic non ponat non tamen eã negaret, propter quod non potest prædictus textu ubi dicitur primum ergo secundum applicari nisi secundæ conclusioni. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Quæstio. 12. si actus est prior potentia ratione & cognitione.

Omni itaq; tali prior actus ratione. Tex. 13.

IN RESOLVTIONE huius tex. quæritur si actus est prior potentia ratione & cognitione sumendo actum ut actus & potentiam ut potentia metaph. pro euidentia igitur huius quæsiti, ponuntur duæ concl'ones responsiue cum ꝓbationibus suis. Deinde soluentur dubia insurgentia contra determinationem.

Prima conclusio actus est prior diffinitione & cognitione sm nãm suam & simpl'r q̃ potentia. Quod diffinitione probatur, quia ut patet per phm in hoc lib. 9. text. 13. id ꝑ qd' aliquid diffinitur est prius eo diffõne. Sed per actum diffinitur potentia sicut declarat phs in eodem tex. unde inquit nam per contingere actu esse possibile est quod primo possibile puta dico edificatorem potentem edificare, & uisibile potens uideri.

Quod autem cognitione, i. q sit aptus natus prius & perfectius cognosci q̃ potentia probatur. Cum obiectum intellectus sit ens quod magis participat de entitate, magis & prius participat de cognitione sm naturam suam, unde dixit phs in. 2 metaph. tex. 4. q sicut res se habet ad esse ita ad cognosci. Sed actus magis participat de entitate, nam ut inquit Commenta. in lib. 9. metaphysi. commen. 13. potentia est sicut non esse, actus autem est esse, ergo necesse est ut

actus præcedat potentiam cognitione secundum naturam suam & simpliciter.

Secunda conclusio. Actus est prior cognitione q̃ potentia non solum s̃m naturam suam, sed etiam quo ad nos, & sumo potentiam ut se extendit ad potentiam actiuam & passiuam. & quodcunq; principium motus probatur sic. Qđ prius mouet intellectum nostrum, est prius cognitione quo ad nos: hæc est manifesta quia ex eo ꝙ intelligibile mouet intellectum intelligitur, ergo si prius mouet prius intelligitur. Sed actus prius mouet intellectum q̃ potentia. Nam ut dicet infra Arist. in tex. 20. Quæ sunt in potentia, non inueniuntur .i. non cognoscuntur a nobis, nisi reducantur ad actum, quod quõ sit uerum inuestigabimus in q̃one particulari. Præterea dicit pħs in. 3. physi. tex. 17. ꝙ semper extimabitur aliqua species mouens, & speciem sumit pro actu. ergo actus est prior cognitione quo ad nos q̃ potentia.

Sed conclusio hanc determinationem insurgunt duo dubia. Primum est contra primam conclusionem, secundum contra secundam.

Primum probat ꝙ actus non est prior potentia diffõne & arguitur sic Actus & potentia sunt relatiue opposita per Cõmen. in lib. 9. metaphy. commen. 11. & per se inuicem diffiniuntur, unde inquit illic Commenta. Actus & potentia sunt relatiua contraria, & utrunq; relatiuorum accipitur in diffinitione alterius. & non accidit inde malum tunc sequitur ꝙ quando potẽtia diffinitur per actum actus sit prior diffinitione, & quando actus diffinitur per potentiam, actus sit posterior, & potentia prior, ergo actus ex natura sua & simpliciter non est prior potentia diffinitione sed & prior & posterior, prout potest esse diffiniens potentiam, & diffinitus per potentiam.

Ad hoc respondent Ant. and. in. 9. metaph. q. 3. dicit qđ illa propositio. Relatiua per se inuicem diffiniuntur non est uera, nisi in relatiuis mutuis, qualia sunt relatiua primi & secundi modi. Dicit autem ꝙ potentia & actus non sunt relatiua mutua quia ponit ea in tertio modo relatiuorum, ex

consequenti negat actum diffiniri per potentiam, & sic non oportet quod sit posterior diffinitione sed semper & simpliciter prior ipsa potentia.

Sed hæc responsio q̃tum ad hoc ꝙ ponit potentiam & actum esse relatiua in tertio modo relatiuorum, est contra pħm in. 5. metaph. in cap. ad aliquid ubi assignans fundamẽtum secundi modi ponit actiua & passiua ſm potẽtiam actiuam & passiuam & earum actiones. & ipse Ant. andr. in. 5. metaph. q. 15. in qua pertractat de relatiuis secundi modi, respondens argumento secundo, concedit ꝙ potentia actiua refertur ad actionem suam & ad potentiam passiuam ut calefactiuum ad calefacere & ad calefactibile, ergo etiã ſm ipsum potentia & actus sunt relatiua secundi modi & non tertii non igitur ualet responsio sua.

Iandunus autem in. 9. metaph. q. 8. tenens cum Cõmen. ut allegatum est in argumento ꝙ actus & potentia sunt relatiua contraria, & ꝙ per seinuicem habent diffiniri ut soluat argumentum factum distinguit de diffinitione sic. Diffinitionum alia perfecta alia imperfecta quando diffinitur potentia per actum est perfecta, qm̃ actus simpliciter prior est q̃ potentia ut dicemus infra & declarat sufficienter naturã potentiæ quando autem diffinitur actus per potentiam est imperfecta, quasi magis proportionata intellectui nostro, qui procedit de potentia ad actum idest de imperfecto ad perfectum unde talis diffinitio non meretur dici diffinitio sed notificatio.

Hæc responsio non discordat a mente. b. Tho. qui in. 9. metaph. exponens tex. 13. ubi inquit pħs quare necesse rõnem præexistere, & noticiam noticia, dicit. b. Tho. & propter hoc Aristot. superius manifestauit potentiam diffiniendo per actum, actum autem nõ potuit per aliquod al ud diffinire, sed solum inductiue manifestauit hæc ille, ex quibus elicio ꝙ quia sunt relatiua ideo per seinuicem manifestantur, sed diuersimode, nam potentia manifestatur per actum per ueram diffinitionem & perfectam, eo ꝙ actus ex se est prior potentia, ut dicemus infra. Actus autem manifestatur

per potentiam non per ueram diffinitionem sed per inductionem uel proportionem ut fecit pħus in.9.libr.tex 11. Ibi palam autem ex singularibus inductiue &c .Ex his dico ad argumentum, concesso ꝙ actus & potentia sint relatiua opposita & quod per seinuicem manifestentur, non sequitur ꝙ quando notificatur actus per potentiam sit potentia simpliciter prior actu, qm̄ talis notificatio non est uera nec perfecta diffinitio, sicut q̄do notificatur potentia per actum unde nego illam cōsequentiam ergo actus ex natura sua & simpliciter non est prior potentia.

Secundum probat ꝙ actus non sit prior cognitione quo ad nos, nam cum sempiterna sint nobilissimi actus aut in actu ut substantiæ abstracte & corpora cælestia sequeretur ꝙ essent nobis prius nota q̄ hæc inferiora corruptibilia quæ ut dicemus infra se habent ad illa ut potentia ad actum cū sint imperfectiora, & qnq; sunt qnq; non sunt, illa autē sem per sunt. Hoc autem est falsum, qm̄ ut ꝓbatum est in.2.lib. non ascendimus ad illa, nisi ex sensatis.

Ad hoc dicimus ꝙ conclusio secunda sic habet intelligi actus comparatus potentiæ in eodem genere, est prior cognitione quo ad nos: puta si per inuentionem uolumus habere scientiam de rosa, necesse est ut per rosam in actu cognoscamus rosam in potentia, unde pħus infra in text.20. docebit qūo geometra cognoscit triangulum habere tres. ex actuali protractione lineæ, qua constituitur angulus extrinsecus &c. Argumentum autem procedit de potentia & actu in diuerso genere, qm̄ corruptibilia & incorruptibilia distinguuntur genere ut manifestabitur in lib.10. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Quæstio.13. si actus est prior tempore potentia.

Tempore uero prius specie idem agens, sed numero non. Textu.12.

IN HAC quæstione inuestigandum est qūo actus sit prior tempore potentia & ut te resoluas. Primo declarabis quot modis pōt comparari actus ad potētiam, & ecō

uerso. Secundo pones quatuor conclusiones responsiuas. Tertio solues dubium.

Quantum ad primum aduerte ꝙ hæc comparatio potest fieri quatuor modis. Primo comparatur actus ut actus potentiæ ut potentiæ. Secundo comparatur actus ſm speciem potentiæ ſm speciem. Tertio comparatur actus ſm speciem potētiæ ſm indiuiduum. Quarto modo comparatur actus secundum indiuiduum potentiæ ſm indiuiduum & omnes iste comparationes declarabuntur in conclusionibus sequentibus.

Quantum ad secundum sit hæc prima conclusio, (& aduerte ꝙ intendo procedere in his conclusionibus iuxta doctrinam pħi ponentis mundum & motum & gñonem eternam). Actus & potentia primo modo comparationis non ita se habent ꝙ actus sit prior tempore potentia, nec econuerso probatur. Actus & potentia ſm pħm sunt eterna, ergo unum non est prius tempore alio consequētia nota qm̄ eterno nihil est prius duratione, aliter non esset eternum. Antecedens probatur, quoniam sicut potentia passiua est eterna ſm pħm puta materia ꝑma ita actus est eternus siue sumatur actus pro substantia immateriali, q̄ probat Aristo. in lib. 12. esse eternam siue sumatur pro forma informatiua materiæ: licet enim nulla forma educta uel educibilis de potentia materiæ sit eterna eadem numero tamen est eterna ſm speciem uel ſm genus, qm̄ ſm pħm species rerū corruptibilium per successionem sunt eterne & ab eterno mā non spoliatur omni forma.

Secunda conclusio. Actus in secunda comparatione non est prior tempore potentia, ꝓbatur quia cum ſm pħm in. 2. de gñone tex. 55. gñio sit perpetua, semper fuit homo actu & erit & semper fuit homo generandus & erit sic intelligē do ꝙ sub specie hominis semper fuit & erit aliquis homo actu, & semper fuit & erit aliquis homo in potentia. Aliter gñio humana, habuisset principium & finem durationis qđ repugnat doctrinæ Aristotel.

Tertia conclusio. Actus in tertia comparatione est prior

tempore potentia probatur quia ſm pħm in lib.12.tex.16. cauſa mouens & agens præcedit illud cuius eſt cauſa & in hoc diſtinguitur cauſa agens a forma qm̄ illa ſimul eſt cum eo cuius eſt forma. Sed actus ſm ſpeciem eſt cauſa agens, reſpectu eius quod eſt in potentia ſm indiuiduum puta generandus qui eſt hic homo in potentia neceſſe eſt ut generetur ab homine exiſtente actu. Implicat enim aliquid ſe reducere de potentia ad actū ergo actus ſm ſpēm eſt prior tpe potentia ſm iudiuiduum & maxime in gñone uniuoca.

Quarta concluſio. Actus in quarta comparatione eſt poſterior tempore potentia. Hanc ſic intellige. In re corruptibili eſſe in potentia præcedit eſſe actu puta roſa A generanda in ueræ prius tempore habet eſſe in potentia q̄ habeat eſſe actu probatur. In productione phyſica, quæ eſt per motum qui fit in tempore, terminus a quo præcedit tempore terminum ad quem. Sed in re corruptibili generanda, terminus a quo eſt eſſe in potentia terminus ad quem eſt eſſe actu. Nam in primo phyſicorum tex.78. ex ente in potentia fit ens in actu, ergo &c.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ cum potentia & actus ſint relatiua ut dictum eſt ſupra difficile eſt ſaluare ꝙ actus ſit prior tempore potentia, uel econuerſo, qm̄ cum relatiua ſint ſimul natura poſito uno ponitur alterum & remoto uno remouetur alterum, ergo in nulla comparatione unū præcedit alterum.

Ad hoc dicitur ꝙ potētia & actus non ſunt puri reſpectus. qm̄ purus reſpectus non eſt principium agendi nec patiendi, nec dicit perfectionem. Sed ſunt entia abſoluta includentia reſpectum ſicut ſcientia, & actio & menſura. Tunc dico ꝙ ut res ſunt non inconuenit unam præcedere aliam & ſubſequi ſicut & homo generans præcedit tempore hominem genitum & cauſa agens per motum. præcedit tempore effectum ſuum, ut autem includunt reſpectum, uel ut concipiūtur conceptu relatiuo, unum non præcedit alterū, quia concipiuntur in ordine unius ad alterum. Quando comparauimus actum potentiæ in tertia & quarta concluſione, fecimus

mus comparationem ut res sunt,& non ut includunt respe-ctum & iō argm̄ nō ꝯcludit,alr cā non esset ꝑor suo effectu.

Et aduerte ꝙ in hac.q.semꝑ intendimus de actu ut comparatur potentiæ passiuæ siue receptiuæ ipsius actus uel cōparando agens passo aut ꝓducibili,sicut comparādo formā māæ,aut hoīem actu hoī ꝓducibili. Sed in.q. sequēti loquemur de actu comparato potentiæ actiuæ a qua egreditur ut edificare potentiæ.i.arti edificatiuæ.Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Qō.14.si in potētiis actiuis quæ acquirūtur exercitio, actus.i.opatio est ꝑor tp̄e potētia ēt respectu eiusdem potentiæ ſm numerum.

Quapp & vr̄ ipōle edificatorē eē q nō edificauerit.tex.14.

Pħs in hoc tex.comparat actum.i. opationem potentiis suis actiuis non quidem nālibus qm̄ de eis determinatū est supra.in.q.8.ꝙ semꝑ ꝑcedunt actum aut nā ut potentia illuminatiua solis illuminationē.Aut tp̄e ut ꝑus tp̄e quis habet potētiam actiuam gradiendi q̄ gradiatur. Sed comparat potentiis actiuis quæ acquiruntur aut disciplina, sicut artes & scīa,aut cōsuetudine,sicut hītus morales,& dicit manifestū esse in his ēt respectu eiusdem suppositi ꝙ actus.i.opatio ꝑcedit potentiam actiuam.i.hītum acquirendum, qm̄ nisi qs frequenter citharizauerit,non fiet citharedus. Quæritur ergo si possibile est in his potentiis actum præcedere tempore ipsam potentiam.

IN HAC .q.non cadit difficultas nisi in hoc ꝙ vr̄ difficile posse saluare,qūo isti act⁹ ut edificare & citharizare sint effectus artis edificandi & citharizandi, & tn̄ ꝑcedant istas artes tanq̄ cāæ,quibus multiplicatis tales artes addiscimus, ex his.n.sequitur ꝙ idem respectu eiusdem sit cā & effectus ꝑus & posteri⁹ ꝙ patet esse impoſe.Et aduerte ꝙ hæc est ambiguitas Platonis in Menone, q̄ recitat pħs in.1. poste.tex. 4.& hic replicat ac soluit in tex.14. Vt igitur i p̄nti quesito te resoluas sic ꝓcedes.Primo ponetur conclō rn̄siua. Sedo formabitur difficultas q̄ Plato induxit,ad ꝓbandum ꝙ nr̄m

addiscere non est nisi reminisci. Tertio soluetur ipsa difficultas. Quarto mouebitur dubium contra solutionem dictæ difficultatis & soluetur.

Quantum ad pmum sit hæc conclo tñsiua, in potentiis actiuis quæ acquiruntur exercitio, quales sunt artes & hitus morales, actus pcedit tpe ipsam potentiam. Hanc notificat pbs certissima expientia, nam quilibet expitur q non pōt acquirere artem nisi ex pus frequentatis actibus, unde Cōmenta. inquit in cōmen. 14. Qui addiscit citharizare, citharizat ut addiscat, & sic acquirit artem citharizādi & silr i aliis artificiis quæ acquiruntur exercitio, ergo &c. & aduerte q qui negat hanc conclusionem, negat id qđ ad sensum patet.

Quantum ad scd'm aduerte q ut dicit Cōmen. in cōme. 13. ex hoc q actus pcedit potentiam. i. hitum qui acquirit exercitio fuit cā qōnis sophisticoꝝ famosæ attributæ. Menoni, p q̄ quærebat pbare q nihil addiscimus de nouo, sed q hēmus sciam & artes nobis innatas, & arguit sic, si quis addiscit sciam uel artem aliq̄, aut addiscit sine actione sciæ uel artis addiscēdæ, aut p aliq̄ actionem. Si sine actione, nō erit addiscere oīno, qui. n. non citharizat nunq̄ fiet citharedus si p actionem illius sciæ uel artis addiscendæ, ergo addiscens erit sciens & non indigebit addiscere. v. g. si non addiscit citharizare nisi qui citharizat. & non citharizat nisi qui scit citharizare. ergo impoſe est addiscere citharizare sequitur. n. ex hac. q. ut qui nescit citharizare, agat citharistæ actionē ex ꝯñti addiscens est sciens q implicat cōtradictionem, nam si addiscit non est sciens & si scit nō est addiscens. se habēt. n. addiscere & scire, sicut uia & terminus.

Quantum ad tertium aduerte q soſo stat in hoc, licet in aīa nſa non sint sciæ & artes congenitæ, sunt tñ quædā pncipia nālia, & nāles inclinatiōes in diuersis ad diuersas scias & artes. ita q qui inclinatur ad musicam de facili pficit i ea & sic de aliis hītibus, qui aūt non inclinatur, nec habet in se aliqua pncipia uelut semina non pficit. unde dicit Cōmen. i cōmen. 13. asinus non addiscit citharizare, neq3 hō qui non est innatus citharizare. Tunc dico ad argm̄, q addiscens ad-

discit p actionem quæ non est sciæ addiscendæ eo mõ quo est addiscenda.i.pfecte.sed est sciæ quæ impfectæ est in suis pncipiis uelut in seminibus quæ ut sic nõ addiscitur. sed inest,sicut pma pncipia nãlia complexa,ad improbationem, nego hanc ꝯñtiam.ergo addiscens est sciens, nisi inferas sic, ergo addiscens est sciens impfectæ & potentialr qd' ꝯcedo, quoniam hitus continetur uirtualr & potentialr in pncipiis suis & nego ꝙ implicet contradictionem ad ꝓbõnem dico hanc condõnalem posse esse ueram & falsam. ueram in hoc sensu si est addiscens non est sciens cõplete & pfecte falsam in hoc sensu si est addiscens non est sciens impfecte silr ista ẽ uera & falsa uera sic si est sciens complete non est addiscẽs, falsa sic.si est sciens incomplete non est addiscens.Et quia ĩci piens citharizare non ꝓducit hos actus ex arte pfecta. sed tantum ex pmis pncipiis uelut ex seminibus in quibus non actu & complete sed uirtualr continetur ars, iõ stat ꝙ ante artem citharizet aliqtulum & citharizãdo melius paulatim addiscat artem.Decipitur aũt Memnon,quoniam credit nõ hñtem artem,nullo mõ posse hẽre actionem artis,qd' utiqꝫ esset uerum nisi haberet innata principia artis.

Quantum ad quartum aduerte ꝙ contra cõclõnem determinatam insurgit tale dubium si actus pcedit potentiam quæ acquiritur exercitio,ergo necesse est ut reducatur ĩ alĩ quã cãm a qua ꝓducatur.Quæro ergo aut reducitur in habitum aut in potentiam nãlem quæ nundum habet hitum puta actus citharizandi pcedens artem,aut reducitur in artem,aut in intellectum nundum hituatum arte, si pmum, ergo falsum est actum pcedere potentiam.i.hitum,quia effectus non pcedit sed subsequitur cãm si scd'm,ergo actus pcedens hitum.& actus ꝓductus ex hitu non sunt eiusdem rõnis,cum unus ꝓducatur a potentia nãli nundum hituata.i. ab intellectu nundum acquisita arte & alius a potẽtia hituata.& sic sequitur ꝙ illi actus pcedentes,cum sint quasi equiuoci non gñabunt hitum a quo postea eliciuntur consiles actus & aduerte ꝙ hic accipio potentiam nãlẽ ut distinguit contra artificialem non ut distinguitur contra rõnalem hoc

modo potest dici intellectus qui est subiectum habitus scien tifici & artis q est potentia naturalis.

Ad hoc dr q actus pcedens potentiam acquirēdam exer citio reducitur in potentiam nālem nundum hituatam. sed ut in se habet pncipia & inclinationem ad hitum. & tūc nego illam pñtiam. ergo actus pcedens hitum & actus productus &c. ad pbōnem dico q actus pcedens & subsequens licet non sint a potentia eodem mō se hñte, tñ non distinguūtur formalr & specifice. sed ut minus & magis pfectū quæ non diuersificant spēm ex consequēti sunt uniuoci. & nego quin sint gñatiui artis, quoniam pducuntur a potētia nāli, in qua sunt pma pncipia artis uelut semina, in quibus cālr ars addiscenda ptinetur. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Qō. 15. Si actio transiens est subiectiuæ in passo.

Quorum uero aliquid alterum est qd' fit pter usum horum actus in facto est, ut edificatio in edificato. Tex. 16.

QVONIAM pbs in hoc tex. vr expsse dicere q actio transiens est in patiente, siue in eo q fit. iō id inuestigandum est & pcipue quia aliqui tenēt actionem esse subiuæ in agente, quorum rōnes formabimus ifra & soluemus. Tu igitur sic pcedes. Primo ponetur distō de agente & distō de actione transeunte. Scd'o ponentur conclusiones responsiue. Tertio soluentur fortiora argumenta tenentium oppositum.

Quantum ad pmum aduerte q agēs est duplex qd'dam est agens in alterum & nullo mō in seipso ut ignis cōburēs lignum. Sortes portās lapidem. Qd'dam est agens in seipm ita q est idem supposito agens & patiens ut sortes mouens seipm pcutiens seipm, sanans seipm. Actio trāsiens sumitur duplr. Primo p respectu reali quem habet agens ad passum sicut & passio pōt accipi p respectu reali passi ad agēs. Scd'o p re siue forma cāta ab agente & acquisita a passo, sicut calefactio actiuæ sumpta, est ipse calor realiter ut causatur ab agente in passo puta in aqua.

Quantum ad sedm sit hæc pma conclo. Actio transiens sumpta p respectu agentis ad passum est subiuæ tm in agente, pbatur in quocunq3 est fundamentum respectus, in eodem subiuæ est respectus, qm ut probauimus in lib. 5. rlo & fundamentum sunt idem, uel si teneatur q non sunt idem saltem unum nititur alteri, ex pnti ubi est unu subiuæ, erit & alterum. Sed respectus agentis ad passum est fundatus in potentia actiua agentis, quæ est subiuæ in agente ut patet, ergo actio pro respectu est subiectiuæ in agente.

Præterea. Respectus agentis ad passum. & pasii ad agens sunt respectus oppositi, ergo non sunt in eodem subiuæ, sed respectus pasii ad agens est subiuæ in passo ut patet, ergo respectus sibi oppositus non est in passo sed in agente.

Seda conclo. Actio. 2. mo sumpta non est subiuæ in agente sed in passo pbatur. Si est subiuæ in agente pter respectu agentis ad passum quem iam pbauimus esse in agete quæro quid ponit in agente, & no potes imaginari quid ponat nisi aut potentiam actiuam, aut aliquem actum absolutum acq situm in agente, non potes dicere pmum, qm potentia actiua agentis non est actio, atr cum potentia actiua continuæ sit in agente sequitur agens continuæ agere. & sic ignis coti nuæ calefaceret qd est manifeste falsum. & edificator cotinuæ edificaret, nec potes dicere fm quia oe illud in quo aliquid fit & acquiritur in eo q tale, se habet in rone acti uel facti. & no in rone agentis & facientis. Sed si aliquis actus absolutus acquiritur in agente dum agit tunc agens in eo q agens se hebit ut in quo actus acquiritur, ergo agens in eo qd agens est actum & factum saltem subiuæ, quod implicat contradictionem, qm agens ut agens opponitur acto, sicut mouens ut mouens opponitur moto, Præterea, in quocuq3 est mutatio uel motus in eo q hmoi mutatur uel mouet. Sed si aliquis actus absolutus acquiritur in agete de nouo du agit oportet q aliqua mutatio uel motus sit in agente ergo si agenti in eo q agens acquiritur aliquis actus absolutus de nouo in eo subiuæ receptus, sequitur q agens in eo q ages mutetur uel moueatur, qd est impossibile. Cum igitur actio

secundo mō sumpta non sit in agente, restat ꝙ sit subiuæ in patiente. Et aduerte ꝙ hæc est snīa pħi in. 3. phy tex. 20. ubi inquit. Aut neq; actum alterius in altero esse inconueniens est, est. n. doctio actus docentis in quodam. n. &c. quem tex. sic declarat Cōmē. in cōmē. 20. Non est inopinabile ꝙ actio agētis sit in alio, est. n. manifestum p se ꝙ doctrina est actio docentis. & est in addiscente. Hæc igitur sit determinatio de subo actionis transeuntis in qua sequutus sum Herue. in. 4. quodli. q. 4. quem non puto deuiare in hoc a uia Thomisti. immo mentem. b. Tho. resoluere.

Tertia conclusio, si aliqd' sit agens actione transeunte nō in alterum sed in seipm. Actio est subiuæ in agente. Hæc est manifesta p se ut qn̄ aiatum mouet seipm & medicus sanat seipm. Tu tn̄ aduerte ꝙ in tali casu licet actio sit in agēte nō tn̄ inqtū nec in eo ꝙ agens sed in eo ꝙ patiens ex ꝯnti nunq̄ est concedendum actionem transeuntem esse subiectiuæ. i. ut in quo in agente sed causatiuæ. i. ut a quo &c.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ fortiora argumenta tenentium actionem esse subiuæ in agente sunt ista.

Primo ubi est effectus formalis ibi est forma quia sunt īseparabiles, sed in agente est effectus formalis actionis dr̄. n. agens & est agens actione, ergo actio est subiuæ in agente.

Ad hoc dr̄ ꝙ effectus formalis est duplex quidam ẜm rē & denoīationē ut paries est albus albedine realr̄ & denoīatiuæ & de hoc conceditur maior quidam est ẜm denoīationē & de hoc negatur maior quia denoīatio pōt fieri ab aliquo extrinseco sicut locatū denoīatur a loco qui non est subiuæ in locato sed in locāte, sic dico in ppposito quia actio denoīat agens denoītatione extrinseca iō maior negatur quia ista propositio actio est agētis non uerificatur pro subiecto sed pro prin. a quo egreditur.

Scd'o oīs pfectio est formalr̄ in eo cuius est pfectio, nihil. n. pficitur formalr̄ nisi aliquo sibi intrinseco. Sed actio est pfectio agentis tunc. n. agens est in sua ultima perfectione cum agit, ergo actio est subiectiuæ in agente.

Ad hoc dr̄ ꝙ loquendo de agente ꝙ tm̄ est agens minor

est falsa sumendo ly agentis ꝓ subo licet sit uera sumēdo ly agentis ꝓ pnc.ut illuminatio est solis.i.a sole. Ad ꝓbōnē dico ꝙ concludit actionem esse signum ultimæ pfectionis in agente,nam ex eo ꝙ agit arguitur ultima pfectio in eo pfectius est.n.esse actuale pnci.actionis q̄ potentiale. Dixi qđ tm̄ est agens,quoniam si sit agens & patiens ut cum quis sanat seipsum actio est perfectio sua & est in eo subiectiuæ nō ut agens sed ut patiens.

Tertio cuius est potentia eius est actus ex libr. de somno & uig. Sed potentia actiua est agentis & in agente ergo & actus idest actio.

Ad hoc conceditur ꝙ & potentia actiua & actio sunt agētis sed non est necesse ꝙ sint uniformiter,nam potentia actiua est in agēte subiuæ actio aūt ut in pn.a quo egreditur & non ut in quo recipitur nisi sit simul agens & patiens.

Quarto tenet pħs in.8.phy.tex.15.ꝙ si Deus de nouo īcipet agere mutaretur,hoc aūt nō contingeret nisi de nouo aliqd in se recipet nō apparet aūt qd sit illud nisi noua actio igif illa esset in eo & p ꝯñs de facto oīs actio est in agente.

Ad hoc dicitur ꝙ utiq; Deus mutaref ſm opinionē pħi, ꝓut mutari cōiter est aliter se hēre q̄ ꝑus. sed hoc non esset ſm pħm quia in se recipet nouam actionem sed nouam diſpōnem uel nouam uolitionem q̄ hēret ad agendum cum prius non ageret ut imaginatur Cōmen.illic in cōmen.15. licet ꝓ ueritate sua imaginatio eēt falsa ut ī li.12.oñdemus.

Quinto si unus ignis calefacit duo, aut erit una actio aut duæ,nō duæ qa uni⁹ agētis ē unica actio ergo una,& si una, aut illa est in passo aut in agēte,nō in passo, quia qua rōne ē in uno est in utroq; & sic idē accidens esset in duobus subis qđ est impossibile.ergo est in agente.

Ad hoc dicitur ꝙ ex pte pncipii a quo egreditur est una actio sed ex pte termini & subi receptiui sunt duæ nec incōuenit qđ sint duæ ex pte subi,sicut nō inconuenit ꝙ plures lineæ quæ sunt unum in centro, plurificētur ex eo ꝙ terminantur ad distinctas partes circunferentiæ.

Sexto pater & filius non se compatiuntur in eodem re-

ſpectu eiuſdem cum ſint reſpectus oppoſiti ergo gñio actiua & gño pasſiua non ſunt in eodem cum ſint fundamenta illorum reſpectuum.

Ad hoc negatur ꝯñtia, ad ꝓbõnem nego ꝙ illa ſint fundamenta talium reſpectuum, cum non maneant. ſed dico ꝙ fundamentum paternitatis, eſt potentia gñatiua ut ab ea egreſſus eſt actus generandi. & fundamentum filiationis eſt potentia pasſiua ut fuit ſub actu gñandi pasſiuæ. Actus autẽ gñandi actiuæ & pasſiuæ receptus eſt in genito, unde aduerte ꝙ rõ pp q̃ idem non põt eſſe pater & filius, non eſt quia gño actio & gño pasſio non ſint in eodem ſubiuæ, ſed quia non põt eſſe idem a quo eſt gño. & qui gñatur.

Septimo actio denoĩat agens quæro aut denoĩatione intrinſeca aut extrinſeca non extrinſeca quia denoĩans aliqd extrinſecæ denoĩat aliud intrinſecæ ſicut uiſio denoĩans lapidem uiſum extriuſecæ, denoĩat oculum intrinſecæ, eſt.n. oculus uidens uiſione quæ eſt ab eo & in eo. ſed ſi actio denoĩat agens denoĩatione extrinſeca non põt asſignari qd denoĩet intrinſecæ, non.n. denoĩat paſſum dicitur.n. paſſum pasſione & non actione, reſtat ergo ut denominet agẽs intrinſecæ, ex conſequenti ſit in eo.

Ad hoc dicitur ꝙ res quæ eſt actio denominat agens & patiens, agens quidem extrinſecæ patiens intrinſecæ ſed non eodem nomine, ſed unamet res ut eſt ab agente nomine actionis denominat agens ut eſt recepta in paſſo: nomine pasſionis denominat patiens nec eſt inconueniens idẽ diſtinctis nominibus denominare plura, ſicut unamet actio ſub nomine doctrinæ denominat docens, & ſub nomine diſcipline denominat diſcens. Hæc de pñti quæſito dicta ſint.

Qõ.16. ſi actio immanens eſt ſubiectiue in agente & in quibus differt a tranſeunte.

Quorum uero non eſt aliquod aliud opus præter actionem in ipſis exiſtit actio. Textu.16.

Circa hunc textum aduerte q phs uidetur ponere differentiam inter actionem transeuntem & immanentē ex hoc q transiens est in acto siue in facto ut determinatum est in.q.præcedenti immanens autem uidetur esse in agēte, uerum ut habeatur sufficiens differentia inter eas, intendo quærere in quot differunt.

IN HAC quæstione sic procedetur. Primo ptractabitur triplex opinio & determinabitur iuxta tertiam. Secundo soluentur quædam dubia.

Quantum ad primum aduerte q una opinio quæ est Heruei, in quol.2.in.q.8.dicit q differentia sufficiens stat in hoc q actio transiens est actio causæ efficientis qm̄ efficiens ut efficiens non agit in seipso nisi per accidens ut medicus sanās seipsum unde arbitratur q omnis actio causæ efficientis sit actio transiens. Actionem autem causæ materialis quæ proprie dicitur recipere & actionē formæ quæ potest dici agere formaliter ut albedo facit album arbitratur esse actionē immanentem, & qm̄ aduertit q actio sic sumpta esset equiuoce dicta de imanente & transeunte ideo id non habet ꝓ inconuenienti, nam sic dicit in fine determinationis suæ, si aūt īuenit actio manēs & actio trāsiēs, oportet accipe actionē equoce sicut facere dicitur equiuoce quando pictor facit parietem album .s. effectiue, & albedo facit ipsum album .s. formaliter hæc ille.

Sed si aduertis hæc differentia apud omnes expositores phi est impropria, nec est ad mentem phi, cuius signum est q Herueus in tota sua determinatione non facit mentionē de textu phi in.9.me aphy.qui est tex.16. Manifestum est enim ex dicto tex. & ex Commenta. q non differt actio immanens a transeunte quia illa non est ab efficiente hæc autem est ab efficiente, imo exemplificat phs ꝓ actione imanente de uisione in uidente. & speculatione in speculante patet autem q uidens & speculans sūt in genere causæ continētur, hoc erit in genere causæ efficientis. Cum igitur hæc opi

nio sit impropria, ideo relinquẽda est. Hic enim intendimus loqui ad mentem pħi.

Est alia opinio, quæ tenet ꝙ differentia stat in hoc. Actio transiens est in passo subiectiue, actio autem immanens est in agente non ꝙ recipiatur in agente ut in subiecto, sed est in eo ut in agente & sua imaginatio stat in hoc. Dicit hæc opinio, uerum est ꝙ actio imanens est in agente, quia ex quo accidens est oportet ꝙ sit in aliquo & tamen non sequitur ꝙ si est in agente sit in eo per modum recepti pasiue. Nam licet esse in, sit cõmune nouem generibus accidẽtium diuersimode tamẽ qm̃ illis gñibus accidentium quorum esse est in quodam informari, conuenit esse in ut in subiecto receptiue quorum autem esse est in quodam facere illis conuenit esse in ut in agente, & non ut in subiecto. & de talibus entibus est actio imanens: & quod licet sit in agente non sit in eo subiectiue probatur sic. Omnis actus receptus subiectiue in potentia receptiua, denominat talem potentiam siue subiectum suum pasiue quia enim aer recipit subiectiue illumimationem a sole, dicitur illuminatus. & quia aqua recipit calefactionem subiectiue ab igne dicitur calefacta. Sed actio immanens quæ est in agente non denominat ipsum pasiue. Hæc enim est falsa, uoluntas in qua est uolitio est uolita. Intellectus in quo est intellectio, est intellectus, ergo & cætera.

Præterea, omnis actus receptus subiectiue in potẽtia passiua est actus imperfecti quia omnis potentia pasiua ut passiua est perfectibilis. & per consequens aptus receptus in ea est actus imperfecti. & econtrario, omnis actus qui est in aliquo ut actus perfecti, est in eo ut in agente, & non ut in subiecto. Sed actio imanens est actus perfecti etiam ſm Commenta. in. 3. de anima. com̃. 41. & cõmuniter tenetur, ergo licet sit in agente, non tamen subiectiue.

Sed ꝙ hæc opinio repugnet pħo & doctrinæ suæ, sic ostenditur. Actio uoluntatis elicita actiue a uolũtate differt realr̃ a uolũtate, ergo si ẽ ĩ uolũtate ẽ recepta ĩ ea subiuæ. Añs patet, ꝗa stat uoluntatẽ esse in dormiente & tamen nul

lam actionem habere consequentia probatur, si est in uolun tate, quæro aut ē subsistēs, aut īexñs, nō pmo qa esset substā tia, ergo secundo, ergo cum sit accidens est informans uolū tatem, ergo est in ea ut in subiecto. Præterea, cum cōmunis sima ratio accidētis apud pbm sit esse in subiecto & fm om nes actus īmanens sit accidens præter q̄ in separatis ut decla rabitur in. 12. li. ad mentem pbi, necesse est ut sit in agente subiectiue. Præterea pbs in. 9. lib. metaph. tex. 16. ponēs dif ferentiam inter actionem transeuntem & imanentem, nul lam assignat dfiam quo ad esse in sed tm̄ ex diuersitate ter mini & diuersitate subti ꝓut termin⁹ trāseūtis ē quid opera tum præter operationem quod non contingit regulariter in actione īmanenti, & subiectum transeuntis est factum si ue passum, subiectum autem immanentis est agens unde exemplificans dicit uniformiter ꝙ speculatio est in speculā te. & edificatio in edificato ex quibus patet ꝙ intentio pbi fuit ꝙ sicut actio transiens est subiectiue in facto sic īmanēs est subiectiue in faciente suæ in agente.

Rationes autem adducte pro hac opinione, facile soluun tur nam ad primam dicitur qd' maior non est uera nisi in actione transeunte quæ est perfectio passi, ideo denomi nat ipsum passiue. In actione autem immanenti qm̄ est per fectio agentis. sufficit quod denominet actiue ut dicatur uoluntas uolitione uolens & intellectus intellectione in telligens.

Ad secundam dr, ut iam diximus supra in. q. 7. huius lib. ubi declarauimus quare actio īmanens est actus perfecti ui de illic, & inuenies, ꝙ dicitur actus perfecti, non quia non sit perficiens id in quo est, sed quia est perfectio & complemen tum, & non est uia ad perfectionem, ut actio trāsiens, quæ est ueræ motus physicus.

Est autem tertia opinio, fm q̄ intendo determinare præ sens quæsitum. Hæc dicit ꝙ sufficiens differentia utriusque actionis stat in tribus. Loquendo pure metaphysi. & fm do ctrinam pbi ut præseruem me a uia Theologi, q̄ uidet am plecti Paulus Soncinas in lib. 9. metaph. q. 20.

Prima igitur differentia est, ꝙ actio imanens est subiecti ue in agente a quo producitur, nam perfectio est subiectiue in eo cuius est perfectio. Sed actio imanens est perfectio agentis ut speculatio speculantis & fœlicitas fœlicis. Nec ualet instantia q̄ adducit Paulus Sonci. ꝙ Deus posset causare in itellectu Socratis intellectionē de lapide quæ est actio immanens, & in illo casu constat ꝙ non esset subiectiue in agente, nam licet Theologus id concederet, tamen Aristo. negaret. Diceret.n. Deum non posse causare hmōi intellectionem nisi concurrente intellectu Soc. ut causa proxima. Actio uero transiens est subiectiue in facto uel passo, & hæc differentia est manifesta in tex. 16. huius lib. & in commen. Commenta. eiusdem textus.

Secunda differentia est ꝙ per actionem imanentem ex natura sui, nullo modo immutatur obiectum circa quod est ut patet ꝙ ex eo ꝙ intelligo uel desidero uel uideo lapidem non immutatur lapis, per actionem autem transeuntem semper imutatur subiectum. & aliquid de nouo acquirit, uel deperdit uel qualitatem uel quantitatem uel locum, uel formam substantialem.

Tertia differentia est ꝙ per actionem transeuntem vl'iter & semper producitur aliquid distinctum ab operatione. Qd' contingit dupl'r, quoniam aliqñ tale opatum remanet post operationem ut domus post edificationem, aliquando non remanet nisi q̄diu est operatio ut sonus causatus in aere ex citharizatione. Per actionem autem immanentem non vl'iter nec semper producitur aliquid distinctum ab operatione sed ab utroq; abstrahit, nam per aliq̄ aliquod distinctum producitur ut per actum intelligendi producitur conceptus per frequentatos actus speculandi producitur habitus speculatiuus & per frequentatos actus morales producitur habitus moralis. Per aliquam autem ex se nihil producitur ut ꝑ uidere præcise, aut imaginari, aut uelle aut desiderare &c. In his tribus consistit sufficiens differentia inter actionē transeuntem & immanentem.

Quantum ad secundum aduerte ꝙ contra determinatio

nem factam & maxime contra tertiam differentiam duo dubia insurgunt. Primum est. Dicit phs in. 1. ethic. capi. 1. ꝙ in quibusdam artibus operationes sunt fines. & non aliqđ operatum & exemplificat illic Commen. in commento. 1. de arte saltandi & citharizandi, ergo non per omnem ope rationem transeuntem producitur aliquod operatū distinctum ab operatione.

Ad hoc dicitur, ut bene exponit Herueus in. 2. quol. q. 8. ꝙ phs intendit p aliquam artem nihil produci distinctum ab opatione nō absolute, sed quod remaneat post operatio nem et quia post saltationem & citharizationem nihil rema net productum per hmōi actiones ideo apud uulgum & ru des, iudicatur nihil produci. & tamen sm recte considerantes aliquid causatur. nam citharizans percutiēs chordas per motum localem chordarum causat sonum qui est qualitas & saltans mouens se localiter causat in se calorem. & in animo delectationem.

Secundum est quia phs in. 9. metaph. tex. 16. &. b. tho. exponens & Commenta. in commen. 16. uidentur assigna re differentiam quasi vl̃em inter actionem immanentem & transeuntem ꝙ per actionem imanentem nihil est operatum præter actionem per actionem autem transeuntem ali quod est operatum præter actionem ex quibus uidetur phs vl̃iter negare ꝙ ab actione imanenti aliquid ꝑducatur præ ter actionem & nō solum ab aliqua ut dictum est in assigna tione tertiæ differentiæ.

Ad hoc dicitut ꝙ non est intentio phi negare vl̃iter ope ratum per actionem imanentem, aliter sibi contradiceret. nam in tex. 14. iam determinauerat ꝙ quædam potētiæ. i. habitus ut scientia. & habitus moralis acquiruntur exercitio. i frequentatis actibus. Idem tenet in ethicis constat autem ꝙ actus morales sunt actiones imanētes quare &c. Sed intentio sua fuit negare aliquod operatum ꝑduci per actio nem imanentem quod sit finis & perfectio & ultimum talis actionis, sicut est in actione transeūte pro cuius noticia ad uerte ꝙ omnis operatio transiens habet aliquod operatum

ad quod ordinatur ut ad finem & ultimum cōplementum quod est melius ipsa operatione ut patet comparando edificationem domui, sanationem sanitati. Operatio autem immanens uel non habet aliquod operatum ut patet in actu sentiendi uel si habet illud non est finis, nec complemētum talis operationis, imo tale operatum ordinatur ad consimilem actionem imanentem & perfectiorem eliciendam ut patet in habitu morali generato ex actibus imanentibus, q ordinat ad consimiles actus eliciendos, puta iusticia ad actus iusticiæ, logica ad syllogizandum &c. Hec de præsenti quæsito dicta sint.

Quæstio. 17. si omne quod habet potentiam passiuam est incorruptibile.

Omnis potentia simul contradictionis est. Tex. 17.

Phs in hoc tex. declarat q nullum sempiternum est in potentia passiua quia ut sic esset corruptibile nam omnis potentia passiua respicit esse & non esse ut dicit hic philosophus, ideo quæritur si hoc est uerum.

IN HAC quæstione sic te resolues passiua potentia est duplex. Quædam est ad esse substantiale sicut potētia materiæ prime. quædam ad eē accn̄ale, sicut potētia subi ad accidens ut potentia aquæ ad calorem. Omne quod est in potentia ad esse substantiale nundum habitum uel remotū est simplr corruptibile quia sicut simplr erit per esse substantiale ita simplr desinet esse per subtractionem talis esse unde omnia inferiora quorum materia est in potentia passiua ad formam q̄ non habet ex consequenti ad esse substantiale largiendum sibi a tali forma sunt simplr corruptibilia. Dixi autem ad esse substantiale nundum habitum ut præseruem me a cœlesti corpore de quo determinaui in lib. 8. in q. 12. q licet sit habens ueram materiam, tamen non est corruptibile simplr, quia materia sua non est in potentia ad formam q̄ non habet nec nisi ad esse quod habet, uide tu illic ne inutilis fiat repetitio Quod autem est in potentia pas. ad

Quantum ad scdm, sit hæc prima conclusio. Medium. 1. 2. 3. modo, non est eiusdem generis cum extremis. Quod p̃ modo patet, quia negatio est purum non ens, habitus est ens. priuatio licet quo ad formale sit non ens, tamen rõne connotati qd est subiectum potest dici aliquo modo ens cõstat autem q purum non ens, non est in eodem genere, cũ ente, & aliquo modo ente. Nullo. n. modo participat altero nec utroq; extremo. Quod. 2. modo patet, qm si priuatio esset medium inter duo extrema positiua, cum sit formaliter non ens se haberet ad extrema sicut non ens ad ens. Constat autem q ens & non ens nõ sunt eiusdem generis. Quod. 3. modo patet, qm si ens in potentia ut mã prima sit medium inter ens actu, & nullo modo ens patet q compa ratum enti actu, non est in eodem genere cnm eo, actus. n. & potentia distiguuntur gñe. Magis autem constat q ens ĩ potentia & nullo modo ens, non sunt eiusdem generis.

Secunda conclusio. Medium. 4. & 5. modo est in eodem genere cum extremis. Quod quarto modo patet, qm tam passiones q̃ uirtus circa tales passiões sunt ĩ p̃nto qualitatis & fm aliquos in p̃ genere. Quod autem. 5. modo probat. Illud ad quos prius peruenitur in permutatione quæ est ab extremo ad extremum antequam perueniatur ad alterum extremum, est in eodem genere cum extremis, hæc patet qm inquit phs in hoc. 10. in text. 22. permutari non est ab uno genere in aliud genus nisi per accidens ut a colore ad figuram. Sed constat q quando quid permutat ab una for-

ma ad aliam, inter quas est medium. 5. modo, prius & per se & de necessitate puenit ad medium q̃ ad extremū ut q̄ debet calefieri, prius tepidatur, & quod dealbatur: pus subalbatur ergo &c.

Et aduerte q̄ licet ad maiorem doctrinam posuerimus de medio distinctionem quintumembrem, tamen intentio pћi fuit in hoc. 10. loqui de medio solum. 5. modo, quod uerae & simpliciter est medium.

Quantum ad tertium aduerte dubiū qđ insurgit p̃ scđm modum primae conclusionis. Dictum enim, q̄ medium priuatiue, non est in eodem genere cum extremis. Contra ſm pћm in hoc. 10. in tex. 19. equale est medium inter magnū & paruum, sumendo magnum cum excessu, & paruum cū defectu, prout idem sunt q̄ maius & minus, & in eodē tex. determinat pћs q̄ opponitur eis priuatiue, equale est. n. q̄ non est maius nec minus. & tamen aptum natum est esse ergo equale est medium priuatiue. & tamen est in eodem genere. s. quantitatis cum magno & paruo, ergo falsum est q̄ medium priuatiue non sit in eodem genere cum extremis.

Ad hoc dicitur, q̄ secundus modus primae conclusionis debet intelligi de medio quae sit mera priuatio. ut cecitas. Nō autem de medio, quod est qd positiuum reale, includēs tamen negationem extrem. Aliter cum medii colores possint dici hoc modo priuatiua media respectu extremorum, non essent in eodem genere cum extremis. Ad argumentum ergo concedo q̄ equale est medium priuatiue secundo modo sed non p̃ modo de quo solo intelligi debet secundus modus primae conclusionis.

Alia dubia non insurgunt quae sint alicuius difficultatis, quae non possint solui, per probationes primae conclusionis ideo nolo īmorari. Haec de praesenti quaesito dicta sint.

Quaestio. 17. si media contrariorum componuntur ex extremis uirtualiter uel formaliter.

Si uero sunt in eodem genere media ut ostensum est & media contrariorum, necesse est componi ex extremis contrariis. Textu. 23.

IN HAC .q.aduerte ꝙ pendet ex.q.13.huius.10. de gradibus quibus se compatiuntur contraria in eodem & qm̄ ut dixi in eadem qone utraqꝫ pars sustētabilis est, licet sustinuerim partem affirmatiuam propter Cap̄. si tamen elegeris sustinere partem negatiuam, q̄ sustinet Greg. & Paulus Sonci.pro præsenti quæsito negabis cōpositionē realem & formalem mediorum ex extremis & tenebis solam compositionem uirtualem.&qm̄ pħs in tex.23.& Cōmenta.&.b.Tho.uidentur absolute tenere ꝙ media componantur ex extremis dices sicut An.and.in.10.q.5.quod pħs accipit compositionem pro conuenientia, eo ꝙ mediū comparatum uni extremo retinet uirtualiter naturā illius extremi & magis conuenit cum eo quam cum altero extremo sicut tepidum magis sapit nām frigidi, quam naturā calidi. Eodem modo exponit paul.Sonc.omnia dicta Commenta.& pħi ut patet in lib.10.q.21.respondens ad scđm Greg.autē in.1.dis.17.q.3.art.2.post responsionem ad.x. dicit ꝙ pħs & Commenta.loquuntur de compositione mediorum ſm apparentiam & non ſm ueritatem. & aduerte ꝙ totum fundamentum eorum est quoniam timent si concedunt extrema contraria actu & formaliter in gradibus quibuscunqꝫ in mediis ꝙ sint ꝯ pħm in.4.metaph.tex.27. & ex consequenti ꝙ sint coacti concedere contradictoria uerificari de eodem. Sed ad id iam responsum est in. q.13. huius ad primum Pau.de mente Cap̄. Itē timent ne concedant duas species constituere tertiam.& ꝙ media contrariorum sint composita ex duobus entibus in actu. Sed ad hæc respondebimus infra.

Et quoniam in.qō. 13.tenui partem affirmatiuam cum Cap̄.intendo & nunc decidere præsens quæsitum pro parte affirmatiua,& sic procedam. Primo ponetur cōclō affir. & probabitur. Scđo soluam rationes Pau.& Anto.and.qui tenent partem negatiuam. Tertio mouebo dubium contra conclusionem in se,& soluam.

Quantum ad primum, sit hæc conclusio responsiua. Media contrariorum ut tepidum.& palidum componunt non

solum uirtualiter sed etiam formaliter ex extremis, ita quod extrema sunt actu & formaliter in medio non quidem secundum excellentias suas. sed ut remittuntur. secunda pars huius conclusionis iam patet per determinationē. q. 13. huius lib. ubi determinauimus quod contraria secundum gradus intensos non se compatiuntur, aliter ineuitabiliter contradictoria uerificarentur de eodem. Prima autem pars sic probatur. Quod comparatur ad duo extrema & respectu unius est ut magis respectu alterius est ut minus componitur realiter & formaliter ex illis, nam magis & minus inesse, supponit inesse, sed medium ita se habet quod comparatum uni extremo se habet ut magis & respectu alterius ut minus tepidum enim est magis frigidū & minus calidum ergo &c. Præterea. In quolibet genere prima & simplicia sunt compositiua aliorum eiusdem generis, quæ comparantur ad illa ut composita & posteriora. Sed extrema ad media se habent ut simplicia & priora, ad composita & posteriora ut patet de tepido comparato calido & frigido, ergo &c.

Quantum ad secundum aduerte quod Pau. Sonci. in. 10. q. 21. conatur defensare partem nega. dictis Commentatoris & b. Tho. deinde rationibus.

Allegat tria dicta Commenta. primo dicit in. 4. metaph. commento. 27. Duo contraria habentia medium sunt in medio in potentia sicut albedo & nigredo inueniuntur in palore sed non in actu. & in. 10. metaph. commen. 7. inquit. Non debet aliquis dicere quod colores componantur ex duobus. s. albo & nigro, & in commen. 23. in composito inuenitur ex altero contrariorum magis. & ex altero minus non simpliciter sed aliquo modo. i. in potentia.

Ad hæc respondetur simul, quod Comment. intendit per potentiam, non potentiam puram, sed potentiam admixtam actui imperfecto. & prout omnis forma existens sub gradu imperfecto, est uelut potentia comparata formæ in gradu perfectiori, & quod hæc fuerit mens sua patet in. 1. physico. in commen. 56, ubi formaliter sic dicit. Medium est extremū utrunque non pura potentia sed, aliqua potentia in medio: n.

est utrunq; extremum in actu sed tamen non in ultima perfectione Est igitur in potentia utrunq; extremum quodam modo.& in actu alio modo hæc Commen.ex quibus patet q declarat se quo sumat potentiam , quando dicit sed aliquomodo.i.in potentia.& qn dicit in.4.metap.sed non in actu.i.non in ultima perfectione.

Allegat dictum.b.tho.in.3.sen.quod iam declarauimus in.q.13.huius libri.

Prima ratio Pauli est hæc.Tertia species non potest cõstitui ex duabus naturis specie distinctis,unde phs in.5.meta.dicit q quinq; non sunt duo & tria , quia ter & duo sunt numeri specie distincti.Sed medius color & extremi colores:cõiter tenetur specie distincti:ergo &c.Et aduerte quod hæc ratio fuit etiam præcipua apud Greg.cuius opinionem adduximus in.q.13.huius libri.

Ad hoc responde q maior non est uera nisi de speciebus quarum esse stat in indiuisibili sicut sunt species numeri & species figurarum & species substantiæ perfectæ.Potest etiã dici sicut dictum est supra de uno constituente multitudinẽ quod sumptum cum præcisione non constituit eam,sed opponitur disparate,sicut species condistincta , sumptum autẽ sine præcisione,non habet rõnem speciei,sed rationem materie & ut sic non opponitur multitudini,sed eam cõstituit. Sic in proposito extrema contraria sumpta cum præcisione sunt species distincte contra medium & opposite disparate,& ut sic non componunt medium,sumpta autem sine pcisione,sunt ut materia ex qua componit medium , & non ut species condistincte,& huic responsioni adhereo , ex qua patet q argumentum non concludit.

Secunda ratio Pauli est hæc,formæ opposite inquantum sunt opposite non possunt simul concurrere in eadem natura,quia de ratione oppositorum inquantum sunt opposita est q simul stare non possunt Sed formæ contrariæ sunt etiam contrariæ in gradibus remissis,cuius ratio est qa phs in.10.metaph.tex.13.&.14.dicit q contrarietas est oppositio sm formam,hã autem albedinis & nigredinis saluatur

in gradibus remisfis.erga ut fic funt contrariæ, ex cōfequē ti non fe compatiuntur in medio.

Hanc rationem iam foluimus in.q.13.huius ubi de men te Cap.diximus q̄ repugnantia fimultatis exiftēdi in eodē non confequitur cōtraria præcife ex nā̄ fua fed ex nā̄ fua ꝑ tanto gradu pro quo denominant & actuant fubiectum, pu ta ultra medium latitudinis. Ad argumentum ergo nego ma Ad ꝓbōnem.nego filr q̄ fit de rōne oppofitorum præ cife inq̄tum oppofita q̄ non posfint ftare fimul nifi adiungatur pro tanto uel tanto gradu &c.

Tertia ratio Pauli:pħs dicit in.4.de cœlo q̄ aer eft grauis & leuis, aut ergo intelligit q̄ in aere fint duæ qualitates diftinctæ in actu perfecto quæ funt contrariæ.f.grauitas & leuitas & hoc non quia formæ cōtrariæ & maxime in actu perfecto non fe compatiuntur in eodem. Aut q̄ eft tantum una qualitas compofita ex grauitate & leuitate.& hoc non quia in elementis non funt qualitates compofitæ; fed tantum qualitates primæ. Aut eft una continēs uirtualiter utrā que & fic habetur propofitum.

Ad hoc dicitur q̄ qualitas illa eft una, fed non eft proprie media, quia non componitur intrinfecæ ex leuitate & grauitate ficut componitur tepidum ex calido & frigido: Poteft autem dici media extrinfecæ.i. comparatiue, qm̄ per comparationem ad aquam eft principium afcenfus & per comparationem ad ignem eft principium defcenfus. Ad argumentum ergo dico q̄ pħus intelligit aerem effe grauem & leuem non per duas qualitates non per unam compofitam formaliter nec uirtualiter, fed per unam fimplicē quæ refpectu diuerforum eft principium contrariorum motuū ideo ꝑ eam refpectiue & nō intrinfecæ dicitur aer grauis & leuis. Paulus autem decipitur in hoc q̄ extimat illam qualitatem effe ueræ mediam ficut eft medius color.

Quarta ratio Pauli Commenta.dicit in.1.phyfi.cōmen. 56. q̄ colores extremi funt in colore medio non in actu puro nec in potentia pura fed medio modo inter potentiam & actum. Sed albedo remiffa eft actu albedo, filr nigredo re

missa, aliter nullum corpus esset actu album uel nigrum nisi esset albedo uel nigredo in summo, quod est manifeste falsum, ergo albedo remissa siue nigredo non est actu in medio colore sed tantum uirtualiter.

Ad hoc dicitur q non adducit dictum Comment. ut stat nam Commenta. in illo loco expresse dicit q in medio est utrunque extremum in actu sed tamen non in ultima perfectione. ex quibus uerbis constat, q intendit extrema esse in medio in actu tamen remisso, nam idem est extremum esse in medio actu non sm ultimam perfectionem. i. nõ intense & esse in actu remisso.

Anto. and. in. 10. metaph. q. 5. tenet q formæ medie nõ sunt ueræ composite ex extremis, ita q extrema non concurrunt partialiter ad compositionem eius & arguit sic. Oẽ compositum compositione partiali, uel est q̃titas uel habẽs q̃titatem, sed formæ medie non sunt hmõi, quia q̃titati nihil est contrarium, ergo formæ mediæ non componuntur quacunq; compositione partiali.

Ad hoc dicitur q maior non habet ueritatem nisi quando componentia partialia sunt quantitates uel per se quanta, constat autem q qualitates extremecontrariæ non sunt quantitates nec per se quante, unde illa compositio magis debet dici essentialis q̃ quantitatiua, qm̃ extremum componens prædominãs se habet ad extremum aliud ut actus ad potentiam puta in tepido frigidum est ut actus calidum ut potentia. Cuius signum est q si debet denominari tepidum a calido uel a frigido, dicetur frigidum, ergo frigidum est ut forma respectu calidi.

Quantum ad tertium aduerte q si medium componitur formaliter ex extremis, difficile erit seruare qũo hæc qualitas media sit unum per se. Nam omne compositum per se unum est ex partibus, quarum utraq; est in potentia ut linea bicubita ex duabus medietatibus, uel una est in potentia altera est actus, ut mã prima & forma substantialis non potest autem utraq; esse actu ex. 7. metaph. tex. 49. Sed secundum determinationem factam, duo extrema non sunt

in medio solum in potentia, nec unum in potentia alterum in actu, qm̄ cum utrunq; sit in medio in gradu remisso, non est maior ratio de uno quam de alio, ergo utrunq; est actu sed ex duobus entibus in actu non fit unum per se ex. 7. metaphysi. text. 49. ex consequēti medium non erit unum per se sed per accidens.

Ad hoc dicitur q unum extremum est ut potentia alterum ut actus, nam illud quod seruatur in medio cum pluribus gradibus habet rationem actus, reliquum autem quod est sub minori gradu habet rationem potentiæ. Et dato casu q esset imperfectius s͂m naturam suam puta frigidum respectu calidi, tamen inquantum magis inexistit ut sic reputatur perfectius, ex consequenti ut actus. Ad argumentū ergo nego quin unum sit in potentia alterum in actu. Ad probationem dico q est maior ratio de uno q sit actus quia est cum pluribus gradibus. & de alio q sit potentia quia est in minori gradu. Et aduerte q hoc consonat Comment. in. x. metaph. commen. 23. ubi inquit. Impossibile est q in composito ex contrariis sint duæ partes equales, sed altera debet esse dominans, cui attribuitur forma hæc Commenta. ex quibus sequitur q si contrario dominanti attribuit forma, alteri dominato attribuitur materia & potentia. Hæc de præsenti quæsito dicta sint. Quod tamen reputo probleme neutrū sicut &. q. 13. huius. 10. sed uolui sustinere partem affirmatiuam in fauorem Cap. Tu uero exerce ingenium ut placuerit, nam & ego aliquando declinaui ad partem negati. ut patet in epitomate in. 2. de generatione in tract. 2. in capi. 3.

Qō. 18. si inter species cuiuscunq; generis est uera cō trarietas præcipue in prædicamento substantiæ similiter inter differentias.

Dico enim differentiam generis diuersitatem, quæ diuersum facit hoc ipsum. Contrarietas igitur erit hæc. Textu. 24.

IN HAC

IN HAC .q.sic ꝓcedes. Primo ponetur dictũ de ꝯrieta te. Scđo duæ conclones rñsiuæ. Tertio soluet qđdã dub.

Quãtum ad pmum aduerte ꝙ iuxta doctrinã .b. tho. in. 5. phy. sup tex. x. ꝯrietas est duplex quædã impfecta, & est inter & quæ seruãtur cõis radix ꝯrietatis. Hæc aũt radix dr excellentia & defectus nã quæcunq; ꝯria ita se hñt ꝙ unũ est pfectius altero, qđ aũt est pfectius excellentius est, alterũ aũt deficiens. Quædam aũt pfecta, & hæc ultra cõem radicẽ ꝯrietatis requirit duas condões. Primo ꝙ sint duæ formæ maximæ distantes sub eodẽ gñe inter quas cadunt oĩa quæ sunt illius gñis. Scđo ꝙ sint acquisibiles p motum aptæ ĩesse successiuæ eidẽ subo existenti in actu. Aliqui addunt, qđ sint actiuæ & passiuæ adinuicem ita ꝙ se mutuo expellant, sed hæc condõ non uerificat simplr nisi in. 4. pmis qualitatibus quæ dicuntur actiuæ & passiuæ ut declarauimus in epitoma te nostro super libros de gñone & corruptione.

Quantum ad scđm sit hæc pma conclo, spẽs & drĩæ gñis subæ non opponuntur nisi ꝯriæ. & ꝓbatur p ꝙ opponantur qm̃ sunt diuisiue gñis, oĩs aũt diuisio est p opposita, hæc ẽ.n. pma condõ pone diuisionis. Qđ aũt opponantur ꝯriæ sic ꝓbatur ad mentem phi. Non opponuntur ꝯdictoriæ qm̃ alte rum ꝯdictoriorum uerificatur tam de ente q̃ de non ente. Non ens aũt nullius est drĩa nec spẽs nec genus. nec pure puatiuæ, qm̃ puatio cum sit negõ, est formalr non ens drĩæ aũt & spẽs gñis subæ & cuiuscunq; alterius gñis nõ sunt nõ ens, nec relatiuæ, qm̃ sunt multa gña absoluta tam aĩata q̃ ĩaĩata, tam simplicia ut elẽta, q̃ elẽtata quæ non diuidunt p relatiua ergo a sufficienti diuisione opponuntur contrariæ.

Scđa conclo. licet opponantur contrariæ non tñ contrarietate pfecta, sed impfecta ꝙ impfecta patet, qm̃ cõis radix contrarietatis seruatur in eis, nam quæcunq; duæ differentiæ diuisiuæ unius gñis & duæ spẽs, pcipuæ in pnto subæ, se hñt ut excellens & deficiẽs, sicut patet de corpea & incorpo rea, aĩata ĩaĩata, sensitiua non sensitiua, rõnalis non rõnalis. Qđ aũt non pfecta patet ex defectu cõdõnum quas assigna uimus in contrarietate pfecta, nam posito ꝙ in pnto subæ

essent assignabiles duæ spẽs maximæ distantes puta supma intelligentia pducta & elr̃tuin terræ, inter quas gradualr continentur nãæ rerum intermediæ, tñ non sunt acquisibiles p motum, nec intensibiles & remissibiles ut determinatũ est in.8.li.ergo &c. Præterea differentiæ & formæ substantiales non hñt p subo ens actu sed mãm pmam. qm cũ pducantur gñone subali, ut determinatum est in.5.physic. eius subm est tm̃ ens in potentia, alr gño esset motus qđ negat pb̃s in.5.physi.tex.8. Patet ergo q̃ inter differentias & spẽs gñis subæ non datur pfecta contrarietas. Et aduerte q̃ eandem cõclonem tenet Ant.and.in.x.meta.q.penultima ubi determinat q̃ inter formas substantiales non est cõtrarietas stricte sed largo modo accepta.

Quantum ad tertium aduerte q̃ Arist.in diuersis locis videtur sibi contrarius in hoc pposito, nã in p̃ntis manifestæ ponit q̃ subæ nihil est contrarium, & in.5.phy.tex.x.dicit. Scđm subam, nullus est motus pp nullum entium subæ esse contrarium. In.1. aũt phy.tex.dicit q̃ in gñe subæ dat una pma contrarietas ad q̃ oẽs aliæ reducuntur. Et in.2. de gñone tex.49.dicit q̃ aer & ignis contraria sunt aquæ & terræ. Terra quidem aeri, igni uero aqua contraria est. Et in hoc x.in tex.24.pbat differentiam sm spẽm esse differentiã cõtrarietatis. Quapp uidetur pb̃s in hoc semp fuisse dubius, & modo tenuisse partem neg. modo partem affir.

Ad hoc dubium sm uiam Cõmen.q̃ habes expssam in.1. phy.cõmen.52.& cõfirmatam p Alex. dđm esset q̃ pb̃s negat contrarietatem in suba sm subm siue mãm nõ añe sm formam. nam accñtia cum sint entia simplicia si contrariantur sm totam suam entitatem contrariantur subæ aũt sensibiles & pcipue corruptibiles cum non sint entia simplicia. componuntur.n.ex mã & forma non contrariantur sm totam suam entitatem sed solum sm formam nam mã cum sit receptiua contrariorum nulli contrariatur sm igitur Cõmen.pb̃s negans in p̃ntis & in.5.phy.contrarietatẽ in suba non negauit absolutæ, alr sibi contradiceret in locis aliis allegatis. sed negauit q̃ sit talis qualis iuenitur in accñtibus. s.

fm totum. & non tm̃ fm formam. Item dicit Cómen. in. 1. phy. cómen. 52. ꝙ qñ pl̃s negat contrarietatem a ſuba, intẽdit ſolum de ſubiis compoſitis non aũt de elntis alr ſibi ɔ̃dice ret in. 2. de gñone tex. 49. Et id ꝑ tanto tenet qa extimat formas elntorum eſſe intenſibiles & remiſsibiles. ex ɔ̃nti cõtrarias & actiuas ac paſsiuas adinuicem. Sed ut Thomiſta nõ ſequeris hanc uiam q̃ reprobauimus. in lib. viii. ptractantes ſi plures formæ ſubſtantiales ſe compatiuntur in eodem.

Igitur fm uiam. b. Tho. rñdendum eſt pl̃m non eſſe ſibi contrarium qm̃ ubi negat contrarietatem in ſuba intendit fm ſenſum ſcđæ conclõnis, ubi aũt concedit intendit fm pmam conclõnem & fm pmam ptem ſcđæ conclõnis. Cui⁹ ſignum eſt ꝙ in. 2. de gñone tex. 49. poſtq̃ dixerat igni uero aqua contraria eſt ſtatim ſubiungit ut contingit ſubam ſubẽ contrariã eſſe. q. d. licet ſuba non contrarietur ſubæ ut ſuba tñ poteſt contrariari rõne qualitatum contrariarum. & hoc modo contrariantur elementa adinuicem. Hæc de præſenti quæſito dicta ſint.

Qõ. 19. ſi genus & ſpẽs gñis ſunt eadem aut diuerſa genere uel eadem aut diuerſa ſpecie.

Quare palam quia ad id qđ uocatur genus, nec idem nec diuerſum ſpecie. Tex. 24.

IN HAC q. ſic ꝑcedendum eſt. Primo ponentur duæ conclõnes reſponſiuæ cum ꝓbõnibus ſuis. Scđo ſoluent duo dubia.

Quantum ad pmum ſit hæc pina conclõ. Genus compa ratũ ſuæ ſpẽi ut aial hoi non eſt idem ſpẽ nec diuerſum ſpẽ ab hoie ꝓbatur ꝙ non eſt idem ea ſunt idem ſpẽ quæ cõue niunt in una differentia ɔ̃ſtitutiua ſicut Plato & ſortes ſunt idem ſpẽ quia conueniunt in rõnali ut cõſtitutiuo hoĩs. Sed genus & ſpẽs non conueniunt in aliqua una differentia cõſti tutiua utriuſq3 alr genus eſſet ſpẽs, nec gen⁹ eſſet magis cõe q̃ ſpẽs. Probatur aũt ꝙ nõ ſunt diuerſa ſpẽ, Quæ ſunt diuer ſa ſpẽ habent oppoſitas differentias quibus conſtituunt ſed differẽtia qua cõſtituitur genus puta ſenſitiuum & qua cõ-

stituitur spēs non opponuntur, nam rōnale idētice est sensitiuum sicut & hō est aīal. Præterea quæ distinguuntur spē unum non p̄tur de altero cum hēant oppōnem disparatam adinuicem. Constat aūt ꝙ genus p̄tur de spē, ergo non sunt diuersa specie.

Scđa conclō. Genus comparatum spēi non est idem gn̄e cum spē, nec diuersum gn̄e a spē. Quod non sit idem patet, ea sunt idem gn̄e, quæ sunt duæ spēs conuenientes in gn̄e vt hō & leo in aīali. Sed genꝰ & spēs sua non sunt duæ spēs, qm̄ genus ut genus non est spēs, ergo &c. Quod nō sint diuersa gn̄e, patet qm̄ quæ sunt diuersa gn̄e ita se habent ꝙ utrunqꝫ est genus, sicut patet de aīato & inaīato ut planta & lapide. Constat aūt ꝙ spēs ut spēs non est genus, ergo &c. Et aduerte ꝙ intentio p̄bi est loqui de spē spālissima comparata suo gn̄i, sumendo genus in suo proprio significato, ꝓut est unū & quinque uniuersalibus.

Quantum ad scđm aduerte duo dubia quæ insurgunt cōtra determinationem factam. Primum ꝓbat ꝙ genus & spēs sunt idem spē sic. Quæ dicunt eandem essentiam & eādem formam sunt idem spē. Sed genus & spēs dicunt eādē essentiam & formam ut determinatum est in lib. 8. in. q. 4. ubi determinauimus ꝙ non multiplicantur formæ in eodē ſm p̄ta quidditatiua, ergo sunt idem specie.

Pro solōne huius aduerte ꝙ Iandu. in. x. lib. in. q. 20. ꝯcedit ꝙ si genus & spēs dicunt eandem essentiam & formam: ineuitabilr̄ sequitur ꝙ sint idē spē. Nescit aūt alr̄ soluere argumentum nisi negando minorem: qm̄ tenet genus dicere formam gn̄alem, & spēm formam specificam ut distinctas realr̄. Sed id iam reprobauimus in. 2. lib. & in. 8. Respondēdo ergo ſm uiam nostram quæ tenet unitatem formæ in composito negatur maior. Nam ꝙ aliqua sint idem spē non sufficit idētitas essentiæ & formæ sed ꝙ conueniant in una differentia formalr̄. Quāuis aūt forma siue nā gn̄is & spēi sit una realiter, ab ea tamen possunt sumi distinctæ differentiæ, quarum una sit gn̄ica, ꝓut dat esse gn̄icum, alia sit specifica ꝓut dat esse specificum. Sicut ab aīa intellectiua, ut dat

esse sensitiuum sumitur differentia generica & genus quod est aial & put dat esse intellectiuum sumitur differentia specifica ut rõnale & spẽs ut hõ, & sic patet q̄ iter gen⁹ & spẽm sufficit distĩctõ rõnis ex parte rei uel ex natura rei ut placet Scoto.

Scdm dubium insurgit directe ɔ̃ determinationem factã & arguit sic. Dicit pħs in hoc. x. in tex. 11. & 12. q̄ oẽ ens comparatum alteri enti, est idem uel diuersum ab eo, ergo genus comparatum suæ spẽi uel est idẽ uel diuersum ab ea.

Ad hoc dico q̄ aliud est dicere. Genus est idem uel diuersum a sua spẽ. & dicere gen⁹ est idem uel diuersum spẽ a sua spẽ. Nam in rõne entitatis suæ concedo q̄ sunt idem, qm̄ dicunt eandem nãm distinctam solum rõne ex pte rei. In rõne aũt gñis aut spẽi, dico q̄ non sunt idem nec diuersa spẽ, ea. n. sunt idẽ spẽ in rõne formali ipsius spẽi, quæ conueniũt in una dña formali specifica, & differunt solum numero ut duo ĩdiuidua, silr ea sunt diuersa spẽ formalr, quæ distinguũtur differentiis specificis formalibus oppositis, quarum una non ptur de alia. Modo ex determinatione fcã cõstat q̄ istẽ condõnes non seruãtur inter genus & spẽm. Ad argm̄ ergo dico q̄ sensus pħi est iste. Oẽ ens comparatum alteri enti est idem uel diuersum, est uerum quo ad entitatem suam. Non tñ est uerum quo ad intentiones scdas, ut est genus & spẽs. Vñ hæc ɔ̃ñtia non ualet. Genus comparatum spẽi quo ad entitatem suam est idem uel diuersum ab ea, ergo comparatũ quo ad intentionem gñis uel spẽi, est idem uel diuersum spẽ ab ea. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Qõ. xx. si oĩs contrarietas facit diuersitatem in spẽ, Dubitabit utiq; aliquis, quare fœmina a uiro nõ specie differt. Tex. xxv.

IN HAC .q. sic pcedendum est. Primo ponentur distĩõnes de contrarietate. Secundo conclusiones responsiuæ. Tertio soluentur quædam dubia.

Quantum ad pmum sit hæc pma distĩõ. Contrarietas est duplex quædam ex forma, quædam ex mã, nõ quidem ex mã ut mã, qm̄ mã pcise ɔ̃siderata est indifferens ad oẽs for-

mas, sed ex diuersa dispõne mãæ, pp q̃ respicit contrarias conditiones indiuiduorum ut masculinum & fœmininum, sicut declarabimus infra.

Scđa distõ. Contrarietas ex forma est duplex quædã est ex formis sũbalibus disparatis, sicut contrarietas inter ignẽ & aquam de qua diximus in. q. 18. huius lib. ꝙ licet non sit pfecta, est tñ ɔ̃rietas & illic est assignata cã. Quædam est ex formis accidentalibus sicut Socra. albus & Plato niger sunt contrarii ex qualitatibus contrariis.

Tertia distõ. Contrarietas ex formis accñtalibus ad duo põt comparari. Primo ad ipsas formas accidentales ut sunt diuisiuæ sui gñis puta comparando albedinem & nigredinẽ ad colorem, masculum & fœminam ad sextum quem diuidunt. Scđo ad sũbta quibus insunt ut albedo ad sortem nigredo ad Platonem, similiter masculum & fœminã ad animalia quibus insunt.

Quantum ad scđm sit hæc pma conclo responsiua. Contrarietas sumpta ex formis sũbalibus demonstrat distõnem & diuersitatem in spẽ inter illas formas & inter ea quibus tales formæ insunt pbatur. Tales formæ sũbales inter quas ẽ ɔ̃rietas saltem impfecta ut declarauimus in. q. 18. huius libr. puta forma equi & forma leonis dicũt ex nã sua distinctas quidditates. & ab eis sumuntur distinctæ differentiæ specificæ, ergo differunt spẽ. & ea quibus insunt antecedens patet & consequentia pbatur, quia distinctæ quidditates faciũt distõnem in spẽ pp distinctas differentias sumptas ab eis & cõstitutiuas distinctarum spẽrum. Si igitur tales formæ & ea quibus insunt differunt spẽ, ergo contrarietas inter eas demonstrat diuersitatem specificam.

Scđa ɔclo. Contrarietas sumpta ex diuersa dispõne mãæ & ex formis accidentalibus, non facit differre spẽ ea quibus insunt. scđa ps manifesta ẽ: nullus. n. dicit ꝙ albedo quæ ĩest sorti, & nigredo quæ inest Platoni faciant differre spẽ sortẽ & Plato. & rõ apud porphirium est quia iste sunt differentie accidentales quæ faciunt tm̃ alterum & nõ aliud. Prima ps uero sic pbatur si ɔ̃rietas sumpta ex diuersa dispõne mãæ

facit differre spē ergo idem agens specificum ꝓducit distincta spē qđ est impoſſe, qm̄ nullum agens uniuocum de quo hic intendimus, agit ultra spēm suā, alioquin potentia nālis non esset determinata ad unum cum parte posſit in opposita, distincta spē, consequentia ꝓbatur, qm̄ uidemus idem sperma & menstruum specificum fieri mō masculum mō fœminam, ſm ꝙ diuersimode agit in ipm̄ calor & uirtus formatiua. nam si calor fortis est ad expellēdum dispōnes quæ sunt ꝓ fœmina, ꝓducetur masculus, si aūt sit debilis adeo ꝙ uirtus formatiua non sufficit ꝓ masculo fit fœmina. Constat ergo ꝙ idem agens specificum ꝓducit fœminam & masculum. Si igitur masculus & fœmina quæ sunt cōtraria ex diuersa dispositione materiæ differunt specie, idem agens specificum producit diuersa specie.

Tertia conclō, licet formæ accidentales ꝯriæ non faciāt distōnem specificam inter ea quibus insunt ut declaratū est in conclōne ꝑcedenti, tamen ad seinuicem comparatæ & ad genus qđ diuidunt differunt spē. Hæc conclō clara est, sumptis duabus formis accidentalibus quæ contingenter insunt duobus indiuiduis eiusdem spēi. v.g. sit albedo in sorte & nigredo in Plato. ꝓbatur ꝙ albedo & nigredo ad seinuicē cōparatæ. & inq̄tum diuidunt colorem differunt spē, nam maxime distant sub colore. & constituuntur differentiis formalibus diuisiuis gn̄is coloris. s. congregatiuo & disgregatiuo, quæ & si non sint differentiæ essentiales sumuntur tamē loco differentiarum ergo &c. Et aduerte ꝙ hæc est mens pħi ī lib. x. in tex. 23. ubi inquit differentiæ ꝑores ꝯriæ erunt facientes spēs ꝯrias ut gn̄is ex gn̄e. n. & differentiis spēs ut si album & nigrum ꝯria est aūt hic quidem disgregatiuus, ille uero congregatiuus color. Hæc pħs ubi Cōmen. exp̄sse ponit album & nigrum spēs contrarias constitutas ex gn̄e & differentiis contrariis, ergo sunt distinctæ species.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ aliqui fundantes se sup quædam uerba Cōmen. ī. x. lib. in cōmen. 23. tenent ꝙ extrema ꝯria ut album & nigrum adinuicem comparata non differunt spē, sed ſm magis & minus aut ſm intensum & re

missum, puta q̧ nigredo est remissisima albedo, uerba aūt Cōmen. sunt hæc. Transmutatio ergo de ɔ̄rio erit ad illud quod est mediū, anteq̄ ueniat ad scōm ɔ̄rium & si essent alterius nāæ tunc transmutatio de contraria in ɔ̄rium mediantibus illis esset p accidens, hæc Cōmē. ex quibus patet q̧ ƒm ipm & extrema contraria & media sunt unius naturæ, si unius nature, ergo non differunt specie.

Sed hoc nihil concludit, qm̄ ad hoc q̧ inter aliqua sit motus p se sufficit unitas nāæ gn̄icæ, in diuersis aūt gn̄e, nō est motus nisi p accidens, unde inquit pħs in. x. tex. 22. pmutari uero ex alio gn̄e in aliud genus nō est nisi ƒm accn̄s ut ex colore in figuram. Necesse est ergo media & quorum sunt media in eodem gn̄e esse. Dico ergo q̧ Cōmen. intēdit extrema & media esse unius nāæ gn̄icæ, alr̄ non concordaret cum pħo. Cum unitate aūt gn̄ica stat diuersitas specifica. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Qō. 21. si corruptibile & incorruptibile differunt gn̄e.

Necesse eē diuersum gn̄e corruptibile & īcorrupti. tex. 26.

IN HAC quæstione sunt duæ opiniones, quæ licet cōcordent q̧ corruptibile & incorruptibile differunt gn̄e discordant tn̄ de gn̄e, qm̄ una opinio tenet q̧ pħs intēdit de gn̄e physico, & non logico, alia intendit de gn̄e logico & non physico. & qm̄. b. Tho. & Ant. and. tenent p̄mā uiam. Iandu. aūt scōam, iō sic pcedes. Primo declarandum est qd sit conuenire aut differre gn̄e physico & gn̄e logico. Scōo ponentur conclones rn̄siue. Tertio soluentur rōnes Ianduni tenentis sententiam contra. b. Tho.

Quantum ad primum aduerte q̧ apud physicum, genus sumitur pro materia siue subiecto receptiuo formarum naturalium ita quod quæcunq; possunt adinuicem trāsmutari conueniunt ī genere physico, ut omnia elementa quæ ex se inuicem generantur & corrumpuntur ex. 2. de generatione. & omnia elementata, quæ ex illis constant & ī illa resoluuntur. Quæcunq; autem non sunt transmutabilia adinuicem differunt genere physico, quia non habent materiam

unam cõmunem. Apud logicum autem sumitur genus, iuxta doctrinam porphyrii, pro eo quod prædicatur de pluribus differentibus specie in quid ita ꝙ ea conueniunt in genere logico, quæ conueniunt in aliquo cõmuni prædicabili de pluribus &c. ut in eo ꝙ corpus, quod planta quod lapis, ꝙ animal. Quæ autem non conueniunt in tali cõmuni, distinguũtur genere ut albedo & dulcedo. Et aduerte ꝙ quæcunq; conueniunt in genere physico, conueniunt in aliquo genere logico. Reperibile est enim aliquod cõmune prædicatum de eis ut differunt specie in quid. Puta omnia elementa & elementata ꝯueniunt in hoc ꝙ corpus ꝙ compositum ꝙ corruptibile, ꝙ mobile &c. Non tamen sequitur econuerso. Nam stat quod intelligentia & homo conueniant in substantia & in hoc ꝙ est esse intellectuale, & fœlicitabile, & tamen non conueniunt in genere physico, cum sit intelligentia immaterialis.

Quantum ad secundum sit hæc prima conclusio. Corruptibile & incorruptibile differũt genere physico probatur ex prænotatis sic. Non habent communem materiam, ſm quam posfint adinuicem transmutari. ergo &c. consequentia patet ex declaratione facta de genere physico, & conuenientia in eodem. Antecedens autem probatur, corruptibilia habent materiam subiectam priuationi. Incorruptibilia uel non habent materiam ut abstracta uel non habent quæ sit subiecta priuationi sed est alterius rationis ut determinauimus in lib. 8. qualia sunt corpora cœlestia. Et aduerte q̃ð Egidius tenens materiã superiorum & inferiorum esse eiusdem naturæ, nõ potest saluare, quin cœlum sit corruptibile ex principio intrinseco, ut declarauimus in libr. 8. in. q̃ð. 13. ex consequenti nõ põt subterfugere quin corruptibile & incorruptibile conueniant in genere physico & logico ꝙ est contra philosophum.

Secunda conclusio. Corruptibile & incorruptibile non differunt genere logico probatur Conueniunt in aliquo cõmuni prædicabili de eis inquid ergo &c. consequentia nota ex supra declaratis. Antecedens patet, quoniam substantia

corpus, compositum, prædicantur de inferioribus, & cœle stibus naturis. & aduerte ꝙ hic intendimus de corruptibili & incorruptibili limitate naturæ: ut excludam primam causam. quæ ex sua infinitate perfectionali non concluditur genere.

Quantũ ad tertium aduerte ꝙ Iandunus in. 10. lib. in. q. ultima dicit phm intelligere ꝙ differunt genere logico. & id probat ex duobus. Primo quia si phs intelligeret de genere naturali, ratio sua nihil concluderet contra Platonem. Nam Plato concederet ꝙ idea homines & homo singularis differunt genere naturali, quia sm Platonem per se homo non habet materiam & homo singularis habet materiam. Vnde in hoc non debuit laborare phs ad probãdum. Concesso autem a Platone ꝙ differant genere physico. Nõ sequitur in uia Platonis ꝙ differant specie nec plusquã specie. Diceret enim Plato ꝙ hæc duo stant simul. idea hominis & hic homo differunt genere physico. & tamẽ sunt eiusdem speciei logicæ. Et ideo ut ratio phi concludat contra Platonem sic est formanda. Corruptibile & incorruptibile differunt genere logico, ergo specie & plusquam specie logica, qm distinctio generica est plusq̃ specifica. Sed idea hominis sm Plato. est incorruptibilis & hic homo corruptibilis ergo differunt specie logica & plusquam specie cuius oppositum dicebat Plato.

Ad hoc dicitur ꝙ Iandunus supponit falsum. s. Platonem concedere ꝙ idea hominis & hic homo differant genere naturali imo uult ꝙ sint eiusdem generis & eiusdem speciei naturalis. & hoc expresse dicit Commenta. in. 10. lib. in commen. 26. ubi inquit, formæ separate ponuntur eædem cum singularibus in natura, ita ꝙ nomen homo dicatur de separato & sensibili uniuoce & non equiuoce & dixit hoc quia iste sermo est ponentium formas hæc Comment. in quibus nota ꝙ dicit apud Platonem forma separata & singulare sunt eædem in natura & non dicit eædem ratione uel diffinitione. Nam si in natura sunt eædem, sunt eiusdem generis & speciei naturalis si autem intenderet de genere logico.

& specie nõ diceret in natura: sed in ratione diffinitiõné aut in modo prædicandi. Et contra hunc sensum Platonis procedit ratio phi, quæ sic formanda est. Quæ in una natura omnino non conueniunt distant genere sumpto a natura quod est genus physicum. Sed corruptibile & incorruptibile in una natura omnino non conueniunt ergo distant genere sumpto a natura. Cum ergo per se homo sit incorruptibilis & hic homo corruptibilis, non solum sunt eiusdem speciei naturalis, sed nec generis, cuius oppositum dicebat Plato.

Secundo dicit Iandunus hanc esse mentem Commenta. quoniam sm ipsum in genere non reponitur nisi substantia corruptibilis ut patet in. 2. cœli in comment. 59. & in. 10. metaphysi. commen. ultimo dicit q cum corruptibile & incorruptibile sint duæ differentiæ contrariæ, illud quod congregat illa est nomen equiuocum, unde corpus quod dicit de illis est equiuocum.

Ad hoc dicitur q si illa fuit mens Cõment. negatur a uero Thomista, quoniam in uia nostra omne ens reale per se finitum est in pnto & non eximitur nisi prima causa ex sua infinitate. Ad dictum autem eiusdem in. 10. metaph. respondetur q si accipit equiuocum physicum conceditur qm hoc confirmat propositum nostrum quo tenemus corruptibile & incorruptibile distingui genere physico. Si autem accipit equiuocum logicum negatur dictum suum qm est contra secundam conclusionem nostram. Hæc de præsenti quæsito dicta sint & aduerte q in dicta quæstione Iandunus pertractat de mente Commenta. contra Auicen. q omnia corpora cœlestia sunt eiusdem speciei uerum quia b. tho. in. 2. cœli exponens tex. 49. est contra Commenta & illic formaui quæstionem ac determinaui contra Commenta. ideo nollo hæc illud propositum inuoluere sed tu uidebis in quæstionibus nostris in. 2. cœli.

Quæstio. 22. si materia est principium distinctionis secundum genus.

IN HAC quæstione aduerte ꝙ si loquimur de distinctio ne ſm genus non vľiter ſed penes corruptibile & incorruptibile constat ꝙ materia est principium talis distinctionis ex determinatione facta in.q.præcedenti si autem uolueris habere resolutioně vľem de cauſa & principio distinctionis genericæ sic procedendum est. Primo ponent̃ quædã distinctiones de distinctione generica & de materia. Secũdo ponentur concluſiones reſponſiuæ.

Quantum ad primum ſit hæc prima distinctio, distinctio generica poteſt conſiderari dupliciter. primo in prædicamẽto ſubſtãtiæ ut quærere cauſam quare homo & lapis distinguuntur genere, ſecundo in p̃nto accidentium ut quare color & ſapor distinguuntur genere.

Secũda distinctio generica uel attenditur penes genera generaliſſima uel penes genera ſubalterna & ſubordinata.

Tertia materia ſumitur dupliciter uel pro materia p̃ma uel pro quolibet potentiali p̃mo ſuſceptiuo quod habet modum materiæ, ſicut dicimus ꝙ humidum eſt materia ſaporis & ſuperficies materia coloris.

Quarta materia prima dupliciter cõſideratur primo ſm ſe & præciſe ſecundo ut reſpicit formas ſm eundem uel diuerſum modum actuandi ipſam materiam & prout vna forma comparata alteri formæ ſequenti ſe habet ad ſequentem ſicut potentiale ad actuale iuxta quem modum uegetatiuum comparatum ſenſitiuo, dicitur materia ſenſitiui eo ꝙ ſenſitiuum fundatur in uegetatiuo & addit gradum perfectionis ſuper uege.

Quantum ad ſcđm ſit hæc prima concluſio, distinctio generica iuxta generaliſſima eſt formaliter & ĩmediate a diuerſis modis prædicandi de prima ſubſtantia. Hanc iam determinauimus in.5.lib.in.q.16.ubi defendimus.b. Thom. contra Anto.and.& Herueum uide tu illic.

Secunda concluſio. distinctio generica in p̃nto ſubſtãtiæ quantum ad genera ſubalterna ut ĩter corporeum & uegetatiuum & ſenſitiuum ſumitur a materia conſiderata iuxta ſm modum quarte distinctionis præpoſite probatur ſic. Ta

lis distinctio uel sumitur a materia prima s̄m se considerata uel ut respicit ordinate diuersas formas quarum praecedens comparatur ad sequentem ut potentiale ad actuale ita q̄ materia ut stat sub forma praecedēti habet rōnem perfectibilis ut autem stat sub forma subsequenti habet rōnem perfecti non potest dici p̄ modo, qm̄ cum mā praecise sumpta sit eiusdem rōnis ī oib⁹ īferioribus, nō potest ab ea sumi ut sic aliqua distinctio ergo secundo modo, & ideo rationabiliter distinguuntur gñe elta & elementata, prout mā p̄mo respicit formam elementi deinde formam elementati & forma elementi longe imperfectior est quam forma elementati idem considera de materia ut respicit formam corporeitatis deinde formam animati, deinde formam sensitiui. Et haec est doctrina. b. Tho. in. 7. metaph. super tex. 33. ubi declarans quō genus sumitur a materia dicit. Animal est quod habet naturam sensitiuam natura autem sensitiua est ut materia respectu naturae sequentis.

Tertia conclusio. Distinctio generica generum subalternorum in p̄ntis accidentium non sumitur a materia prima. Sed a primo susceptiuo probatur prima pars quia accidentia non componuntur intrinsecae ex materia nec inherent immediate materiae primae ut determinatum est in libr. 8. ubi docuimus nullam formam accidentalem prius actuare mām quam formam substantialem. ergo a materia prima non recipiunt distinctionem, secunda pars sic probatur. Accidentia habent esse a subiecto, ergo & distiuctione. Idem enim est principium essendi & distinguendi si habent esse a subiecto, ergo maxime a p̄, ergo & primam distinctionem. Sed prima distinctio est generica, ergo distinguunt genere per primum subiectum, quod est p̄mum susceptiuum. Hac de cā distinguitur gñe sapor a colore. qm̄ p̄mum susceptiuū coloris est superficies saporis autem est humor siue humidum, ut declarauimus in lib. de sensu & sensato.

Quarta conclusio. Distinctio generica inter corruptibile & incorruptibile sumitur a materia prima propter diuersum modum actuandi quo actuatur a forma rei corruptibi

lis & a forma rei incorruptibilis nam quia res incorruptibilis corpora de qua nunc proprie intendimus ut cœlum habet materiam omnino perfectam ex forma cœli, ita q̄ nō remanet in ea potentia ad aliam formam. Corruptibilia autem inferiora habent materiam quæ per nullam formam q̄ recipit omnino perficitur, ideo corruptibile & incorruptibile distinguuntur genere physico ut conclusimus etiam in q. præcedenti. Hæc de præsenti quæsito dicta sint in quo fateor animum meum non quiescere. Ideo & tu exerce ingenium tuum.

Expliciunt quæstiones super. 10. metaph. fratris Chrisostomi Iauelli Canapicii ordi. prædi. p̄bie & sacræ Theologiæ professoris.

Incipiunt qōnes eiusdem super lib. duodecimum.

In lib. 12. determinabuntur infrascripta quæsita.

1 Si metaphysicus habet considerare de substantia.
2 Quomodo p̄bus intendit ens inquantum ens esse quodam totum.
3 Si ad metaphysicum spectat considerare de abstractis, an ad physicum.
4 Si omnes substantiæ separate sunt penitus immobiles.
5 Si datur creatio ſm p̄bm & Commentatorem.
6 Si ex tex. 16. potest concludi aīam intellectiuam eē formam dantem esse homini, & esse incorruptibilem.
7 Si omnium rerum sunt eadem principia.
8 Si omne repositū in p̄nto siue sit substantia siue accidens est cōpositum intrinsece ex ꝑpria potentia & ꝑprio actu tanq̄ duabus partibus essentialibus.
9 Si est necesse dare aliquam substantiam eternam ſm philosophum & ſm ueritatem.
10 Si substantia eterna est semper actu mouens, & de necessitate naturæ.

11 Si substantia eterna mouens, ita est actu qđ nullo modo est in potentia.

12 Si substantiæ mouentes abstracte sunt sine mã.

13 Si cœlum agit in hæc inferiora & quomodo.

14 Si Aris. demonstrauit mundum esse eternum.

15 Si primum mouens mouet cœlum ut finis amatus.

16 Si cœlum est animatum & quomodo.

17 Si intelligentia mouens cœlum potest esse forma uera dans esse cœlo.

18 Si in primo principio est delectatio & uita modo excellentissimo.

19 Si dispositiones Dei quas dicimus perfectiones diuinas distinguuntur realiter uel solum ratione.

20 Si primum principium est uigoris infiniti & entitatis infinite.

21 Si philosophus opinatus est omnes intelligentias esse uigoris infiniti.

22 Si in intelligentiis est ordo nobilitatis iuxta ordinẽ suorum nobilium ẜm situm.

23 Si est necesse ponere eccentricos & epiciclos.

24 Si in separatis possunt esse plura indiuidua sub eadem specie.

25 Si Deus de mente ph̄i intelligit tantum seipsum an aliquid extra, & quid in hoc sentiat Commenta.

26 Si in abstractis sunt idem intellectus intellectio & res intellecta.

27 Si omnia sunt ordinata & prouisa a primo principio.

28 Si p̄mum p̄ncipium est causa effectiua oĩum entium.

29 Si est tm̄ unus Deus ita ꝙ non possunt esse plures.

30 Si solum p̄mum p̄ncipium est ens necessarium ita ꝙ oẽ ens productum sit ens contingens.

QVÆSTIO PRIMA,
si metaphysicus habet considerare de substantia.

DE SVBSTANTIA QVIDEM Theoria est nam substantiarum principia & causæ quæruntur. Tex. 1.



IN HAC .qõ. in qua non inuenio magnam difficultatem te resolues duplici conclusione & uno notabili. Prima conclusio. Metaphysicus habet considerare de substantia, & maxime. Hanc conclusionem ꝓbabis eisdem rõnib⁹ quas formauimus in epitomate nostro in. 7. metaphysi. trac. unico, cap. ꝑ & in. 12. metaph. trac. unico, cap. ꝑ. In his duobus locis inuenies resolute probationem proposite conclusionis, quæ nõ est hic inutiliter repetenda.

Secunda conclusio. Metaphysicus considerans substantiã debet considerare principia & causas substantiæ probatur. Omnis scientia considerat principia & causas sui subiecti, substantia licet non sit subiectum adequatum huius scientie est tamen principale subiectum ergo &c. Maiorem huius inuenies formaliter & resolute probatã in epitomate nostro in. 6. lib. metap. cap. 1. Minorem inuenies probatam in epitomate in li. 7. cap. 1. Quare &c.

Quantum ad scõm notandum est ꝙ cum diximus metaphysicum debere considerare principia & causas substãtiæ, non

non intendimus per principia, & causas, causam mālem qm̄ substantia ut substantia non habet mām nec potentiam passiuam, aliter omnis substantia haberet mām & potentiam passiuam, cuius oppositū declarabit infra agentes de subiis abstractis. Nec intendimus cām efficientem nec finalem, qm̄ non oīs suba est pducta, nec ordinatur ad alteram ut pbabimus infra de pma cā. Sed intēdimus de pncipio & cā formali, non q̄ oīs suba hēat formam. Sed quia de oī suba csideranda a metaphysico, quærēdus est pprius cōceptus, qui apud nos habet rōnem pncipii formalis, eo q̄ p talem cōceptum pbantur pprietates subæ de suba, & id conuenit oī subæ ut suba est, ēt includēdo pmam cām ut cadit sub cognōne nr̄a. & aduerte q̄ hanc declarationem diffusius inuenies in. 1. q. libr. 6. Vide tu ad placitum, & qm̄ hic non cadit maior difficultas, iō p p̄senti quæsito hæc dicta sint.

Qō. 2. Qūo pħs intendit ens inq̄tū ens esse qōdā totū.

Et. n. si totum quoddam oē, suba est pma ps. Tex. 2.

IN HAC. q. aduerte anteq̄ deueniamus ad decisionem q̄ mota est pp. b. Tho. & Auer. nam b. Tho. in tex. p̄posito exponi ly totum sicut Themisti⁹. cuius expōnem recitat Cōmen. in. 12. lib. in cōmen. 2. Ibi Themistius aūt exponit sic dicendo &c. Cōmen. aūt exponit sicut Alex. licet nō accepte eius expōnem fm se totam. Deinde Cōment. ut patet ī eodem cōmen. arguit contra Themistium. & qm̄. b. Tho. se q̄t Themi. ex c̄nti Cōmē. arguit c̄. b. tho. & tn̄. b. tho. ī expōne non rn̄det Cōmen & p c̄ns non defendens seipm, nec Themistium defendit. Tu ergo ut defendas. b. Tho. & Themistium sic pcede. Primo declarandum est triplex totum ī quo inuenitur una ps pma, & aliæ subsequentes. Scđo ponetur conclo pħi, & formabitur rō p ea ad mentem. b. Tho. & Themistii. Tertio ponetur expō Cōmēt. Quarto ponent obones Cōment. contra. b. Tho. & Themi. & soluentur.

Quantum ad pmum aduerte q̄ totum in quo una ps est pma. & aliæ subsequūtur est triplex ut uidere poteris apud Cōmen. in lib. 12. in cōmen. 2. & est dictō Themistii, Primū

est in quo ptes adunantur p continuationem, ut in corpore humano in quo pma ps est cor uel caput, & in planta in qua pma ps est radix. Secdm est in quo ptes adunantur non p cõtinuationem sed p contactum, ut in domo cuius ps pma est fundamentum, & in naui cuius ps pma est carina. Tertiũ ẽ in quo ptes non adunantur p continuationem nec p contactum, sed fm ordinem pñr se hñtes, ita q̃ sunt oẽs segregatae abinuicem sunt tñ oẽs ordinatae, sicut numerus & ciuitas & exercitus in quibus oẽs ptes respiciunt unam pmam, ut in numero unum deinde duo, deinde tria in figuris triangulus deinde quadratum deinde pentagonum. In ciuitate rectores deinde nobiles, deinde ciues In exercitu equites deinde pedites &c.

Quantum ad scdm ponitur haec conclo suba est pma ps entis, & formatur sic rõ pbi ad mentem.b.Tho. & Themistii. Si ens est quoddam totum p cõtinuationem ptium, uel p contactum ptium, uel p ordinẽ ptium, eius erit una pma ps quae est suba quoniam in oĩbus pdictis modis ut declaratum est datur ps por & posterior. Sed ens est sicut quoddã totum uel p continuationem uel p contactum ptium. & si hoc non est uerum quia ptes entis subiuae non continuãtur nec se tangunt, saltem est sicut totũ p ordinem ptium quae pñr se hñt. & hoc est uerum, qm̃ ens est analogũ, in quo dat pus & posterius, ergo siue assiletur toti p mõ, siue scdo siue tertio mõ, datur pma pars entis quae est suba, deinde q̃titas deinde qualitas &c. Haec fuit rõ pbi ad mentem.b.Tho.& Themistii, q̃ intendo sustinere soluendo obones Cõmenta.

Et aduerte ꝙ Aristote. ad propositam conclusionem non facit ex intentione aliam rationem licet ex principiis doctri ne suæ b. Tho. alias applicet, sicut illam fundatam super ma xime uerum. Cuius fundamentum trahitur ex. 2. metaph. tex. 4. Et illam fundatam super maxime bonum, cuius fun damentum trahitur ex. 10. metaph. tex. 12. ubi pħus habet ꝙ ubi datur magis & minus differre datur & maximum ex quo trahitur ꝙ in quocunq; genere datur magis & minus datur maximum, constat autem ꝙ in rerum natura datur magis & minus ens & uerum & bonum & perfectum ergo datur maxime ens & uerum & optimum & perfectissimū. Hoc autem apud omnes recte sapientes est Deus, ergo &c. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Quæstio.10.si substantia eterna est semper actu mouens & de necessitate naturæ.

At uero si fuerit motiuum aut effectiuum non operans autem. Textu.50.

IN HAC quæstione erunt duæ considerationes. Prima si substantia eterna est semper actu mouens. Secunda si mouet & agit de necessitate naturæ.

Quantum ad primam considerationem aduerte q̃d esse mouens semper actu est conditio ſm Aristotelem non solum conueniens primo principio: sed & omnibus intelligẽtiis in genere. Nam infra pħus concludet necessitatem gñonis eterne quam dicet causari non solum ex motu diurno primi cœli. sed etiam ex motu planetarum sub circulo obliquo. Planetarum autem orbes non mouentur ab una solum intelligentia sed a pluribus ut manifestatur infra quando inuestigabimus numerum intelligentiarum. Hoc ergo prænotato ponitur conclusio responsiua. substantia eterna est semper actu mouens quæ sic probatur est fundamentis positis ab Aris. substantia eterna non potest esse mouens in potentia, ergo est semper mouens actu. Contra patet quoniam cum habeat uirtutem mouendi aut est mouens actu aut mouens in potentia. Antecedens autem sic probatur si potest esse mouens in potentia, potest non esse motus: non enim datur motus actu, nisi per mouens actu. Sed motus non potest non esse ut credidit pħs se probasse in.8.physi.a text.7.usq; ad textu.13.eo q̃ daretur motus siue mutatio prior prima. & quia posset non esse tempus. quæ omnia reputat illic Aristo. impossibilia ergo substantia eterna semꝑ mouet actu ita q̃ motus orbium semper fuit & semper erit & q̃ hæc fuerit mens Aristo. declarat Commen. in commẽ. eiusdem tex.30. ubi inquit. Cum motus eternus sit & omnis motus habeat motorem ut determinatum est necesse ẽ ut iste motus habeat motorem qui est actu pura sine aliqua potentia, i. quia in nulla hora est motor in potentia, si enim non fuerit actio pura sed cum potentia aliqua hora erit in

qua non erit motio ab eo, quia omnis motor cuius substantiæ admiscetur potentia possibile est ut in aliqua hora non moueat, non.n.mouet nisi p alium motorem extrahëtem ipsum ex potentia in actu, hæc Commenta.

Et tu aduerte q prædicta conclusio si consideretur non solum ad mentem phi, sed fm ueritatem potest esse uera & falsa, uera quidem erit si ly semper exponatur non pro omni tempore absolute sed pro omni tempore quo durat rerum inferiorum gño substantiæ enim cœlorum motrices actu semper.i.incessanter & sine quiete media mouent donec stat rerum inferiorum gño. Dicemus enim infra omnẽ motum mundi inferioris causari a motu cœlorum. Si autem ly semper exponatur pro omni differentia temporis absolute.i.ad eterno & in eternum, falsa est qm cœlum est productum non ab eterno, ex consequenti intelligentia nõ mouet ab eterno, supponit enim motus mouens & mobile & id tenemus ex fide, licet phs sentiat oppositum, cuius rationes soluemus infra nã de hoc faciemus particulare quæsitum contra Iandunum.

Quantum ad secundam considerationem inuestigabimus. Primo quid dicendum fm philosophum. Scdo quid secundum ueritatem.

Pro noticia positionis phi præpono distinctionẽ de modis agendi ex necessitate naturæ. deinde pertractabit quædam opinio & reprobabitur. postremo declarabitur quæ fuerit mens phi in hoc.

Distinctio sit hæc. Aliquid potest mouere & agere de necessitate nature dupliciter. Primo quia agit per naturam sic q præuenit intelligere & uelle, & est illud q non agit ex eo q intelligit sic mouendum uel sic agendum sed agit per aliquam uirtutem nãlem, eo modo quo dicimus ignem per calorem calefacere de necessitate naturæ calefactibile sibi approximatum & homo per calorem nãlem digerit cibum & sol existens super orizontem illuminat aerem nostrum. Secundo q agat de necessitate naturæ, quia licet intelligat quid agendum & quid uolendum, tamen non potest non

agere quod intelligit & uult agere, ita q̃ uoluntas est adeo determinata ad agendum q̃ non potest in oppositum & statim intellectus intelligit id quod agendum, & uoluntas uult sequitur ex necessitate actio uerbi gratia. Homo intelligit quid est fœlicitas & uult fœlicitatem, si darentur sibi media sufficientia ad fœlicitatem statim & de necessitate naturæ ageret pro assequenda fœlicitate quia uoluntas habet determinatam & necessariam habitudinem ad fœlicitatem intellectam & uolitam. Quod substantia eterna mouens cœlum moueat de necessitate naturæ & agat pͥmo modo nullus sapiens dicit. Cum enim sit substãtia mere intellectualis quicquid agit, agit & mouet ut intellectum & uolitum ergo non agit de necessitate nãæ primo modo. Præterea ille modus agendi est proprius potentiæ irrationalis a qua remoto impedimento, necessario sequitur actio. Tales autem potentiæ, non sunt in natura mere intellectuali. Vtrum aut moueat & agat de necessitate naturæ secundo modo ẜm pħm est uaria opinio. Quidam ut Scotus in. 1. dis. 8. q. 4. Et Herueus in. 2. quoli. q. 4. tenent absolute q̃ Aristo. fuit huius opinionis ita q̃ sicut substantia eterna & præcipue prima quæ est Deus intelligit bonitatẽ suam & de necessitate nãæ uult eam & amat, ita intelligit cœlum mouendum, & uult illud mouere & de necessitate mouet ita q̃ non potest in oppositum. Et q̃ hæc fuerit mens pħi probabitur in reprobatione sequentis opinionis. Igitur quidam alii dicunt q̃ si substantia eterna mouens cœlum & præcipue prima esset uirtus in magnitudine. i. agens corporeum ut sol illuminans & ignis comburens moueret & ageret de necessitate naturæ. Sed quia ẜm pħm omnes substantiæ motrices cœlorum eterne sunt immateriales, omnino, ideo mouent ꝑ modum intellectus & uoluntatis. i. tanta uelocitate q̃tam appræhendunt esse conuenientem & tanto tp̃e. Et sic uolũt mouere & non per modum naturæ.

Sed si recte consideras aduertes hanc opinionem concludere q̃ substantia eterna non agit ẜm pħum de necessitate naturæ primo modo distinctionis posite. Quod si intendit

etiam secundo modo est aperte contra pħm. Nā ut dictum est in prima parte huius quæstionis extimauit pħs esse impossibile quin sit motus & super hoc fundauit hanc conclusionem substantia eterna mouens est actus qm̄ si ei admisce tur potentia poterit non mouere possibile est enim ut illud quod est in potentia non agat ex consequenti poterit non esse motus quod extimat impossi. ut habetur in. 8. physico. text. 7. Sed siue sit in magnitudine siue extra est actus ergo non potest non mouere, & non potest non agere . & cū sit substantia intellectualis mouet & agit per intellectum & uoluntatem, ergo mouet & agit de necessitate naturæ secūdo modo distinctionis posite. Et ꝙ hæc fuerit mens pħi patet in. 12. lib. in tex. 38. ubi tenet ꝙ primus motus est necessarius non ex uiolētia sed ex fine. Si necessarius ergo substantia eterna aqua est talis motus de necessitate nāæ mouet quia. s. uoluntas sua ita est determinata ad mouendum ꝙ non potest in oppositum nec obstat ꝙ dicit. b. Thō. exponens prædictum tex. 38. necessitatem primi motus subiacere uoluntati Dei quoniam. b. Tho. non intendit aliud quam excludere necessitatem absolutam a motu cœli & concludere necessitatem finis, quæ pendet a uoluntate Dei determinata tamen immutabiliter ad mouendum, sicut est determinata immutabiliter ad uolendum bonitatem suam, & uoluntas creata est determinata immutabiliter ad uolendum fœlicitatem.

Sic quidem extimo tenendum ſm pħum ut etiam sentit Scotus & Herueus ut supra dictum est nec id negaret. b. th. modo quo expositum est, nec obstat ꝙ in. 2. contra gentes cap. 23. multiplici ratione probat Deum non agere ex necessitate naturæ. Non enim illic procedit ſm mentem pħi sed ſm ueritatem cuius signum est ꝙ in fine cap. dicit patere errrorem quorūdam pħorum qui posuerunt Deum agere per necessitatem naturæ inter quos & Aristo. numerandus est licet ipsum non expresserit. b. Tho. Dico insuper ꝙ in illo cap. b. Tho. format rationes quæ pro maiori parte concludunt Deum non agere de necessitate naturæ primo

modo distinctionis posite, quod conceditur etiam ab Arist. qui cognouit Deum agere per intellectum & uoluntatem.

Nunc autem inuestigandum est quid tenendũ sit ſm ueritatem ꝓ cuius euidentia aduerte ꝙ aliud sentiendum est de Deo, aliud de aliis intelligentiis.

Quantum ad Deum, sit hæc forma conclusio. Deus nec mouet nec aliquid agit extra se de necessitate naturæ secũdo modo distinctionis posite, sed mere libere probatũr. Quicunq; uult de necessitate naturæ aliquem finem nõ est necesse ꝙ uelit nec agat ea sine quibus potest assequi & possidere finem necessario uolitum, sed si uult & agit hoc erit mere libere nam fatuum est dicere infirmum uolentem immutabiliter sanitatem uelle immutabiliter medicinam quã scit non causatiuam nec iuuatiuam, nec citius auxiliaturam in consequenda sanitate ĩmutabiliter uolita, sed si uult & ꝓcurat eam hoc erit mere libere, Sed Deus de necessitate naturæ uult bonitatem suam ut finem, & nulla creatura est necessaria Deo ut habeat bonitatem suam: nec ut melius, nec ut citius habeat, aliter diuina perfectio penderet ab esse creature, quod & Aristo. & omnis recte sentiens de Deo negat. Nam & in. 7. politico. dixit pħus ꝙ Deus seipso solo beatus est. ergo Deus tantum bonitatem suam uult de necessitate naturæ quæcunque autem extra se non necessario, sed mere libere uult & agit.

Quantum autem ad alias intelligentias mouentes orbes ponitur hæc conclusio. Licet non moueant nec agant in his inferioribus de necessitate naturæ propter perfectionem suam essentialem & nãlem acquirendam; tamen non est inconueniens ꝙ moueant & agant per motum in his inferioribus ex necessitate naturæ propter perfectionem suam accidentalem siue secundariam acquirendam pro intellectu huius conclusionis aduerte ꝙ naturalis perfectio intelligentiæ consistit in intelligendo primum motorem, ex cuius intellectione sunt intelligentiæ mouentes in optima dispositione ut dicemus quando quæremus si in primo principio est delectatio excellentissimo modo. Consistit etiam intelle

ctione suæ proprie substantiæ & aliarum intelligentiarum: & quo ad hanc perfectionem assequendam non iuuantur, motu orbium qm intelligunt primum motorem per essentiam primi motoris & seipsas per seipsas, & una aliam aut per essentiam intelligentiæ intelligentis aut per essentiam intelligentiæ intellectæ, aut per speciem innatam repræsentatiuam intelligẽtiæ intellectæ. Ex his autem modis quis uerior sit manifestabimus infra quãdo quæremus si in abstractis est idem intellectus res intellecta & intellectio. Accidentalis autem perfectio earum uidetur causari ex eo q mouent orbes, nam per hmõi motum producuntur inferiora, & sic assimilantur primo motori qui ut dicemus infra continet in se uirtualiter omnia producibilia, & intelligẽtiæ deducunt ea ad actum per motum orbium, ut declarabimus infra quando quæremus si primus motor mouet cœlum ut finis amatus. Quoniam ergo omnes causæ secundæ agentes perficiuntur sua actione, ideo ut intelligentiæ assequantur suam accidentalem perfectionem de necessitate nature mouent orbes & non possunt uelle oppositum, donec sua accidentalis perfectio completa fuerit. Et huic intentioni uidetur fauere Commenta. licet loquatur de omnibus substãtiis abstractis includendo primum motorem & quo ad suã perfectionem simplr. Tu uero accipe dictum suum de omnibus intelligentiis mouentibus excluso primo motore, & quo ad secundariam perfectionem. Sic igitur inquit in hoc 12. in commen. 48. Cum enim posuerimus q nulla substãtia abstracta est quæ non moueat, quia tunc inueniret in dispositione diminuta. i. non completa in sua perfectione. Et cum posuerimus q omnis orbis est propter stellam, & si nõ esset ociosum, manifestum est q uia numerandi istas substãtias abstractas est uia numerandi motum stellarum. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Quæstio. 11. si substantia eterna mouens ita est actus q nullo modo sit in potentia.

Oportet igitur esse principium tale, cuius substãtia est actus. Textu. 30.

IN HAC

IN HAC.q.aduerte unum anteq̄ resoluamus ꝓpositum. Arist.in tex.ꝓposito adhuc intendit loqui de subiis æternis mouentibus in gn̄e & non solum de p̄mo p̄ncipio licet dicat oportet igitur esse p̄ncipium tale &c. Quod patet ex duobus. Primo ex eo qd̄ imediate subiungit dicens. Amplius igitur tales oportet esse sub̄as sine mā̄, ex quo sequit̄ꝙ illas sub̄as quas ꝓbauerat esse sine potentia, sed eē actus eē, ēt sine mā̄. Scd̄o patet idem ex Cōmen. qui exponens ꝓpositū tex.in cōmen. 30. inquit. Quia istæ sub̄æ sunt mouentes sine aliqua potentia, necesse est ut sint sine aliqua mā̄ cum necesse est ut sint æternæ, oē.n. æternum est actio pura, & oē qd̄ ē actio pura nō habet potentiā, ex quibus patet ꝙ apud pb̄m & Cōmēt. carere potētia in sub̄a sua. esse sub̄am quæ sit act⁹. esse sine mā̄ esse eternum est conueniens oī sub̄æ abstractæ & non tm̄ p̄mo p̄ncipio. Hoc p̄notato sic ꝓcedemus in resolutione quæsiti. Primo uidebis quid dcm̄ sit ad mentem pb̄i & Cōmen. ꝓut uerba sua sonare videntur. Secundo quid dicendum ſm ueritatem.

Quantum ad p̄mum duo agenda sunt. Primo ponitur cō clusio responsiua iuxta illud qd̄ sonant uerba pb̄i & Cōmen. Dico iuxta illud &c. qm̄ īfra qn̄ quæremus si p̄mum p̄ncipiū ſm Arist. est ꝓductiuum oīum extra se, ad mentem. b. tho. dandus est alius sensus Arist. q̄ uerba sua hic sonent. Determinabitur.n. ꝙ si intelligentiæ sunt ꝓductæ non sunt purus actus sed hæc est ꝓprietas p̄mi p̄ncipii. Scd̄o inuestigabitur quantum ualeat scd̄a rō pb̄i q̄ formabimus in probatione proponendæ conclusionis.

Cōclō sit hæc. Oīs sub̄a abstracta ſm pb̄m est purus act⁹. ſm sub̄am, & in ea nullo mō est potentia. Hæc conclō sic pt̄ extrahi ex tex. pb̄i. Sic.n. arguit in p̄nti tex. Oīs sub̄a æterna semꝑ actu mouens est talis ꝙ eius sub̄a est actus & nō potentia. Sed oīs sub̄a abstracta est sub̄a æterna sꝑ actu mouēs. ergo est talis ꝙ eius sub̄a est actus & non potētia. Maiorem sic ꝓbat quia si in eius sub̄a esset potentia cōtingeret nō mouere, contingit.n. potentia agens non agere, & sic posset nō esse motus oīno ꝙ pb̄us reputat impōle ex. 8. pb̄i. text. 7.

Minor aũt hr̃ infra in tex.43.in fine,ubi pħs concludit numerum ſubarum ſeparatarum ſm numerum motuum, & Cõmen.inq̃t in cõmen.44.Et iõ dicit Ariſt.ꝙ ſi aliquæ ſubæ eſſent non mouentes eſſent ocioſæ.ſcđo ſic arguit in eodem tex.30.Mouens in cuius ſuba eſt potentia contingit non eẽ & ſic eſt corruptibile.ſed nulla ſuba abſtracta põt non eſſe, quia eſt æterna ſm pħm & nullum æternum põt non eſſe, ergo in nulla ſuba abſtracta eſt potentia. ex ꝯñti eius ſuba ẽ actus, & qđ hæc concl'o ſit ẽt de mente Cõmen.patet in cõmen.tex.30.ubi inq̃t.Oẽ æternũ eſt actio pura, & oẽ qđ eſt actio pura non habet potẽtiã,patet aũt ꝙ oĩs ſuba abſtracta ſm pħum & Cõmenta.eſt æterna,ergo non ſolum pmum pncip ſed & oĩs ſuba abſtracta eſt actus purus ſm ſubam, & nullo mõ ei admiſcetur potentia,unde cõmen. in eodẽ com men.inq̃t.Neceſſe eſt ut iſti motori.ſ. æterno nõ admiſceat̃ potentia oĩno neq̧ in ſuba neq̧ in loco neq̧ in alio modorum potentiæ.

Poſita ꝓbõne concl'onis uidendum eſt q̃tum ualeat ſcđa rõ adducta,nam pmo aſpectu ꝓpõ maior quæ fuit iſta. Mouens in cuius ſuba eſt potentia ꝯtingit non eſſe & ſic eſt corruptibile.Hæc inq̃ non vr̃ uera ẽt ad mentem pħi & Cõmẽ. nam ſm eos & ueritas eſt,intell's poſ'is eſt in pura potentia paſſiua ad ſpẽm intelligibilem, eo ꝙ nullam ex ſui nã ex ſe hẽt ꝑpea potentialis ſiue poſ'is uocatus eſt in.3.de aĩa text. 5.& in tex.3.dr̃ ſuſceptiuus ſpẽi & potentia hmõi, & tñ eſt incorruptibilis ſm Cõmen.&.ſm pħm ut determinatũ ẽ i 3.de aĩa.ergo &c.Præterea.Cœlũ dato ẽt ꝙ nõ hẽret mãm ut opinatur Cõmen.eſt in potẽtia ad diuerſa ubi patet,& tñ non põt deſinere eſſe,ergo maior ſecundæ rõnis eſt falſa.

Hanc obõnem uidebis ſolutam in lib 9.in.q.17.ubi declaraui qũo hæc ꝓpõ eſt intelligenda,oĩs põa paſ.eſt potẽtia ꝯdictionis & illic inuenies qũo unumqđq; eo mõ quo eſt in potentia eſt corruptibile & qũo ſm cõmen.non inconuenit in aliquibus æternis inueniri aliquem modũ potentiæ paſſi.

Quantum ad ſcđm pncipale.ſ.quid tenendum ſit ſm ueritatem duo agenda ſunt Primo pponetur dictõ de potẽtia.

Secundo conclusiones responsiuæ.

Dictō sit hæc, potentia duplex. s. actiua & pas. quid sint & quō distinguantur iam declaratū hēs in epito. nostro meta. sup lib. 5. in. c. de ptāte, uide illic, potentia actiua & pas. iterū sic distinguitur, quædam coniuncta actui ut ignis actu calefaciens & a quo actu calefacta, quædam sepata ab actu ut edificator potens edificare & domus edificabilis.

Prima conclo, in p̄ pnci. non est potentia pas. ullo mō, qa nec coniuncta actui nec sepata ab actu ,pbatur, potentia pas. ēt coniuncta actui denotat impfectionem uel diminutionē pfectionis in eo in quo est, ergo nō est i p̄ pn. ꝯ nota. qm̄ ꝯdō pmi pn. est esse vl'iter pfectum ut patet i. 5. meta. in. c. de pfecto. Añs aūt sic ,pbatur si potentia pas. est sepata ab actu q̄ est pfectio sua signat carentiam pfectionis ergo illud in quo est talis potentia est impfectum: si est coniuncta actui signat defectum & diminutionem pfectionis in eo in quo est, qm̄ indiget pfici alio a se, ergo quocūq; mō suscipiatur denotat impfectionem uel diminutionem pfectionis in eo in quo ē. Cum igitur hæc repugnent p̄ prin. nullo modo est sibi attribuenda potentia passiua.

Scd̄a conclo, in p̄ prin. est excellentissimæ potentia acti. ,pbatur, potentia acti. importat simpl'r pfectionem & excellentiam in esse actu & in entitate, ergo est excellentissimæ in p̄ prin. ꝯ nota qm̄ cum primum princ. hēat rōnem optimi absolutæ ēt ꝑm Arist. in hoc. 12. in tex. 39. ubi appellat Deū uiuēs siue aīal sempiternum & optimum quicquid pfectionis est aut pōt dari est in eo formal'r uel eminenter. Añs aūt sic ,pbatur, unicuiq; conuenit agere ꝑm ꝙ est in actu ut declaratum est in lib. 9. & q̄to magis est pfectum in actu tāto magis est natum agere & excellentius, unde qui habet pfectiori mō artem citharizandi excellentius citharizat, sed potentia actiua est illud ꝑm qđ competit alicui agere, ergo importat pfectionem simpl'r. Cum igitur primum prin. sit maximæ & excellentissimæ actu sequitur ꝙ est aptum excellētissimæ agere, & p ꝯñs est in eo excellentissimæ potētia actiua, utrum aūt potentia acti. primi princi. respectu rerum ad

extra sp sit coniuncta actui fm ueritatem, manifestabimus infra qn quæremus quid tenendum sit de duratione mundi. Dixi aũt respectu rerum ad extra, qm fm actionem imanẽtem puta ut primum principium intelligit se & amat & delectatur seipso. semp est coniuncta actui. et fm pbm in hoc 12. in tex. 39. & in tex. 50.

Tertia conclo, in oibus intelligentiis pter q̃ in p̃ prin. est potentia pas. Hæc pbabitur in. q. sequenti, in qua quærem⁹ si in aliquo sensu est mã in intelligentiis.

Quarta conclo. in oibus intelligentiis datur potentia actiua pbatur intelligentiæ mouent corpa cœlestia. ergo hñt potentiam motiuam, si motiuam ergo actiuam, est. n. motiua principiũ q̃ mouens mouet & trãsmutat aliud, ergo &c. Sed dices, Hæc pbõ non concludit de oibus intelligẽtiis sed tm̃ de his quæ mouent orbes. Sed ultra illas dantur aliæ fm ueritatem quæ non sunt mouentes orbes.

Rñdetur pbõ fcã concludit in uia pbi quia non danẽ plures fm ipm ut declarabitur infra. Quia tñ fm ueritatẽ danẽ aliæ. iõ pbatur vlr̃ter de oibus sic. Quælibet nã est pp opationem ppriam q̃tumcunq; uilis sit, alr̃ ociosa esset i uniuerso qđ non admittitur ergo habet i seipsa principium quo pt in opationem ppriam, alr̃ Deus & nã deficeret in necessariis. Tale aũt principium est potentia actiua, ergo &c.

Et aduerte q talis potentia respectu aliquorum oborum est sp coniuncta actui, ut intelligentia sp intelligit primũ pn. et fm pbm, ut patet in hoc. 12. in tex. 39. & sp intelligit se. Respectu aũt aliorum obiectorum, non est necesse q sp sit coniuncta actui. Põt. n. p hac hora intelligere hoiem, & p alia lapidem. Sed de his ptractare ad theologum spectat iõ non est hic imorãdum. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Qõ. 12. si substãtiæ mouẽtes abstractæ sunt sine mã.

Amplius igiẽ oportet tales esse subas sine mã. tex. 30.

IN HAC. q. sic procedes. Primo ponit distinctio de materia. Secundo cõclusiones rñsiue: quarũ alique erũt fm pbum & Cõmẽta. prout verba pbi sonare videtur quæ

dam aũt secundum veritatem.

Distinctio est hec. Mã duplr sumitur. Primo ꝓ vera materia & proprie dicta quæ est ens in pura potẽtia & pars cõpositi. Secundo pro oĩ subiecto pfectibili: siue pro oĩ potentia receptiua cuiuscũqꝫ sue pfectionis, in q̃ sensu apud pħm in. 3. de aĩa intelľs possibilis diciť mã in gñe intelligibilium: qm̃ est perfectibilis per spẽm intelligibilẽ & habitum sciæ, sicut mã perficitur forma naturali, & breuiter oẽ habens potentiam passiuam siue receptiuam alicuius sui perfectiui potest dici materia.

Prima cõclõ quæ est uera & ſm pħm & ſm Cõmẽta. & ſm veritatem: nec in primo principio nec in aliis intelligentiis est mã primo mõ sumpta. Aduerte ꝙ pħs eam sic probat, nullum sempiternum hẽt mãm primo modo sumptã. Primum principium & alie intelligentie sunt subiecte sempiterne, quoniam mouent motu sempiterno ergo &c.

Maior sic probatur, vbi est mã primo modo sumpta ibi est potentia. s. passiua qm̃ materia diciť ens in pura potẽtia. Sed nullum sempiternum hẽt potentiam passiuam; vt dictum est de mente pħi in q. præcedenti ergo &c.

Aduerte ꝙ licet cõclõ posita sit vera in se, tñ rõ adducta a pħo non est vera in se. Nam q̃ ad intelligẽtias minor est falsa cum ſm veritatem nullum extra deũ sit eternum. Maior etiam est falsa si sumatur mã primo mõ siue suba priuationi siue non suba. Nã si volumus sustinere. b. Tho. qui tenet de mente pħi cœlũ esse eternum: & in cœlo esse mãm, quæ est pars cõpositi licet alterius rõnis a mã inferiorũ vt hæc oĩa determinauimus in lib. 8. q. 12. de mente. b. Tho. cõtra Cõmen. constat ꝙ maior est falsa: cœlum enim est eternũ & habet mãm primo modo sumptã ſm pħm vt sibi attribuit. b. Tho. si aũt sequeremur viã Cõmẽta, Maior esset cõcedenda: qm̃ vt declarauimus in lib. 8. in. q. 12. apud ipsum est sicut principium: qđ vbi est mã pars ꝯpositi, illic est gño & corruptio: vt clare videre poteris in. 8. lib. Metaphy. in cõmento. 12. Vt igitur sustineamus. b. Tho. locutum fuisse de mã cœli ad mentẽ pħi non possumus sustinere maiorẽ

rõnis inducte esse veram. Cum ergo cõclo praposita sit vera & ẽm veritatẽ & ẽm pl̃bm, querenda est ratio quæ propositum vere concludat.

Aduerte igitur ꝙ pl̃bs in hoc lib. 12. in tex. 41. vtiť alia rõne qua possumus concludere propositum sic. Omne carens magnitudine.i. quãtitate dimẽsiua ẽ immateriale quia non dať mã sine quãtitate, sed primum principium & intelligentie carent magnitudine cũ sint impartibiles & indiuisibiles vt probatum est in. 8. physico. ergo &c.

Præterea. Docuit pl̃bs in. 3. de aia in tex. 5. & in tex. 12. ꝙ necesse est intellm̃ esse immãle: & hac de cã nullũ mãle intelligit nisi denudetur a conditionibus mãle: ex quo sic arguit. Quelibet suba intellectualis eo mõ quo intellectualis est: est immãlis vñ quia hõ est intellectualis ẽm aiam intellectiuã ẽm illam est immãlis: ergo suba ẽm se totã intellectualis: est ẽm se totã immãlis, sed primum principium et intelligentie ẽm omnes recte sentientes sunt sube ẽm se totas intellectuales vñ & mentes dicuntur ergo ẽm totã suã substantiam sunt sine mã. Iste sunt rõnes quæ videtur magis concludere propositum.

Iandu. aũt in li. 12. in. q. 9. adducit tres rões, quaꝝ pma est nullum æternũ habet mãm quia dicit Cõmen. in. 2. cœli cõmen. 49. abscisio a mã est cã perpetuitatis. Sed prima substantia est æterna ergo &c.

Hæc rõ ut diximus non concludit nisi in uia Cõment. & tu in uia. b. Tho. ut te docui habes negare maiorem.

Scdã est. In pma sba nulla cadit puatio nec imp̃fectio, ergo in ea non est mã. Contra pbatur, quia puatio & impfectio est annexa mãæ ut pprium accñs. Añs aũt patet, qm̃ in 5. meta. c de pfecto. Prima suba est pfecta per hiperbolem.

Hæc rõ non concludit nisi de pmo pñ Nam esse pfectum p hipbolem est condõ ppria pmi pñ. ut dicit Cõmen. ueritate coactus in. 5. meta. sup. c. de pfecto. Præterea. Contra sua non ualet nec pbõ. Nam falsum est ꝙ puatio & imperfectio sint annexa mãæ sumptæ pmo mõ ut pprium accñs. Nam inueniuntur in intellectu poťi ex. 3. de aia tex. 5. & in cor-

pore cœlesti, ut patet de luna patiente eclypsim & tñ in cœlo ſm Cómen. quem ſequitur Iandu. non eſt materia ſumpta primo modo, ergo &c.

Tertia rō, ſi prima ſuba heret mām, non eſſet prima ſba quia oē compoſitum eſt poſterius ſuis componentibus.

Hæc rō concludit ſolum de pmo pncipio qđ ſolum eſt pma ſuba ſicut eſt pmum ens pma cā, intentio aũt pbi eſt negare mām pmo mō ſumptam ab oī ſba abſtracta, uñ rōnes adductæ a Iandu. parum deſeruiunt concluſioni præpoſitę. Scđa cócło quæ eſt uera ſm pbm & ſm ſe in pmo pn. nō eſt mā ſcđo mō ſumpta, pbatur, in eo non eſt potentia paſ. per qōnem pcedentem, & ſm pbm in. 5. lib. c. de pfecto, habet in ſe oīum gñum pfectiones, ergo non eſt pfectibile aliquo alio ergo non eſt in eo mā ſcđo mō dcā. Contra patet, qm materia ſecundo modo dicta eſt ſubiectum receptiuum cuiuſcunq; perfectionis ab extrinſeco.

Tertia conclo, intelligentiæ licet p q̃to ſonant uerba pbi nō heant mām. 2. mō dictam, hñt tñ ſm ueritatem. Prima ps patet p qōnem pcedentem. Nam hmōi mā eſt potentia paſ. q̃ pbauimus ſm pbm non eſſe in intelligentiis put eius uerba ſonant, ergo &c. ſcđam aũt ptem pbo ſic. Actio intelligentiæ non eſt ſuba ſua ſed accñs, ergo ſuba ſua comparat ad actionem ut ſubm pfectibile ad pfectionē ſuam. Sed ſbm pfectibile dr mā. 2. mō ergo &c. Contra nota. Añs aũt pbabitur qñ determinatum fuerit infra intelligentias eſſe effectiuæ a Deo. Nam ſi ſunt pductæ ſicut non hñt eſſe a ſe, ſic nec pfectionem ſuam unde comparantur ad pfectionem ſuam ut potentia paſ. ad actum. Tu igitur ſuſtine & expecta pbōnem illius añtis donec pbatum fuerit pmum pn. eſſe productiuum oīum. Hæc de pñti quæſito dicta ſint.

Qō. 13. ſi cœlum agit in hæc inferiora & quō.

Si igitur idē eſt ſp & circulariter, neceſſe eſt ut agat ſic p ſe & ſic p alterum. Tex. 33. Vbi inquit Cómen. Quæ aũt faciunt actiones diuerſas ſunt quæ mouentur orbibus decliuibus, & maximus eorum eſt ſol &c.

IN HAC.q.aduerte ꝙ est unum confessus ab oibus, cõ ꝙ sensui patet. s. cœlum agit in hoc mundo inferiori tã ĩ elẽtis q̃ in elẽtatis unde pħs in pnc. pmi meteorox dixit mundum inferiorem gubernari lationibus supioribus, & in pn. 8. lib. phy. ponit motum cœli ut uitam. oibus nã subsistentibus. Supposito igitur ut cõcesso ab oibus cœlũ agere in hæc inferiora, tria in hac. q. agenda sunt. Primo quot modis agit in hæc inferiora. Scdo quo medio. Tertio adducentur quædam dubia & soluemus.

Quantum ad primum dico ꝙ regulariter duobus modis agit in his inferioribus ꝑ respectu multorum effectuum q̃s uidemus agit ut cã pticularis sufficiens sine concursu alteri⁹ agentis spãlis. & hoc declaratur in elẽtis & deinde ĩ elẽtatis nã in elẽtis uidemus illuminationis fieri ut in aere & ĩ aquã ad solam pñtiam solis & aliarũ stellarum remoto quocũq; alio luminoso, & uidemus elẽta tria calefieri a sole & stellis oĩ alio calefactiuo remoto, ergo &c. & aduerte ꝙ non solũ in elẽtis uidemus aliquos effectus cãri, tñ a cœlo, sed &. ĩ. elẽta ut illa imp̃ssio dicta galaxia. i. lactea de qua satis locuti sumus in epitomi nostra in ꝑ meteo. in trac. 2. in cap. 1. ubi declarauimus quid sit, a quo effectiue sit & in quo subiue sit. Illic uidebis ꝙ causatur a solis stellis minutis existentibus in orbe stellax fixarum, & in eodem orbe subiectiue recipit. Idem intellige de illuminatione lune & sole, in elementatis autẽ id uidemus in multis uegetabilibus & animalibus quorum gñõ non est a sibi simili in spẽ, ut quæcũq; gñantur ex putrefactione. Certum est. n. ꝙ cum gñones sint singulariũ oportet illis designare cãm particularem, q̃ non possumus assignare nisi corpus cœleste, qđ agit in hmõi gñ.tis uice seminis ut iam docuimus in li. 7. metap. q. x. &. 11. & ad hoc apertam habemus mentẽ Com. in. 7. metaphy. com. 31. ubi loquens ꝯ Auicen. extimãtem oẽm formam subalem causari in mã ab intelligentia agente inqt. Apparebit ꝙ semina sunt illa, quæ dãt formas rerum generatarum a seminibus per formas quas dederunt semina generantia ingenerabilibus autem non ex se. i. a casu apparebit ꝙ corpora cœlestia

ſunt illa quo dant iſtis aliquid loco ſeminis & uirtutum quæ ſunt in ſemine &c.

Secundo reſpectu omnium quæ fiunt ab agentibus particularibus in his inferioribus agit cœlum ut cauſa vl'is cui ſubordinātur omnia agentia particulari, ita ꝙ & cœlum & agens ſingulare ſunt duæ cauſæ partiales quæ ſimul iunctæ conſtituunt unam totalem. Et id quidem ſic manifeſtatur. Agentia inferiora ſiue ſint elementa ſiue elementata nullā habent actionem realem phyſicam cum trāſmutatione materiæ ſiue tranſmutatio ſit ad formam ſubſtantialem ſiue accidentalem niſi concurrente cœlo, ergo ſe habet ut primū & vl'e agens contra nota: & probatur antecedens, omne qđ naturaliter fit in his generabilibus & corruptibilibus neceſſe eſt reduci in aliquam cauſam naturalem ingenerabilem & incorruptibilem. Sed hæc cauſa non eſt niſi corpus cœleſte ergo &c. Probatur ma. ſicut omne mobile oportet tandem reduci ad aliquod ī mobile quod eſt cauſa omnis motus, eo ꝙ in mouentibus & mobilibus non eſt procedere in infinitum ut iam probauimus in. 2. lib. etiam de mente pħi, ſic neceſſe eſt reducere omne generabile & omnem gn̄onē naturalem in aliquod ingenerabile & incorruptibile, quod ſit cauſa vl'is omnium quæ generantur in his inferioribus. Hoc autem non eſt primum principium, quia non diſponit ī mediate per ſeipſum hæc inferiora, ſed per cauſas medias. Hic autem intendimus de cauſa quæ ī mediate concurrit ad gn̄onem & omnem tranſmutationem rerum inferiorum. Nec eſt aliqua ex intelligentiis, qm̄ ſm̄ ueram pħiam, non mouent per ſeipſas mām ad formam patet autem ꝙ in om ni tranſmutatione cuius terminus eſt forma, mouetur ab agente materia ad formam, neceſſe eſt ergo ut vl'e agēs ad quod ī mediate reducitur omnis tranſmutatio inferiorum ſit agens corporeum ingenerabile & incorruptibile qđ ſit aptum naturaliter agere & mouere materiam ad formam. Hoc autem agens corporeum non poteſt eſſe niſi cœlum, ſolum enim inter agentia naturalia eſt ingenerabile & incorruptibile cum non ſit de natura quatuor elementorum

ut probatur in primo cœli.

Præterea illud uidetur uſe agens in his inferioribus quod agit ad uitam omnium uiuentium. Hoc autem eſt cœlum unde Commenta.in.2.cœli commen.63. Principium uite quod eſt in orbe,eſt cauſa omnis uite.& in.12.metaphyſi. commen.18.Sol & ſtelle aliquæ ſunt principium cuiuſlibet uiui in natura.

Quantum ad ſecundum.ſ.quo medio agit aduerte ꝙ nõ eſt asſignandum unicum medium, quoniam cum cœlum & aſtra inducant in his inferioribus nõ ſolum calorem ſed & alias qualitates ut manifeſtabimus ideo alio medio cauſant calorem alio ſiccitatem alio humiditatem &c.Ad manifeſtationem igitur propoſiti ponemus duas concl'ones.

Prima concluſio.Cœlum & aſtra cauſant in his inferioribus calorem lumine & motu probatur. lumine quidẽ qm̃ lumen ex natura ſui eſt calefactiuum in materia receptiua caloris qualia ſunt tria elementa inferiora, cuius ſignum eſt ut notat Commentator in.2.cœli commen 42.ꝙ uidemus loca umbre eſſe frigida. Cum igiẽ poſuerimus corpus terſum a quo radii luminoſi reflectũtur ad locum in quo radii non erãt ante uidemus illum locum calefieri & ante erat frigidus,& ſi illud corpus auferamus auferetur reflexio.& refrigidabitur locus.Igitur ex hoc apparet ꝙ radii calefaciunt per ſe.i.ex ſui natura.Quod etiam motu cauſetur calor declarat pħus in.2.cœli tex.42.ubi inquit.Natus eſt enĩ motus ignire & lapides & ligna & ferrum, ubi inquit Commenta.Diximus ꝙ partes orbis in quibus ſunt ſtelle calefaciunt aerem per motum, quia ipſe motus calefacit ferrum & lapidem,& cum motus calefacit ferrum & lapidem quãuis ſint multum remota a natura ignis dignior eſt calefacere aerem qui eſt propinquisſimus naturæ ignis hæc Commen.& aduerte ꝙ hæc probatio eſt ex ſola experientia per quam ſcimus quia ſic eſt,ſi autem quæras propter quid motus cœli & lux ſint cauſatiua caloris diximus iam in epitomate noſtro in.2.cœli in tracta.2.in.cap.1.Vide tu illic ne inutiliter fiat repetitio.

Et iterum si quæras utrum lux astri causet calorem sine motu. Dico q non ut etiam magis manifestabitur infra. Sed coniunctim ita q lumen cum motu, nam licet lumen ex natura sui sit productiuum caloris, tamē non exit in actum nisi per motum, ita q est quasi uehiculum & conditio requisita in hmōi calefactione. Motus autem non est causatiuus caloris nisi in materia disposita ad receptionem caloris & hac de causa sphæræ intermedie inter solem & elementa non calefiunt motu solis quoniam non sunt corpora calefactibilia licet illuminabilia quoniam sunt diaphana. Et q calor causetur a cœlo lumine & motu simul confirmatur per Commenta.in.2.cœli commen.42.ubi inquit, lumen est calefaciens per se motu & lumine. Ex his sequitur corollarie qđ motus sm q unitur distinctis qualitatibus quæ sunt in mobili est causatiuus diuersarum qualitatum. v.g. Motus localis Saturni qm̄ unitur qualitati uirtualiter frigide existenti in Saturno, ideo Saturnus per motum suum inferiora infrigidat. Mars exiccat luna humectat.

Secūnda conclusio. Astra non solum causant calorem in his inferioribus sed etiam frigiditatem siccitatem & humiditatem. Hæc conclusio magis constat nobis experientia q̄ ratione. Experimur enim q post longum & intensum calorem quasi momentaneæ cāusatur in aere lōnga & intensa frigiditas, non solum in hieme sed in uere in æstate in autūno, stante etiam quasi eadem propinquitate & elongatione solis a nobis. Vnde solent appellari hmōi tempora irregularia, experimur & uno anno in eodem climate & in eodem paralello hiemem duram & rigidam in alio anno hiemem mitem & remissam, experimur aliquibus annis longissimā siccitatem, in aliquibus oppositum unde non est dōm id ꝑuenire ex sola elongatione uel propinquatione solis ad nos sed ex qualitatibus uirtualibus existentibus in astris ultra lucem suam. Ex quibus sequitur corollarie q ut astra causent in inferioribus non solum calorem sed & alias primas qualitates, necesse est ut habeant ultra lumē alias uirtuosas qualitates. Nam per lumen quod ex natura sua est productiuū

caloris omnia astra ut luminosa calefaciunt & illuminant. Si ergo Saturnus infrigidat, luna humectat, mars exiccat. Iouis uiuificat, necesse est ut hæc ꝓueniant ab astris nõ ex lumine sed aliis uirtutibus sibi propriis.

Sed contra hanc conclusionem uidetur esse Commenta. qui in. 2. de cœlo commen. 42. sic inquit & ideo considerantes operationem stellarum in aliquo tempore attribuunt quibusdam earum calorem & siccitatem ut soli, & quibusdam frigiditatem & humiditatem ut lune, quibusdam frigiditatem & siccitatem ut Saturno, & quibusdam masculinitatem ut Saturno, quibusdam femineitatem, cum in rei ueritate non agunt frigiditates sed calores simil[illegible] unicuiq; elementorum. Sed hoc manifestum est in luna. quæ operatur in aquis manifeste. Et non extimo quod Auicen. dicit q̃ faciunt frigiditatem & calefactionem. Et hoc est remotum & extra fundamentum, sed si fuerit erit per comparationẽ hæc Commen. In quibus intendit q̃ stelle agunt tñ calorẽ & dicantur aliquæ stelle infrigidare, hoc non est nisi comparatiue. i. quia minus calefaciuut ergo scđa ꝯclõ est falsa.

Ad hoc respondetur dupliciter. Primo si uolumus ut Thomistam decet tenere sensum. b. Tho. negandus est Cõmenta. in hoc, qm̃ Commenta. uult omnes stellas esse eiusdem speciei specialissime ut patet in. 2. cœli in commẽ. 49. & per consequens non habent uirtutes uarias & distinctas specie, nec productiuas effectuum distinctorum specie quales sunt calefacere & infrigidare. Sed. b. Tho. sentit oppositum & impugnat Commenta. in. 2. cœli in lec. 16. Præterea. b. Tho. defendit Auicenn. cuius dictum non extimauit Commenta. & arguit ꝯ Commenta. ut uidere poteris in. 2. cœ. le. x. & hæc omnia resolute tetigimus ĩ epitomate nr̃o ĩ. 2. cœ. ĩ trac. 2. ĩ. c. 4. Quæ nõ sũt hĩ repetẽda. Sed uide tu.

Dicitur secundo q̃ Commen. in hoc discentit ab astronomis modernis. i. qui fuerunt post Calipum & Eudoxum ut Ptholomeus & alii post eum, qui posuerunt eccentricos & epiciclos & uarias uirtutes in planetis ultra lucem. Et conatur semper fuit Commenta. destruere eorum radices ut pa-

tet in. 12. metaph. in commen. 45. Sed non præualuit, unde in eodem commen. inquit. In iuuentute mea speraui ut hæc perscrutatio compleretur per me, in senectute autem iam despero & omnia argumēta quæ format cōtra Pthelomeum nos soluemus infra quando quæremus si est necesse dare eccentricos & epiciclos, & qm̄ positionem suam qua negat in. 2. cœli in commen. 42. stellas infrigidare & exiccare non probat, sed uult acceptari ex sua mera authoritate ideo ut sequentes sensum moderne astronomiæ, & qm̄ experientia docuit nos oppositum, negamus dictum suum.

Quantum ad tertium principale mouenda sunt quædam dubia ꝯ determinationem factam. Et primo circa efficiētiā cœli ĩ his ĩferioribus. Scd̄o circa motū. Tertio circa lumē.

Quantum ad efficientiam cœli aduerte ꝙ quidam tenēt cœlum non agere in his inferioribus efficienter & producēdo per uirtutem influxam, sed tantum determinando agentia particularia ad effectus suos, & dicunt ꝙ si cœlum quiesceret & nihil influeret per motum suum in hoc mundo inferiori, licet elementa & formæ eorum substantiales & accidentales non sufficerent ad generandum mixtum sine uirtute cœli influxa per modum determinātis. nec unū mixtum esset sufficiens ad generandum aliud mixtum, sufficerent tamen elementa ſm formas suas substantiales & accidentales, ad gñonem suam, ut ꝙ ignis generaret ignem, & calor calorem. Et ratio positionis suæ est quia extimant ꝙ causæ superiores respectu effectum causarum inferiorum non habent aliquam causalitatem in eliciendo uel comproducendo, sed tantum determinant agentia inferiora ad effectus suos, Cum igitur elementa per suas formas substantiales sint determinata per se ad suos proprios effectus & calor sit determinatus perse ad calefaciendum posito ꝙ cœlum qͥesceret adhuc producerent effectus suos. Mixtum autem non est ex se determinatum ad proprium effectum, sed per qualitates naturales actiuas & passiuas. Nec etiā istæ qualitates sunt omnino ex se determinatæ, quoniam cum sint communes omnibus mixtis in nullo determinate sunt

quin posſint aliter & aliter diſponere, ergo indigent determinari per motum cœli pro generando mixto. Hanc ſuam imaginationem dicunt eſſe de mente Commenta.in.7. metaph.commen.31. Qui loquens contra Auicen. de intelligentia dante formas dicit ꝙ in his quæ generantur ſine ſemine cum conſiderata fuerit demonſtratio Ariſ. apparebit hic ꝙ corpora cœleſtia ſunt illa quæ dant iſtis aliquid loco ſeminū & uirtutum quæ ſunt in ſeminibus, ex hoc dicto ſic arguunt, ſi corpora cœleſtia in non habentibus ſemen ſunt agentia loco ſeminum, ergo in habentibus ſemē non agūt ſi ergo concurrunt, concurrunt ſolum in determinando agens particulare. Præterea. Commenta. laudās uirtutem formatiuam que eſt in ſemine dicit in.7. metaph. commen. 31. ꝙ eſt uirtus diuina, & ꝙ agit modo intellectus operatiui, & non agit per inſtrumentum corporale, nec determinat ſibi mēbrum proprium, quod enim agat per calorem qui eſt in ſemine hoc non eſt ita ꝙ ſit forma in talibus ſeminibus ſicut anima eſt forma in corpore naturali ſed ita eſt incluſa in eis ſicut anima.i. intelligentia in corporibus cœleſtibus. Ex quo dicto ſic arguunt Commenta. ponit ꝙ agentia gñonem ſunt calor in ſemine & uirtus formatiua ut diuina, quæ eſt quædam uirtus non in ſemine ſed in principali generante & aſſiſtens ſemini ſicut intelligentia cœlo. Si igitur Commentat. ſe extimat ponere ſufficientia agentia gñonis in his quæ generantur ex ſemine ponēdo agens cōiunctum ut calorem in ſemine & agens aſſiſtens.i. uirtutem formatiuam, non eſt neceſſe ponere cœlum concurrere ut efficiens ſed ut determinans & regens gñonem. Non ergo cœlum habet efficientiam ſed determinationem in generatione inferiorum & aduerte ꝙ hæc imaginatio attribuitur Henrico quoli.14.q.1.

m Sed hæc opinio ideo decipitur quia non conſiderat ordinem & nexum qui eſt inter agentia naturalia inferiora & ſuperiora qualia ſunt corpora cœleſtia, nam ſi conſideraret ꝙ inter ea eſt ordo eſſentialis, & ſm ueram phiam iſta agentia inferiora ſe habent ad corpora cœleſtia, ut cauſa ſecun-

da ad causam primam, quæ non agit nisi agente prima, non incidissent in hanc imaginationem. Aduerte igitur, ꝙ sicut omnia entia supponũt ens primum quod est Deus, quo nõ influente omnia cederent in non ens, sic omnes motus & actiones mouentium & agentium inferiorum supponunt motum primum qui est motus localis cœli quo remoto, remoto remouentur, sicut remota causalitate causæ primæ remouetur causalitas omnis causæ secundæ. Hac de causa dixit pħs in. 8. physi. tex. 1. ꝙ motus primus est uita. i. fons & vłe principium in natura existentibus, se habet enim uniuersum ut animal in quo uidemus a motu cordis pendere motus aliarum partium & eo sublato aliæ partes immobilitantur sic in uniuerso a motu cœli pendet omnis motus rerũ naturalium ita ꝙ eo remoto immobilitantur omnia quocũque genere motus & mutationis naturalis ut motus localis alteratio augmentum & decremetum & generatio & corruptio. Vt ergo conserues ordinem essentialem & nexũ inter agentia inferiora & superiora tenebis ꝙ cœlum motum non solum determinat agentia inferiora ad proprios effectus, sed agit & influit in quocunq; effectu inferiori sicut causa prima influit in omnem effectum causæ secundæ sibi subordinate. Quod si tenueris imaginationem prædictam, declinabis in defectum eorum quos repræhendit pħs ĩ. 12. meta. in tex. ulti. qui auferentes ordinem a partibus uniuersi faciunt in connexam ipsius uniuersi substantiam.

Ratio autem adducta a sic imaginantibus non est alicuius roboris, falsum est enim causas superiores non habere aliquam causalitatem super causas inferiores quo ad effect⁹ earum Nam talem causalitatem habent qualem causa prima super effectum causæ secundæ, in quem magis influit q̃ causa secunda, non enim secunda influit nisi quia prima influit, unde homo gñat qa sol suo motu influit ĩ homine. Et dato ꝙ elementa & mixta per uirtutes suas actiuas essent determinate ad proprios effectus non possunt exire de potentia ad actum nisi concausante & coagente cœlo per motum, qm̃ iste est ordo inter motus nãles ꝙ secundarii qua-

& astra p motum suum sint aliqñ pñtia aliqñ absentia, aliqñ ppinqua, alqñ remota respectu eiusdem regionis ut innuit pbs in.2.de gñone dicens ꝙ motus circuli obliqui est cã alternationis gñonis & corruptionis ex his cõcludit ꝙ mot⁹ cœli non est rõ agendi in his inferioribus simplr, quia cœlũ põt agere sine motu, sed tñ est necessarius mõ quo dcm ẽ.

Duran. aũt conatur sic pbare intentum suum, si cœlum non põt agere in hæc inferiora sine motu, hoc est uel quia motus est pncipium formale quo cœlum agit sicut calor ẽ pncipium formale quo ignis calefacit uel quia est ipsa actio cœli p q̃ agit, sicut ignis calefacit p calefactionẽ quæ ẽ actio ignis uel quia est condõ necessario requisita sine qua cœlum nõ agit sicut motio securis a secante est necessario requisita in sectione, non. n. securis nisi mota secat. Non pmo quia pncipium formale aliquid absolutum ponit in agente, actuat .n. ipm, sed motus localis nullum absolutum ponit in mouẽte, non. n. põt ponere nisi locũ, nam si poneret formã subalem uel accñtalem, iam non esset motus localis, sed gño uel alteratio uel motus in q̃titate, locum aũt nõ põt ponere, qa non est in locato sed in locãte ex 4. phy. Non scdo, qa actio non est in agẽte sed in passo, motus aũt cœli est in cœlo, qa oĩs motus est in mobili ex. 3. phy. ergo motus cœli non est actio cœli p q̃ cœlum agat in alterum. Non. 3. quia motus localis non est necessario requisitus in corpe gñabili ut agat ut patet de magnete, qui quiescens trahit ferrum, ergo multo minus in corpore ingñabili ut est cœlum.

Ad hoc dr ꝙ motus localis requiritur in cœlo ut agat in inferioribus actione nãli, non quia sit pncipium formale ut argm pbat, nec actio cœli. sed ut necessario requisitum, est .n. condõ sine qua non. Qm ab agente non puenit actio nisi agens pportionetur passo. Corpus aũt ut agens non pportionatur corpi patienti nisi p motum, quia corpus non est mouens nisi moueatur, & hæc est nã corpis actiui & mouẽtis, & cum pbatur quia magnes trahit ferrum quiescens dr ꝙ ferrum magis & uerius trahitur ad magnetẽ q̃ a magnete, unde sm dictum Cõmen. in. 7. phy. cõmẽ. x. est attractio

equiuoce dicta, qm̃ attractio in qua attrahens est quiescẽs & attractum est motum non est attractio in rei ueritate, ex cõsequenti est magis ad magnetem ut ad finem, sicut lapis mouetur ad centrum. q̃ effectiuæ a magnete sicut nec lapis mouetur effectiue a centro, cœlum aũt motũ agit in inferiora effectiue & nõ ut finis. iõ nõ est sile de cœlo & de magnete.

Sed ꝙ motus non sit necessarius ad hoc ꝙ cœlum agat ĩ inferioribus actione nãli, arguitur sic a Pau. Son. in. 12. meta. q. 13. qui vr̃ declinare ad opionem Duran. si cœlum staret adhuc illuminaret sol partẽ terræ supꝫ q̃ existeret. ergo eam calefaceret, calefactio aũt ẽ actio nãlis ergo &c. Prima ꝯñtia est concessa ab oĩbus, scđa aũt sic ꝓbatur. Quod cõuenit alicui ₰m se non põt ab eo nãl̃r auferri. Sed lux ₰m se & ex nã sua est actiua caloris ergo &c.

Ad hoc dr̃ ꝙ licet lux ex nã sua sit actiua caloris non tñ ĩ se & ex se habet oẽm condõnem requisitam ad hoc ꝙ exeat in actum sicut licet gladius in se hẽat uirtutem incisiuam qa durus & acut⁹, tñ non exit in actum nisi ꝑ motum, ꝯdõ aũt requisita est motus, ita ꝙ si luci non adiungitur motus, non calefaciet ut ẽt diximus. s̃. vnde licet a luce nõ possit auferri ꝙ sit actiua caloris, põt tamẽ impediri ne exeat in actum ex remotione motus a corpore luminoso.

Quantum ad lumen de quo dcm̃ est ꝙ est actiuum caloris dubitatur, quia nõ uidetur uerum, nam si est calefactiuũ uel hoc habet a nã sua uel a motu quia. s. mot⁹ est calefactiuus, sed neutro mõ & ꝓ̃ ꝙ non ex nã sua, quia lumẽ nõ est ex nã sua qualitas actiua ergo non est calefactiuum. Contra nota Añs sic ꝓbatur si esset qualitas actiua hẽret oppositum ꝯ̃rium & non solum ꝑuatiuum. Contra patet, quia uidem⁹ ꝙ aliæ qualitates actiuæ hñt ꝯ̃rias ut calidum habet frigidũ humidum habet siccum graue habet leue. Sed lumini opponitur tantum tenebra quæ est priuatio ergo &c.

Ad hoc dicitur dupl̃r. Primo negatur ꝯñtia qm̃ nõ est uera nisi in qualitatibus actiuis elẽntaribus, quæ ꝓductione uniuoca sunt ꝑncipia ꝓducendi sibi sil̃e ut calor calorem &c. Scđo põt negari falsitas ꝯñtis, qm̃ licet lumen & lumen nõ

hēat oppositum ꝯrium sed tm̄ tenebram tñ ut est ꝓductiuū caloris habet aliq̄ qualitatem uirtualem ꝯriam ꝓductiuam frigiditatis, puta quæ est in Saturno, & hæc erit sibi ꝯria uirtualiter propter effectum ꝯrium & hoc sufficit.

Scdo arguitur ad idem, si lumen est qualitas actiua ergo ē spēs qualitatis sicut frigiditas. Sed spēs qualitatis distinguūtur p d̄rias ꝯrias & positiuas p̄cise de tertia spē qualitatis, igitur si lumē sit qualitas actiua habet ꝯriū, & nō solū p̄uatiuū.

Nunc ultimo soluenda sunt quædã dubia quæ insurgunt ꝯ determinationem factam ad mentum.b.Tho. Sed aduerte q quædam funddantur in dictis Commen. de quibus nõ curamus quoniam cum determinauerimus.b. Tho.in hoc non concordare cum Commenta.omnia dicta eius quibus tenet primum principium mouere cœlum imediate sunt neganda a Thomista & quoniam Paulus Sonc.in.12.metaphysi.q.32.tenet opinionem Comment.in hoc esse opinionem Aristo.ideo tenet de mente pħi et Commen.primum principium mouere cœlum imediate effectiue & ut finis & quoniam .b.Tho.tenet oppositum etiam de mente pħi, aliter non reprobasset Commenta,in.q. de spũalibus creatu-

ris ut supra allegauimus, ideo Paulus in hoc non defensat uiam Thomisticam. Reliquum igitur est soluere dubia quæ oriuntur ex dictis pbi & ex ratione q̃ formabimus.

Aduerte igitur duo dicta pbi, primum est in text. 38. ubi inquit: latio enim prima mutationum huius autem quæ circulo, hac autem. s. latione circulari mouet hoc. i. primũ mouens quod præmiserat mouere ut amatum, ergo fm ipm mouet & effectiue & ut finis, fcdm est in tex. 43. ubi inquit uidemus autem præter uniuersi lationem simplicem, quam mouere dicimus potentiam hic existentem substantiam & imobilem, ubi. b. Tho. exponens inquit, & hoc est primum mobile quod mouetur a primo motore fm Aristo. Sed Auicen. posuit &c. usque ibi, esse ab eo, in quo dicto habetur expresse oppositum determinationis etiam per expositionem b. Tho. unde uidetur sibi contradicere.

Respondetur, scio quod hoc est difficillimum argumentum pro b. Tho. tamen conabor soluere ne sibi ipsi sit contrarius. Dico igitur quod Auicen. & Arist. in hoc coucordant quod uterque posuit motorem primum mouere primum cœlum ut amatum & desideratum & sic ut finis. Discordant autem in hoc quod Auicen. concedere primum motorem mouere aliquo modo effectiue nec mediate nec immediate. Aristo. autem uult quod etiam effectiue moueat mediante tamen intelligentia desiderante.

Sed dices, ergo ita potest dici primus motor mouere omnes cœlos sicut primum & causare omnem motum cœlorum sicut motum diurnum qm̃ dat uirtutem mouendi omnibus intelligentiis, & coagit illis ut causa prima, qđ tamen est contra Aris. & b. Tho. qui particulariter attribuunt motum diurnum primo motori.

Ad hoc, negatur consequentia, licet enim moueat omnes cœlos effectiue ut causa prima coagens intelligẽtiis mouentibus, tamen excellentiori modo & absolute denominatur motor primi cœli, qm̃ in motu diurno magis declaratur uirtus sua, & qm̃ uľius & perfectius influit in intelligentia applicata primo mobili eo quod nobilior est inter cæte-

ras ut dicemus.

Ratione autem sic arguitur, si primus motor non est applicatus cœlo, ergo phs non sufficienter numerauit nec inuestigauit numerum substantiarum separatarum, quoniam cum inuestiget talem numerum ex numero motuũ orbium & secundum te primus motor nõ mouet imediate ut applicatus. ergo phs non conduxit discursum & inuestigationẽ suam usque ad primum principium, ex cõsequenti non conclusit sufficienter numerum entium separatorum.

Ad hoc respondet Ant.and.in.12.q.2.dicens quod quando phs inuestigauit numerũ substantiarum separatarũ non distinxit inter motorẽ coniunctum & motorem separatum. & sic videtur in cõparatione prætermisisse motorem primũ separatum. Sed hæc responsio non dignificat phm, ideo dico secundum principia.b.Tho.quæ posui.§.in.q.3.huius 12.quod phs per motũ physi.non inuestigat nisi intelligentias applicatas & numerum earũ, per motum autem metaph.qui est motus desiderii inuestigat primũ motorẽ ut finem vlem & optimũ desideratũ nego ergo hanc consequentiã, phs non inuestigauit primũ motorem per motũ physi.ergo non inuestigauit sufficiẽter numerũ substantiarum separatarũ, quoniam illa inuestigatio facta secundum pluritatem motuũ est solũ de motoribus coniunctis in quorum ordine non continetur motor primus, sed supponitur ut caput ordinis sicut dux non continetur in ordine exercitus sed est princeps presidẽs & caput in exercitu. Hæc de præsenti quæsito dicta sint, in quo dixi ut occurrere mihi potuit & dedi saltem uiam exercendi ingenii.

Qõ.16, si cœlum est animatum & quomodo.

Et ex hoc quidem apparet bene hæc corpora eẽ animata & quod non habent de uirtutibus animæ nisi intellectũ & uirtutem desideratiuam quæ mouet in loco Cõmenta, in commen.36.& b.Tho.in expositione tex.39.inquit, & hoc quidem uerum est secundum opinionem Aristotelis inquantum cœlum ponitur animatum anima intelligente & desiderante.

In hac

IN HAC .q. quatuor agenda sunt. Primo quid dõm de aĩatione cœli ẜm plm̃ sequendo uiam Cõmen. Scdo qd dõm de eodem sequẽdo uiam .b. Tho. Tertio quid dõm de eodẽ sequendo uiã Auic. Quarto quid dõm ẜm ueritatẽ.

Quantũ ad uiã Cõ. ꝑpono duas distõnes deinde ↄ̃clones rñsiuas. Deinde soluent quædã dubia insurgentia ꝯ Cõmen.

Prima distõ. Cœlum sumitur dupl'r. Primo ꝓ corpe cœli circũscripto motore suo. Scdo pro corpe cœli & motore suo quæ est intelligẽtia, ex qbus fit unũ aggregatũ mõ suo.

Scda distõ. Aĩatum dr̃ dupl'r. Primo aĩatum aĩa in exñte & informãte, sicut uera forma informat mãm, quales sunt aĩæ aĩatorum inferiorum. Scdo aĩatum aĩa non informãte sed appropriata & dantẽ motum, & cõiũgit .n. ẜm motũ eo q; est ꝑncipium imediatum & determinatum motus.

Prima conclo. Cœlum circũscripto motore, non est aĩatum ꝑ mõ, hæc ꝓbatur sic ẜm doctrinam Cõmen. Aĩatũ ꝑ mõ componit ex uera mã quæ est ps compositi & uera forma, aĩa .n. in aĩato ꝑ mõ est actus corpis, & tale aĩatum est corpus organicum, qđ ponitur in diffõne aĩæ. Sed cœlũ nõ componitur in uia Cõmen. ex mã & forma ut declarauim⁹ in lib. 8. nec est corpus organicũ ex. 2. cœli cõment. 42. nulla .n. diuersitas ꝑtium est in cœlo nisi ẜm rarum & densum, organicum aũt importat diuersitatem ꝑtium ẜm cõpõnem & complexionem, ergo cœlum circũscripto motore nõ est animatum primo modo.

Scda conclo. Cœlum sumptum ꝓ aggregato ex corpe cœli & ꝓprio motore non est aĩatum ꝑ mõ, ꝓbatur sic i uia Cõmen. aĩatum ꝑ mõ est gñabile & corruptibile cœlum nõ est gñabile & corruptibile ex ꝑ cœli ergo &c. Maior ꝓbat ex ꝑncipiis suis licet falsis, qm̃ tenet q; in q̃libet aĩato ꝑ mõ aĩa est educta de potentia mãæ, ex ꝯñti aĩatum est genitum cuius gñio est terminus alterationis. Hac de cã tenet aĩam humanam non esse formam informantem & dantem esse ut declaratum est in .3. de aĩa. Quare &c.

Tertia cõclo. Cœlum sumptum .2. mõ est aĩatum .2. mõ in uia Cõmẽ. sic ꝓbatur, ẜm plm̃ in .2. cœli tex. 7. sex dñæ

pōnis sunt in cœlo ergo est aīatū,ꝓbatur ꝯñia,qa iste pōnes sunt ꝓpriæ aīatorum,ergo &c. Præterea,qð habet intellm̄ & appetitum est aiatū,qm̄ ista sunt ꝓpria nāæ uiuæ sed ſm pħm in li.12.meta.tex.36.in cœlo quod mouetur a p̄ mo tore ut ab appetibili,oportet ponere intellm̄ & appetitum, quod.n.mouetur ab appetibili appetens est & illic dicit pħs ꝙ pncipium appetitus est intelligentia, ergo in cœlo sumpto.2.mō est appetitus & intells ex consequenti est aiatū, non p̄ modo ut probatum est,ergo secundo modo.

Sed contra hanc tertiam conclōnem insurgunt duo dubia in uia Cōmen.Primum est si cœlum nō est aīatum aīa informante sed tm̄ appropriata ita ꝙ intelligentia dicaſ aia eius,ergo intelligentia mouens non intelligit motum cœli, & ꝑ ꝯñs nō mouet ꝑ intellm̄ & appetitum, nec appetit mouere ut assiſtetur p̄ motori quæ oīa sunt ꝯ ipm Cōmēt.i hoc 12.in cōmen.36.ubi inquit.& ꝙ non hñt de uirtutibus aīæ nisi intellm̄ & uirtutem desideratiuam quæ mouet in loco & infra inquit.Quapꝑ hoc mouens est intells. Contra autē ꝓbatur,qm̄ apud Cōmen.nulla suba sepata intelligit indiuiduum sed motus cātus ab intelligētia puta Saturni,& cœlū eius sunt quædam indiuidua est.n.hic motus & hoc cœlum ergo &c.Qð aūt apud Cōmē.nulla suba abstracta intelligat indiuiduum hr̄ expſſe in libr.suo de somno & uigilia ubi sic inquit.& declaratū est in pma pħia ꝙ istæ intelligentiæ abstractæ intelligunt nās vles & non dant nisi sile eius qð hñt, impole est ut dent intentionem indiuidualem oīno cum nō hñt nām cōphendendi intētionem pticularem,& illæ formæ vles non indiuiduantur nisi ꝑꝑ mām, & si intelligētiæ abstractæ cōphenderent indiuiduum,tūc necessario essent māles,hæc Cōmen.ex quibus patet subam abstractam ſm opinionem suam non intelligere singulare.

Ad hoc dicunt Cōmenti.ꝙ licet intelligentia non cognoscat motum cœli quem cāt in pticulari,cognoscit tñ in vli. & ex ꝯñti reuolutiones pticulares ſm ꝙ includuntur in motu p̄ accepto ſm suum ambitum. Sed mihi vr̄ ꝙ illa cognō in vli non sufficiat ad hoc ꝙ causet motū æternum ꝑ itellm̄

& appetitum, nam appetens finem determinatum & pticularem necesse est ut cognoscat determinatum medium, quo assequatur finem, alr non magis hoc q̃ illud eligeret mediū. Cum igitur intelligentia appetat assilari p̃ motori ut in pticulari cognito, necesse est ut cognoscat in pticulari motum suum, ut medium ordinatum ad finem suum desideratum. Et iõ vr dõm in uia Cõmen. ꝙ intelligentia cognoscit motum quem cāt ut est hic motus. non quidem p spēm motus sed in essentia sua. Nam intelligentia cognoscens essentiam suam pfecte cognoscit ex ꝯnti oēs ,pprios effectus quoꝝ essentia sua est cā, & cum sit cā effectiua motus æterni, cognoscit ipm ut effectum suum. Inde gradatim cognoscit cœlū receptiuum sui motus. Inde cognoscit res inferiores p motum suum ,pducibiles tanq̃ effectus mediatos. & qñ arguit ꝙ Cõmen. negat intelligentiam abstractam cognoscere indiuiduum, dico ꝙ intendit intelligentiam non cõphendere indiuiduum p spēm ,ppriam, spēs. n. p̃ repñtatiua indiuidui sumitur sensu & imaginatione quæ non sunt in intelligentia cū sit extra magnitudinem. Et rõ q̃ adducit Cõmen. in lib. suo de somno & uigilia declarat hanc fuisse mētem suam. Dicit .n. cum non hñt nām apphendentem intentionem pticularem, constat aūt apud pħm & Cõmen. nām apphensiuā pticularis intentionis esse sensum quæ est potentia mālis, & iõ Cõmen. ibidem sic infert si intelligentiæ abstractæ comphēderent indiuiduum tunc necessario essent māles.

Scdm dubium est. Qm̃ si cœlum circūscripto motore nõ est aīatum, ergo est ignobilius formica, qm̃ oē inaīatum est ignobilius aīato ex. 2. cœli cõmen. 6 r. Hoc aūt uidetur repugnare cœlo, quoniā perpetuū nobilius est corruptibili.

Ad hoc Cõmenti. uariæ rñdent. Mihi aūt vr dõm ꝙ aliqđ corpus põt esse nobilius alio dupl'r. Primo quo ad gradum essendi, & sic concedo formicam esse nobiliorem cœlo qm̃ habet esse & uiuere, qui sunt duo gradus essendi. Scdo quo ad modum essendi, qui modi sunt esse contingens esse necessarium esse corruptibile esse ppetuum, & sic dico cœlū esse nobilius quocunq; inferiori simplici uel cõposito aīato uel

inaiato, nam oīa inferiora corruptibilia sunt, cœlum aūt habet esse necessarium ꝑpetuum, unde dr̄ diuinum corpus ex 2. cœli tex. 1. Hæc dicta sint quo ad mentem Commentatoris de aiatione corporum cœlestium.

Quantum ad mentem. b. Tho. loquendo ſm Arist. inuenio diuersum modum loquendi, nam in qōnibus disputatis de spūalibus creaturis art. 6. & in. 1. ꝑte. q. 70. artic. 3. tenet expſſe cum Auer. & dicit non esse concedendum ſm Aristo. cœlum esse aiatum nisi. 2. mō, uerum in. 2. ꝯ genti. c. 70. ꝓbans ꝯ Auer. ꝙ aīa intellectiua sit forma corpis. expſſe ꝑ totum illud. c. conatur declarare ex rōnibus Aris. cœlum esse aiatum ꝑ mō, & hanc fuisse mentem Arist. Vt igitur liberes b. Tho. a ꝯdictione sequeris determinationem q̄ fecit in. q. de spūalibus creaturis & in. 1. ꝑte. & dices ꝙ qn̄ alr̄ cōclusit in summa ꝯ gentes, hoc non dixit quasi de fcō sic sit, sed ꝙ nō repugnaret ꝑncipiis Arist. quin posset talis sensus elici ex dictis suis. Et id congruentissimæ fecit. Qm̄ Cōment. credit repugnare ꝑncipiis Arist. subam intellectualem informare mām. Et. b. Tho. quasi exaggeratus uoluit declarare id non repugnare quasi sic arguēs, nō repugnat in uia Arist subam intellectiuam informare corpus cœli. ergo pari rōne nō repugnat aiam intellectiuam informare corpus humanum. Si hāc rn̄sionem sequeris liberabis. b. Tho. a ꝯdictiōe. & nō dissentient. b. tho. & Cōmen. in facto de aiatione cœli, licet dissentiant in hoc qđ est non repugnare.

Quantum ad opionem Auicē. nota ꝙ ut pōt hēri ex doctrina sua in. 9. lib. suæ meta. cap. 2. opinatus est cœlū aiatū ꝑ mō. ita ꝙ negauit intelligentiam quæ est uirtus intelligibilis pura. i. extra magnitudinem & mām oīno posse esse ꝑncipium ꝓpinquum motus in cœlo, unde sic inquit. Dico ēt ꝙ ꝑncipium sui motus ꝓpinquum non pōt esse uirtus intelligibilis pura quæ non uariatur nec imaginatur ꝑticularia, cum negauerit intelligentiam posse esse ꝑncipium ꝓpinquū motus coactus fuit ponere aiam intellectiuam informantē ut ꝑncipium ꝓximum qđ se habet ad cœlum sicut aīa nr̄a ad nos unde sic inquit. Aia uero quæ mouet cœlū est sicut

jam notum est tibi corpalis conuertibilis uariabilis nec est spoliata a mã, cuius comparatio ad cœlum, est sicut compa ratio nr̃æ aĩæ ad nos. Rõ aũt motiua apud Auic. fuit, quia ar bitratus est q intelligentia non cognoscit singularia cum sit libera ab oĩ magnitudine a mã indiuiduante sicut etiã dixit Cõmen. in lib. suo de somno & uigilia ut. s. allegauimus, & qm̃ necesse est motorem ꝓpinquum cœli intelligere motũ quem cãt & cœlum quod mouet quæ sunt quædam singularia mãlia, alr non moueret qm̃ pncipiũ motionis in cœlo est cognõ & appetitus, iõ credidit oportere cœlũ hẽre aĩam in qua sit intellectus cognoscitiuus vl̃ium & imaginatiua co gnoscitiua singularium.

Sed hæc opinio nullum habet fundamentum ueritatis, nec ex sensu, nam falsum est intelligentiam nõ posse intelligere singularia licet non p ꝓpriam spẽm ut diximus soluen tes pmum dubium motum ↄ Cõmen. Item non põt cõuin ci ex sensatis cœlum esse aĩatum nisi ex motu. Sed motus non cogit ponere aĩatum ꝑ mõ sed sufficit. 2. mõ ut declara bitur infra. Item posito q aĩa informans esset in cœlo, adhuc non cognosceret singulare p imaginatiuam. qm̃ est po tẽtia sensitiua cuius organum est corpus elntatum qđ repugnat nãæ cœlesti, cognosceret ergo intellectu; sed pp actũ intelligendi nõ est necesse q uniatur cœlo ut forma ut declarabitur. ergo opinio Auicennæ nullam habet euidentiã, sed est mera imaginatio.

Quid aũt tenendum sit ẜm ueritatem dico q non est po nendum aĩatum nisi. 2. mõ, qm̃ modus aiationis manifesta tur nobis ex opatione aĩati. Nulla aũt opatio appet in cœlo p q q̃ simus conuicti ponere ipm̃ aĩatum ꝑ mõ. Nam ibi nõ sunt opationes u getatiuæ nec sensitiuæ, qm̃ ut declaratũ ẽ in. 2. de aĩa reqrunt organũ consurgens ex mixtione elnto rum, cœlum aũt est corpus quintum, ut ꝓbatum est in ꝑ de cœlo, nec est appetitus sensitiuus quia sequitur apphensionẽ sensitiuam, qua remota a cœlo, ex ꝑñti remouetur talis ap petitus. Propter aũt intelligere non est necesse esse aĩatum ꝑ mõ, qm̃ intelligere est opatio non organica, nec indiget cor

pore nisi rõne phantasmatum deseruientiũ ipsi intelligere, phantasmata aũt ad ptem sensitiuam ptinent, quæ non põt esse in cœlo ut diximus, ergo intelligere cœli non cõuincit ipm aiatum p̃ mõ. Nec motus localis, qm̃ ex. 7. physi. & . 8. sufficit mouẽs & motum esse sil'r ita q' inter ea sit tactus nãlis aut metaphoricus de quibus loquitur pħs in p̃ de gñone text. 44. & . 45. Nãlis quidem est inter duo corpa actiua & pas. adinuicem, sicut inter el'nta in suis extremitatibus uel adinuicem approximata Metaphoricus aũt est inter monẽs non q̃tum & corpus mobile, ꝑut mouens applicat uirtutẽ suam & imp̃mit in mobili sed non econuerso & hoc mõ cõtristans tangit nos, sil'r letificans & intelligentia tãgit cœlũ, non ergo ex motu locali conuincimur ponere cœlum aiatum p̃ mõ. Nec ex cãlitate cœli sup aiata quæ ꝑducunt ex motu cœli in mundo inferiori. Nam talis cãlitas nõ est uniuoca sed equiuoca, in qua non est necesse cãm esse formal'r sed uirtual'r talem qualis est effectus & sic dico q' sufficit cœlum unitũ intelligentiæ esse uirtual'r uiuum ad hoc q' ꝑducat p se aut comproducat uiua q̃ uirtutẽ trahit ab intelligentia uiua. Sicut calor nãlis trahit ab aia uirtutem gñandi carnem uiuam p digestionem alimenti & ut sic põt dici calor uirtual'r uiuus quia est instrm aiæ, qd̃ non uerificatur de calore ignis. Cum igitur nulla rõne efficaci fulciatur põ de aiatione cœli p̃mo mõ, non est hoc tenendum ẜm Aristot. nec ẜm ueritatem. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Q̃õ. 17. si intelligentia mouens cœlum põt esse forma uera dans esse cœlo.

IN HAC. q. aduerte q' licet oẽs Cõmentistæ concorditer defendãt Cõmen. ꝯ Auic. q' non sit uera aia in cœlo quæ sit forma cœli, sicut aia aialis est forma eius, tñ aliqui tenent q' intelligentia applicata cœlo põt esse uere forma dãs esse cœlo, ita q' sit, ac si esset aia eius & qm̃ reputo id esse purum errorem & ẜm pħm & ẜm ueritatem iõ sic ꝓcedendũ est. Primo ponentur duæ conclusiones responsiuæ. Secundo soluentur quædam dubia.

Prima conclo, ex intelligentia & cœlo nō pōt fieri unū p informationem sed tm̄ p applicationē mouentis ad mobile. Hæc conclo apud Cōmen. vr̄ manifesta qm̄ apud ipm̄ repugnat nām intellectualē īformare mām, uñ negauit aīam humanā esse formā dantē esse, alr ut ipse opinatur licet falsæ, esset gn̄abilis & corruptibilis & extensa ad extensionē māæ quia reciperetur in q̄to, & tm̄ indiuidualr apphenderet, quia sicut opinatur formā abstractā intelligere tm̄ vl̄e, sic formā informantē mām apphendere tm̄ indiuidualr. Cū igitur Cōmen. negauerit intellectiuum pncipiū quo intelligimus posse informare mām, multo magis intelligentiam, quæ & æterna & ipartibilis & imālis & abstracta est ex sui nā. Præterea cū apud Cōmen. in. 2. cœli cōmen. 3. lois forma dans esse ei quod informat fatigetur in mouendo, sequitur intelligentiā non posse mouere motū æternū regularē & uniformē quod est ɔ̄ pb̄m in. 8. phy. Præterea. Cū apud Cōmē. ut declaratū est. ō. Deus moueat pmū cœlū imediate, sequitur ꝙ posset informare pmū cœlū, ex ɔ̄nti non eēt pmū mouens oīno imobile, qm̄ oē informans ꝰm esse mobile est aut p se aut p accn̄s neç esset purus actus, qm̄ puro actui repugnat cōpō cū his & ex his, hæc. n. includunt potētialitatem & imperfectionem.

De mente aūt pb̄i sic pbatur, nulla uirtus mouens tpe īfinito est in magnitudine ex. 8. phy. tex. 39. sed oīs intelligētia ꝰm pb̄m in. 12. meta. tex. 43. mouet tpe īfinito, ergo nō pōt esse i magnitudine p informationē sed tm̄ p applicationē. Præterea, oē informans magnitudinē est mobile saltē p accn̄s ꝰm subam, quoniā si totū mouetur necesse est & ptes moueri ad motū totius. Sed apud pb̄m intelligentiæ sunt oīno imobiles ꝰm subam suā, quoniā si mouerentur saltē p accn̄s ipoīe esset ut motū continuū æternū mouerēt ex. 8. phy. tex. 52. Dixi ꝰm subam, quoniā non inconuenit intelligentias planetaꝝ moueri non ꝰm se sed rōne orbis sui. qui mouetur motu raptus ad motum primi mobilis.

Scđa conclo, ꝰm ueritatē repugnat intelligentiæ informare corpus aut mām dans esse ei qđ informat et. pbatur,

nulla suba integra.i.quæ continet integritatem nãæ debitæ suæ spẽi est informatiua corpis aut mãæ quoniã oē sic ĩ formatiuũ est ps constitutiua alicuius tertii, ex pñti non est nã integra sed ptialis.Constat aũt apud recte sentientes, q̃ ĩtelligẽtiæ sunt subæ integræ & cõplete in spẽ sua.ergo &c.

Præterea.Oẽs intelligentiæ supgrediũtur ordinẽ totius nãæ corporeæ,vñ dñr diuinæ lubæ & diuinæ mentes, ergo non sunt informatiuæ corporum aut mãæ.

Præterea.Illa unio & informatio esset frustra quoniã nõ est necessaria pp motum ut declaratũ est.ỡ.nec pp intelligere ut ẽt declaratũ est in.qõ.præcedenti ergo &c. Præterea hoc non est dignificare illas diuinas subas,sed potius uilificare,qđ tñ non est siľe de aĩa humana quoniam cum sit forma est ex nã sua unibilis mãæ.Quare &c

Sed ꝯ pmã concl̃onẽ insurgunt dubia ex dictis Cõment. nã in.2.c.de suba orbis dicit q̃ cœlũ indiget mouente ipm in loco, & uirtute quæ non sit corpus nec uirtus in corpe ad largiendũ sibi pmanentiã æternã & motũ æternũ. Sed pmanentia cœli est esse cœli,ergo illa uirtus quæ est ipsa ĩtelligentia dat esse cœlo,ex consequenti est forma cœli.

Ad hoc dr̃,q̃ dare pmanentiã põt intelligi dupl̃r primo formal̃r,scđo cõseruatiuæ.Cõmen.intendit scđo mõ & nõ pmo.Tenet.n.q̃ corpa cœlestia hñt cãm cõseruantẽ.i.uirtutẽ pmi pn.a quo pẽdent in gñe cãæ finalis, utrũ aũt ab eo sint effectiuæ ẜm Cõment.quæremus infra qñ quæremus si pmũ est cã pductiua oĩum.Dare aũt pmanentiã & esse cõseruatiuæ non conuenit formæ,sed potius agenti uel causæ quæ habet modũ agentis.Non ergo ex dcõ Cõmen. põt cõcludi intelligentiã esse informantẽ cœlũ sed potius conseruantem,qđ tamen potius uerificatur de uirtute primi prin. q̃ de alia intelligentia.

Secundo pħs & Commenta.in.12.metaph.tex.& com men.36.attribuunt cœlo intelligere & uelle.qui sunt effe ctus formales intelligentie ergo intelligẽtia est forma cœli.

Ad hoc dr̃,q̃ cœlum illic sumitur ut dictum est supra p congregato ex cœlesti corpore & intelligentia,& dictũ pħi

non uerificatur ratione congregati sicut dicimus q̃ sentire est actus non solius animæ sed coniuncti, sed ratione intelligentiæ sibi unitę & appropriatę.

Tertio dicit Commen. in. 2. cœli commen. 3. q̃ ex intelligentia & orbe fit uerius unum q̃ ex mã & forma hoc autem nõ esset nisi quia intelligentia est nobilior forma cœli q̃ forma recepta in materia. ergo &c.

Ad hoc dr̃ q̃ dictum Commenta. sic habet intelligi, ex intelligentia & orbe fit magis. i. nobilius unum q̃ ex mã & forma: non quia fiat magis unum per se sed quia fit aggregatum incorruptibile, qđ non fit ex mã & forma. Arbitrat. n. omne compositum ex materia & forma esse corruptibile ut declarauimus in. 8. lib. & ideo negauit materiam quæ est ens in pura potentia esse in cœlo.

Quarto si intelligentia non est forma. ergo hæc est falsa, corpora cœlestia mouentur quia intelligunt q̃ tamen concedit phs & Commentat. in 12. metaph. tex. & comment. 36. Contra probatur, quia nullum ex assistentibus aggregatum denominatur operari operatione conuenienti alteri assistentium stultum. n. esset dicere discipulum intelligere quia magister sibi assistit, sed ideo intelligit quia inest sibi aĩa intellectiua qua intelligit. Si igitur intelligentia non est forma cœli sed tantum assistens: falsum est dicere, cœlum intelligit quia intelligentia assistens intelligit.

Ad hoc dr̃ in uia Commenta. q̃ consequentia est falsa. Ad probationem Commentat. negaret assumptum. Nam in uia sua erronea dicitur Sortes intelligere. quia intellectus qui est unus omnium hominum. & non est forma dans esse sed copulata intelligit.

Contra secundam conclusionem arguitur sic. si intelligẽtiæ repugnat esse forma corporis aut mãæ hoc est, uel quia est nã intellectualis, uel quia subsistens, uel quia differẽs spẽ ab anima, uel quia est quid completum in spẽ ideo non potest esse ps speĩ. Sed primum non obstet, aliter intellectiua non posset esse forma corporis. Non scđm aliter anima separata non esset nã unibilis mãæ. Non tertium quia anima eq

differt spē ab anima hominis & tamen est forma mãæ. Nō quartum, quia posito ꝙ intelligentia esset forma corporis puta cœli, adhuc non esset pars alicuius spēi, quia non resul taret ex intelligentia & cœlo aliqua. s. nã per se una & per fecta in spē, cuius pars formalis esset intelligentia. Nam esse partem spēi non conuenit nisi formæ quæ est cōplemētum mãæ & terminus gñonis forma autē quæ est largiens ulti mas perfectiones. i. operationes ei cuius est forma, & nō est finis gñonis non est necesse ꝙ sit pars speciei sed potest esse quid completum in specie. Talis autem esset intelligētia po sito ꝙ sit forma corporis.

Ad hoc dicitur ꝙ est propter quartum. Ad improbationem dico ꝙ loquendo de forma propriæ informatiua & vera informatione & uera mã informabili, est i itelligibile qn sit pars & quin ex ea & mã consurgat noua spēs, nec ualet distinctio de forma data qm̄ in uera pbia, forma est quæ dat esse aut subale si est subalis, aut accidentale si est accidentalis, ex consequenti est terminus gñonis. Sumere autem aliquid ut dat ultimas perfectiones, non est esse proprie formam informantem, sed equiuoce & improprie non enim est loqui ad intentionem conclusionis nostræ. Hæc de præsent i quæsito dicta sint.

Quæstio. 18. si in primo principio est delectatio & uita excellentissimo modo.

IN HAC quæstione non cadit multa difficultas. Totū est scire declarare causas unde prouenit delectatio. & scire radicem ac gradus uite. Tu igitur. Primo declarabis causas delectationis, deinde pones conclusiones responsiuas. Secundo inuestigabis radicem primam qua dr̄ aliquid uiuere & iuxta illam assignabis gradus uite ꝫm excellentiam minorem & maiorem deinde pones conclōnem rñsiuam de excellentia uite in primo principio.

Quantum ad causas delectationis aduerte ꝫm doctrinā Auicen. in lib. 8. suæ metaph. cap. 7. ꝙ sunt duæ partiales ita ꝙ neutra sufficit sed necesse est ut utraꝗ concurrat ita ꝙ cō

iuncte faciunt unam sufficientem. Prima est coniunctio alicuius conuenientis: sicut quando dulcis cantus peruenit ad auditum. Proportionata lux ad oculum, suauis cibus ad gustum. Ex opposito cā tristitie est unio disconuenientis, ut caliditas uel frigiditas intemperata unita tactui. Cibus amarus gustui. Scđa est appræhensio & cognō talis conuenientis. Nam si aīal dormit dato ꝙ sibi uniaꝛ res conueniens nisi illud agnoscat & ut conueniens & ut unitum uel positū in facultate sua & in suo placito non delectatur ꝑpterea dicit pħs in. 12. meta. tex. 39. ꝙ uoluptas est actio ubi inquit Cōmen. cōmen. 39. Causa uoluptatis est cōphensio. Ex opposito apphensio disconuenientis uniti ipsi aīali est cā tristitiæ. Ex quibus corollarie sequiꝛ ꝙ gradus delectationis sumunꝛ penes gradus bonitatis & perfectionis & pulchritudinis & unionis & apphensionis, in obiecto delectabili & cōuenienti, ita ꝙ si parua sit bonitas & perfectio obiecti & parua unio, & parua appræhensio saltem extimatiua parua est delectatio. Scđm autem ꝙ illa maioranꝛ, & delectatio silr. Si autem sint in maximo gradu, & delectatio erit maxima. Vnde inquit Auicē. in li. 9. suæ meta. cap. 7. Cuius perfectio est nobilior & maior & diuturnior & uicinior & præparatio & cuius actio est perfectior, & apphensio est in se fortior illius delectatio erit excellentior & gloriosior.

Sed aduerte ꝙ licet delectatio ẜm famositatem sit nobis manifesta magis & prius ẜm sensum, tamen non in solo sensu stat delectatio, īmo nobiliori modo est in bono ī māli & in appræhensione intellectiua simul cum uirtute intellectuali desideratiua, qm̄ bonitas & perfectio rei īmālis maior est & coniunctio intimior & appræhensio intellectiua nobilior & uoluntas est appetitus excellentior q̄ appetitus sensitiuus. vñ inquit Auicen. ubi. s̄. Oportet ut scias ꝙ appræhensio qua intelligens appræhendit intellectum fortior est q̄ appræhensio qua sentiens appræhendit sensatum, quia est intellectus qui intelligit & appræhendit quicquid potest spoliari ab aliquo, & mutari cum eo & appræhendit illud inq̄tum est ipsum, & non id quod apparet de eo. Non est aūt sic

sensus sensato. Igit delectatio quæ est nobis de hoc qđ intelligimus conueniens magis est q̃ ea qua sentimus cõueniens, ita ꝙ non est comparatio inter illas.

Prima conclusio. Intelligentiæ mouentes cœlos intelligentes & desiderantes siue amantes primum principiũ, maxime & incessanter delectantur ꝓbatur. Primum principiũ qđ est nobilissimum & optimum & maxime pfectiuum eis intime coniungitur intellectu aliter eo ꝙ intelligunt ipsum intellectione clarissima & certissima quia non per spẽm mediam sed p essentiam suam coniungit illis, & continue, quia sicut continue mouent sic continue intelligunt primum pn̄cipium ergo maxime & incessanter delectant in eo. Contra patet ex causis adductis quibus orit delectatio. Et eadem cõclusio confirmat per Auicen. in li. 9. suæ meta ca. 7. ubi inquit. Prudens homo non putet ꝙ omnis delectatio est sicut delectatio asini &ꝙ prima principia. i. intelligẽtiæ quæ sunt proxima. i. unita dño seclorum careant oĩ delectatione & gaudio, & ꝙ ꝓpria pulchritudo dñi seclorum quæ est ei in regno suo. & sua uirtus quæ est infinita non sit ei in ultimo nobilitatis & excellentiæ & suauitatis sed extollendo eum uocamus hæc delectationem improprie. Sed quæ comparatio potest esse superiorum ad hæc uilia &c.

Secũda conclo. Primum principium in seipso maxime ac mirabilissime delectatur amatq; seipsum inenarrabiliter probatur. Primum principium est bonitas & perfectio & pulchritudo infinita. & infinite se intelligit & nõ solum vnitur suæ bonitati, sed est sua infinita bonitas, ergo delectatio sua est infinita & amor sui inenarrabilis. Cõtra patet ex causis generantibus delectationem & amorem. Et hæc conclusio confirmatur per Auicen. in. 8. lib. suæ metaph. cap. 7. Sic. n. inquit. Qm̃ delectatio non est n si appræhensio conuenientis sm̃ ꝙ est conueniens, unde sensibilis delectatio ẽ sensibilitas conuenientis, & intelligibilis est ut intelligat conueniens, igitur primus est excellentior appræhensor cũ excellentiore appræhensione excellentioris apphensi, & ideo est excellentior delectator cum excellentiori delectatione

in excellentiori delectato. & hoc est in quo nihil potest ei cõparari, haec Auicenna.

Quantum ad uitam utrum sit in p̃ principio fœlicissime, inuestigandum est p̃ quid sit uita uel uiuere, & unde habent aliqua q̃ dicant̃ uiuere. Aduerte igitur ut notauimus in epitomi nostra super lib. de morte & uita in paruis nãlibus, q̃ uita dupl'r considerari potest, p̃ ut inuenitur in uiuẽtibus inferioribus quæ ꝓprie dr̃ uita nãlis corruptibilis. & sic diffinitur ab Arist. in lib. de morte & uita, uita est mansio nutritiue animæ cum calido sibi ꝓportionali. Quæ diffinitio quõ intelligenda sit iam declarauimus in epitomi nostra in lib. de morte & uita tractatu unico cap. 1. uide tu. 2. considera tur uita absolute. & tunc uita est existentia uel operatio naturæ mouentis seipsam in operationem sumendo motum non solum physicæ sed etiam metaphysicæ prout intelligere uelle appetere dicũtur motus qui est actus perfecti. Nam uiuentia primo distinguuntur a non uiuentibus, quia in non uiuentibus non apparet principium actiuum sui motus, sed potius mouentur ab extrinseco princ. in uiuentibus autem principium actiuum sui motus est intrinsecum, ideo dñr uiuentia mouere seipsa aliqua spẽ motus siue physici siue metaphysi. Cum igit̃ unumquodq; dicatur uiuens inq̃tum mouet seipsum sequitur q̃ prima radix uite sit mouere seipsum & ubi motus suiipsius minus pendet ab extrinseco. & talis motus sit nobilior uita quoq; erit nobilior. & q̃n mot⁹ metaphysicus eo q̃ est actus perfecti nobilior est motu physico qui est actus imperfecti, ideo sequitur q̃ entia metaphysicalia, i. diuina quales sunt intelligentiæ & primum principium in quibus sunt motus metaphysici & mouent se tali motu, longe nobiliorem uitam habeant q̃ uiuentia nãlia. unde inquit pħs in. 2. de cœlo tex. 100. Vita est illic semper permanens perpetua ſm perpetuitatem seculi seculorum qđ non finitur neq; destruitur, & est uita nobilissima. Ex his ergo ponitur conclusio responsiua.

Licet intelligentiæ habeant uitam nobilissimam & sibi sufficientissimam, tamen primum principium incomparabi

liter fœlicissimam habet uitam. Quod intelligentiæ habeāt uitam nobilissimam patet qm̄ eorum uita est esse imāle intellectuale, perpetuum inalterabile, & est earum intellectio qua intelligunt se & primum principiū & amant & desiderant, habentq; primum principium ut bonum optimum sibi intime unitum qua unione unitur res intellecta intellectui & amata amanti, quæ utiq; non est unio per cōtactum sed per penetrationem modo nobis indicibili. Cum igitur esse earum sit nobilissimum & earum intellectio & dilectio & unio cum p̄ principio sit nobilissima, sequitur eorum uitam esse nobilissimam, sufficientissimam autem habent qm̄ continua perpetua intransmutabilis, nō indigens aliquo corporeo, ex possessione perfectissimi boni cui imutabiliter inherent. Quod autem primum principium incōparabiliter fœlicissimam uitam habeat probatur ex eo q̄ uita sua non pendet ex alio, sed inest sibi a se sicut & esse, in quolibet aūt creato uita sua sicut & esse indiget conseruari a p̄ principio. Item primum principium est sua uita, in quolibet aūt alio, actio sua uitalis non est substantia sua. Item sicut esse primi principii est infinite perfectum sic & sua uita in quolibet autem alio uiuente sicut esse est limitate perfectionis sic & uita solum ergo primum principium habet uitam sufficientissimam incomparabiliter. Propterea conclusit pħs in li. 12. tex. 39. q̄ Deus habet uitam optimam absolute, & Commenta. dicit q̄ habet uitam in fine nobilitatis. Hæc de præsenti quæsito dicta sint.

Quæstio. 19. si dispositiones Dei quas dicimus perfectiones diuinas distinguuntur realiter uel solum ratione.

Est igitur unus Deus sapiens, & hoc putauerunt antiqui &c. Commenta. in commen. 39.

IN HAC quæstione antequam ueniamus ad resolutionem aduerte q̄ apud theologos est famosa, & dr̄. qō. de distinctione diuinorum attributorum. Quantum ergo spectat ad metaphysicum qui tenet oīmodam simplicitatē

in Deo cum sit purissimus actus & tamen omnes has propositiones recipit ut uerissimas Deus est uiuens. Deus est intelligens Deus est sapiens Deus est primum principium, declarandum est, si hæc plura prædicata sunt omnino idem in Deo, uel distinguãtur & quo modo. Tu igitur sic procedes. Primo declarandum est ꝙ hæc quatuor. Dispositio ſm Cōmenta. Proprietas ſm Auicen. designatio ſm Algazel. Attributum ſm Theolo. significat in Deo perfectionē simplr ita ꝙ non solum uoces & conceptus attribuuntur Deo sed & eorum significata sunt perfectissime in Deo. Secundo manifestandum est si ſm uiam Com̄. & .b. Tho. inter has diuinas perfectiones aliqua distinctio seruari potest. Tertio pertractanda est uia Scoti in quo concordat uel discordat a uia nostra. Quarto soluetur dubium insurgens ꝯ determinationem quam acturi sumus.

Quantum ad primũ aduerte ꝙ si intellectus noster quando cōponens format hanc propositionem de Deo. Deus est sapiens intenderet attribuere sibi solum nomen uel conceptum, & non rem quæ est sapientia, ergo non omnes perfectiones existentes in latitudine & possibiles esse, essent in Deo. Hoc autē repugnat uere pħie q̃m Deus non esset quid optimum absolute nec perfectus per hyperbolem. cuius oppositum sensit pħs in. .metaph. cap. de perfecto ubi & Cōmen. dicit hanc esse dispositionem. i. proprietatem primi pn̄cipii ꝙ nihil imperfectum inueniatur in eo & nihil nobilitatus extra in unoquoqꝫ genere deficiat ei, ergo quæcunqꝫ ꝑfectio importatur ꝑ hæc nomina sapiētia bonitas iusticia intellectus uoluntas &c. īueniť in Deo, unde falsum est dicere Deũ nō alia rōne dici bonũ nisi quia est cã bonitatis in creatura, silr sapientem iustum &c. imo quia bonus est bonitatē suam cōicat creature idem dico de aliis perfectionibus.

Quantum ad secundũ pono duas conclusiones quæ sunt ad mentem pħi & Commentat. & .b. Tho. & Auicen. in. 8. lib. suæ metaphysicæ.

Prima conclusio. Iste dispositiones non distinguunť realiter ab essentie primi principii, nec inter se, imo idētice una

est altera ꝓbatur, ubi sunt plura entia realia absoluta distin. cta realiter ibi est compō realis quia non est intelligibile ꝙ plura cōueniant in uno absoluta & distincta rea͞lr ab eo in quo sunt & inter se quin sit ibi compō aut ex eis aut cū his. Sed ꝑ principio repugnat oīs cōmpō realis, qm̄ iam non esset primum ens, oē.n. cōpositum posterius est suis cōponentibus. Hæc conclusio est ad literam de mente Comment. in 12. in cōment. 39. ubi sepe replicat ꝙ in abstractis dispō & dispositum .i. ꝑfectio & res cui inest ꝑfectio sunt idem. & in fine commen. inquit. Multiplicitas igiẜ in Deo nō est nisi in intellectu dr̄a & non inesse .i. diuine dispōnes in Deo nō differunt ẜm rem sed ẜm intellectum ut dicemus infra eandē tenet Auicen. in 8. suæ meta. cap. 7. ubi inquit nulla harum .s. dispōnum facit in essentia primi debere esse multitudinē ullo modo nec uariationem. Et in hac conclusione oēs rectæ sentientes de Deo conueniunt.

Secunda conclusio, licet sint idem realiter cum substantia primi principii & inter se, tamen distinguunẜ formaͤlr & ratione. Hanc sic intelligo, distinguunẜ ratione, qm̄ intellectus aliam rationem format de sapia Dei, aliam de bonitate aliam de iusticia unde non seinuicem includunt in ꝑ modo per se, Probatur, cum sint idem realiter si etiam sunt idem rōne, ergo sunt synonima, ergo est nugatio dicere Deus iustus sapiens potens. Nullus autem recte sentiens concedit hanc nugōnem ergo distinguunẜ forma͞lr & ratione. Hæc conclusio est de mente Commen. in 12 in commē. 39. ubi inquit in eis quæ sunt formæ non in mā dispō & dispositum reducunẜ ad unum iesse .i. sunt idem ẜm rem, & duo in consideratione .i. apud intellectum considerantem, (& infra.) Dispositio & dispositum unum erunt in prædicatione quia .s. unum prædicatur de altero identicæ; & duo in intentione & jam præmiserat in eodem cōmen. ꝙ non significat idem omnibus modis sicut noīa synonima, ergo ẜm ipsum distinguuntur ratione modo præexposito.

Sed dicet aliquis. cum sint idem rea͞lr quæ est necessitas formandi distinctas rationes de illis. Item dicet. An ista di-

uersitas rationum proueniat solum ex parte nostri intellectus uel ex pte diuinæ subæ. Item posito q̄ ēt ex pte diuinæ subæ, quære si diuina suba fundans unam rōnem puta rōnē sapientiæ distinguitur a seipsa ut fundat rōnem iustitiæ.

Rñdetur ad pmum, & dico q̄ necessitas illa puenit ex pfectione oīmoda & uli diuinæ essentiæ, qm̄ cum sit pfectissima est sufficientissima ad fundandum distinctas rōnes, & illis corrñdere. Prouenit ēt ex limitatione & debilitate nri intellectus eo q̄ non pōt unico conceptu sufficienter explicare pfectionem diuinam nisi quodammodo particularizādo eam per distinctas rationes.

Rñdetur ad scdm, & dico q̄ pluralitas rōnū quæ formātur de eadem re puenit aliqñ ex pte intells tm̄ ut qñ comparat idem sibiipsi dicēs, Sortes est sortes nam sortes ut subm distinguitur rōne solum p opus intells collatiui a sorte ut ē pdtum, aliqñ aūt res ipsa est fundamētum distinctarum rōnū put diuersimode considerata diuersis rōnibus corrñdet. Sicut idem punctus diuersimode consideratus fundat rōnem pncipii & finis. Et hæc dr̄ distō rōnis ex ptē rei, q̄ Scotistæ uidentur appellare distōnem ex nā rei. Ad ppositum dico q̄ pluralitas rōnum quæ formantur de pfectiōibus diuinis puenit non solum ex pte nri intells sed ēt ex pte rei qm̄ diuina considerata ut pncipium intelligendi fundat conceptum intells. & cōsiderata ut pncipium uolendi fundat conceptū uoluntatis. Idem intellige de aliis perfectionibus.

Rñdetur ad tertium, & dico q̄ nulla distō actualis ponit i diuina essentia q̄tūcunq; corrñdeat distinctis cōceptibus formatis ab intellectu nro de diuinis pfectionibus, qm̄ cum tali distōne absolutorum non possemus saluare oīmodam simplicitatē diuinæ essentiæ. Pōt aūt dici distingui a seipsa fundamentalr & corrñdenter. Sicut ēt diximus in lib. 5. agētes de distōne pntorum q̄ sumuntur a distinctis modis essendi, non quidem qui sint actualr in eadem re sed corrñdenter, put una res corrñdens uni conceptui dr̄ hēre unum modū essendi, put aūt corrñdet alteri conceptui, habet alium modum, & dedimus exemplum de motu ut fundat cōceptum

actionis & passionis.

In his stat summa opinionis Thomisticæ & Cōmenta. de distōne diuinarum perfectionum, cum qua an cōcordet via Scoti uidebimus in sequentibus.

Quātum ad tertium ut resolute hēatur uia Scoti tria agē da. Primo ponētur oia gn̄a distōnum quæ solent esse famosæ apud Scotistas. Scđo ex eis manifestabimus concordiam uel discordiam inter. b. Tho. & Sco. Tertio unico uerbo soluentūr quædam præcipua argumenta Scoti.

Circa gn̄a distōnum Scoticarum aduerte q̄ut extraxi ex tracta. formalitatum Stephani Burlifer. sunt septem.

Prima dicitur distō rōnis, & est illa quæ fit p̄ intellm̄ collatiuum p̄cisæ, ut sortes est sortes. Nam sortes in p̄to differt rōne a seipso posito in subo. Dico aūt p̄cise, qm̄ ibi non accipitur distō rōnis quæ p̄ueniat ex p̄te rei rōcinabilis, sed quæ est solum ex p̄te intellis rōcinantis. Nam distō rōnis ex p̄te rei idem est qđ distō ex nā rei. Hæc Stephanus.

Scđa dr̄ distō ex nā rei, & est illa quæ est inter duo extrema de quibus p̄ta ꝯdictoria pn̄t uerificari p̄ter oē opus intellectus, sic distinguuntur totum & p̄tes. Nam totum est ꝯstitutum. p̄tes non sunt constitute. Partes sunt constituentes, & totum non est constituens. Sic distinguunt genus & dn̄a qm̄ genus diuiditur dn̄is, dn̄æ aūt non diuiduntur dn̄is, ergo de eis uerificantur p̄ta ꝯdictoria, ex ꝯn̄ci distinguuntur ex natura rei.

Tertia dr̄ distō formalis. & est qn̄ aliqua duo non se mutuo includunt in primo modo per se ut passio & subm̄ actio & passio genus & differentia.

Quarta dr̄ distō realis quæ est inter quæcunq; quoꝝ unū potest ab altero separari, ut materia & forma ad mentem Scoti: subiectum & accidens commune.

Quinta dr̄ distō essentialis, quæ ē inter duas essentias quæ p̄ aliq̄ potentiam pn̄t abinuicem separari ut sortes & albedo, & nota q̄ licet in creatis quæcunq; distinguuntur realr̄ distinguantur essentialr̄ non tn̄ in Deo s̄m theologos nam h̄ est uera pr̄ & filius distinguuntur realr̄ non tn̄ essentialr̄,

qm̃ distõ essentialis est p̃ absoluta quæ non cadit in Deo cũ sit omnino simplex.

Sexta dr̃ distõ se totis subiuæ, & est qñ duo extrema sunt distincta realr̃ & actu existunt & tñ non pñt couenire ĩ uno aliquo subo, ut duo indiuidua eiusdem spẽi & quæcunq; op pônem hñt adinuicem ita q non pñt eidem sil'inesse. Hæc tñ distõ est alia a distõne reali, quia in illa non requiritur separatio actualis, sed sufficit potentialis, in hac uero requirit separatio actualis vñ aĩa & corpus non distinguuntur hac distõne quia conueniunt in uno composito, distinguuntur tñ realiter quia sunt abinuicem separabilia.

Septima dr̃ se totis obiuæ, & est qñ duo extrema non cõ ueniunt in aliquo uno conceptu reali quidditatiuæ ut duæ ultimæ drĩæ quæ sunt p̃ diuersa. ens & non ens & ŝm uiam Thomi. Deus & creatura, suba & accñs quæ in nullo conceptu reali uniuoco conueniunt. Hæc est summa distõnum ŝm mentem Scoti.

Quantum ad concordiam uel discordiam inter Scot. & b. Tho. aduerte q potius stat in terminis q̃ in sensu, nam arbitratur Scotus pfectiones diuinas non distingui realr̃ qm̃ sunt abinuicẽ & a Dei suba inseparabiles, nec essentialr̃ nec aliis distõnibus sequentibus qm̃ supponunt distõnem realẽ. Sed distinguunt rõne ex parte intell's quæ p̃ma spẽs distõnis. Quia intell's de unaquaq; põt formare pprium cõceptũ sed non tm̃ rõne ex pte itell's, imo & ex nã rei quæ est spẽs scda distõnis, nam sumptis duabus pfectionibus diuis puta intellectu & uoluntate de eis uerificantur pta ɔ̃dictoria, nã de intellectu uerum est dicere q intelligit & de uolũtate uerum est dicere q non intelligit ergo distinguunt ex nã rei. & distinguũtur distõne formali quæ est tertia spẽs distõnis, qm̃ una pfectio non p̃tur de alia in p̃ mõ per se formalr̃ sed idẽtice, uñ nec intell's est uolũtas formaliter, nec ecõuerso.

Hæc est summa opionis Scoti, Cum qua concordat ĩ sensu uia. b. Tho Nam qñ dicit. b. Tho. q distinguuntur rõne ex pte intell's & ex pte rei, comp̃hendit sub p̃ distõnem rõnis ŝm Scotũ & sub scdo distõnem ex nã rei, & ppea dixit

Stepha.ꝙ distō rōnis ex parte rei rōcinabilis est eadem cū distōne ex nā rei. Patet ergo ꝙ non differunt in sensu.

Quantum ad soĺonem argumentorum Scoti non laborabis, qm̄ sicut concludunt ꝙ ꝑfectiones diuinæ distinguunt plusꝙ rōne ex pte intellꝰ, sic & nos concedimus, & qn̄ ꝯcludunt ꝙ distinguuntur ex nā rei, non concedimus ꝙ distinguūtur rōne ex pte rei, quæ equipollere vr̄ ſm Scotistas distōni ex nā rei, & sicut tenet Sco. ꝙ distō ex nā sufficit adverificandum duo ꝯdictoria p̄ta de eodē, sic nos tenemus sufficere distōnem ex pte rei, vn̄ non alio mō solues ea. Nec cures si Capo. in. 1. di. 8. q 4. ꝯ p̄mam ꝯcl'onem ꝑlixe īmoraꝛ in eorum rn̄sionibus, qm̄ ꝑdicto uerbo transeunt oīa.

Verum quia vr̄ dubium qūo sit poſſe ꝙ sola distō rōnis sufficiat ad tollendam ꝯdictionem, iō ꝓ noticia huius tria dicemus. Primo repetēda est distō data de distōne rōnis. Scd̄o ponentur duæ conclusiones. Tertio soluetur principale argumentum solitum fieri in hoc proposito.

Quantum ad distōnem rōnis aduerte ꝙ est duplex. Quædam ex pte intellꝰ nr̄i p̄cise absq; corrn̄dentia rei, ut qn̄ intellectus idem comparat sibiipsi formando ꝑpōnem eiusdē de seipso. Quædam aūt est ex pte intellꝰ & ex pte rei, quæ est talis nā æ ꝙ est apta nata corrn̄dere distinctis & aliqn̄ oppositis rōnibus, & licet an̄ actum intellectus hæc distō rōnis non ponatur in actu, ponitur tn̄ in fundamento. s. in ipsa re conceptibili, vn̄ possumus dicere ꝙ hæc distō rōnis est inchoata in re, cōpleta aūt & fcā in actu ꝑ opus intellectus, sicut patet de puncto de quo ītellectus format duas rōnes. s. ꝑncipii & finis. & licet hæ rōnes non sint actu nisi ꝑ intellectū concipientē tn̄ sunt inchoate in nā puncti, eo ꝙ est apta corrn̄dere utriq; rōni. Ex hac distōne pono duas ꝯcl'ones.

Prima conclusio. Sola distō rōnis p̄mi modi non est sufficiens ad tollendam ꝯdictionem p̄torum realium ꝑbatur. Prædicata ꝯdictoria realia si de aliquo uerificantur: uerificātur ex nā rei, ergo requirunt aliq̄ distōnem in tali re ex nā sua saltem inchoatam, & hanc ꝯn̄tiam sic ꝑbo, qm̄ si nulla penitus esset distō in tali re, tūc esset affirmatio & negō eius

dem de eodem oīno, & sic esset formalr̄ ꝯdictio & nō abla to ꝯdictionis. Tunc ultra, si talia p̄ta realia ꝯdictoria requirunt aliq̄ distōnē in tali re ex nā̄ sua, ergo non sufficit distō rōnis pcisæ p̄ mō. Dixi p̄ta ꝯdictoria realia, qm̄ quo ad p̄ta ꝯdictoria intentionalia, sufficit distō rōnis p̄mo mō. Nā de sorte ut p̄tur de seipso uerum est dicere ꝙ sortes est subm, & est p̄tum ergo est subm & non subm, quia p̄tum est non subm. Item de tunica & indumento quæ distinguunt rōne solum p̄ mō uerum est dicere. Tunica est gn̄is fœminini, indumentum non est gn̄is feminini. Hæc aūt sunt p̄ta ꝯdictoria intentionalia. Quare &c.

Scd̄a conclusio. Distō rōnis. 2. mō sufficit ad tollendā ꝯdictionem p̄torum realium ꝯdictoriorum. & maxime in diuinis pfectionibus. Probatur sic, si dātur duo entia rōnis q̄rū p̄mum est ens rōnis & s̄m se & quo ad fundamentum suū. Alterum aūt licet sit ens rōnis tn̄ suum fundamentum est ens realissimum & pfectissimum, scd̄m pōt esse cā p̄mi eo ꝙ est maioris entitatis rōne sui fundamenti. Sed remotio siue ablatio ꝯdictionis. & distō rōnis. 2. mō sunt entia rōnis & ablatio ꝯdictionis est debilius ens rōnis eo ꝙ s̄m se ē ens rōnis, qm̄ hmōi ablatio ꝯdictionis est negō ꝯdictionis, negō aūt est ens rōnis ex. 4. meta. & ꝯdictio in qua talis ablatio fundatur ē ēt ens rōnis qm̄ ꝯdictio est oppō quæ est relatio quæ est inter ens & non ens, quæ non pōt esse realis ut determinauimus. 5. meta. Distō aūt rōnis. 2. mō licet sit ens rōnis s̄m se tn̄ i diuinis fundatur sup ens reale pfectissimū ut in plenitudine infinitæ pfectionis diuinæ subæ ut declaratum est in pcedentibus, ergo distō rōnis. 2. mō est sufficiēter cā remotionis ꝯdictionis. Et aduerte ꝙ hanc rōnem intēdebat Capo. in. 1. di. 2. q. 3. ar. 3. ad p̄mum Aureoli, ubi dicit ꝙ distō rōnis uirtualis sufficienter aufert ꝯdictionem, eo ꝙ hæc distō est magis actu q̄ ablatio ꝯdictionis quæ est pure nihil, negō. n. siue remotio ꝯdictionis est fundata in affirmatione & negōne quæ constituunt ꝯdictionem, negō aūt fundata sup negōnem debilius fundamentum habet q̄ distō rōnis fundata in plenitudine diuinæ perfectionis. Hæc illæ.

